PETRI LAMBECII HAMBVRGENSIS,

SACRÆ CÆSAREÆ MAIESTATIS CONSILIARII, HISTORIOGRAPHI AC BIBLIOTHECARII,

COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI LIBER SEXTVS.

VINDOBONÆ, Typis Matthæi Cosmerovij, Sac. Cæs. Majest. Typogr.
ANNO M DC LXXIV.

IMP. CÆS.

LEOPOLDO I,

DIVI FERDINANDI III F.

AVGVSTO:

PIISSIMO FORTISSIMOQVE PRINCIPI:
VICTORI AC TRIVMPHATORI
INVICTISSIMO:
PATRI PATRIÆ
ET
VIGILANTISSIMO SALVTIS PVBLICÆ CONSERVATORI:
GERMANIÆ, HVNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ ET SCLAVONIÆ
REGI:
ARCHIDVCI AVSTRIÆ; &c.
PETRVS LAMBECIVS HAMBVRGENSIS,
NVMINI MAIESTATIQVE EIVS
DEVOTISSIMVS,
SALVTEM ET PROSPERITATEM PERPETVAM.

QUandoquidem peropportunè contigit, Sextum hunc Cōmentariorum meorum de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Librum illo ipſo die abſolvi, qui Tuæ, SACRATISSIME INVICTISSIMEQVE IMPERATOR, feliciſſimæ Nativitati ſacer eſt, ambabus, ut ajunt, manibus fauſtiſſimum hoc arripio omen, nec fortuito caſu, ſed ſingulari Providentiæ Divinæ ductu id factum eſſe arbitror. Dum enim S. CÆS. MAJESTATI TVÆ totus Terrarum Orbis natalitijs acclamationibus & votis venerabundus gratulatur, nihil profectò optatius & jucundius mihi accidere potuit, quàm eâ beari oc-

ri occasione, ut non nudis tantùm verbis debito pietatis officio privatim satisfaciam, verùm etiam publico aliquo, & eo quidem omnibus, ut spero, futuris seculis perennaturo monumento, re ipsâ me ostendam tanti támque universalis gaudij participem. Ad sacros itaque Pedes Tuos, SAPIENTISSIME SIMVL AC POTENTISSIME IMPERATOR, humilimè procumbens, duplex hîc Tibi sisto Jurisconsultorum & Medicorum veterum Græcorum manuscriptorum agmen, & quicquid utrique perlustrando ac recensendo longè majori difficultate, quàm primâ fronte videtur, impendi laboris, natalitiæ venerationis titulo demississimè offero; minimè dubitans, quin pro incomparabili Indulgentiâ, quâ omnes Principes Christianos unicè superas, sinceram fidelissimæ intentionis meæ fiduciam clementissimè accepturus, & eximiam illam Benignitatem, quâ me ac curæ meæ commissam Augustissimam Bibliothecam Tuam hactenùs prosecutus es, constantissimo affectu deinceps continuaturus sis. Quod superest, DEVM OPT. MAX. ardentissimis precibus oro & obtestor, ut S. CÆS. MAJESTAS TVA & præsentem hunc trigesimum quintum Natalem, &, quoadusque longissimus vitæ humanæ extendi potest terminus, plurimos alios quàm fortunatissimè celebret, atque Sacri Romano-Germanici Imperij Tranquillitatem, Libertatem & Gloriam contra insolentissimorum omniaque Divina & humana Jura conculcantium hostium perfidas insidias, fraudulentas corruptelas, & plusquam barbaricam rabiem vigilantissimis fidelium Consiliorum excubijs, severis in execrandos Patriæ proditores animadversionibus, & gloriosis justissimorum Armorum Triumphis perpetuò conservet, tueatur & augeat. Vindobonæ d. IX Junij A. C. cIↃ IↃcLXXIV.

PE-

PETRI LAMBECII HAMBVRGENSIS LIBRI SEXTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI PARS PRIMA,

quâ continetur

Catalogus Manuſcriptorum Codicum *Juridicorum Græcorum* ſecundùm præſentem collocationis eorum ſeriem & novum ordinem numerorum, quibus ijdem nunc notati ſunt.

I.

PRimus (1) Codex manuſcriptus *Juridicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *trecentis quadragintaſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

(1) Fuit is etiam olim inter Codices MStos Iuridicos Græcos primus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 281 pag. 2, *Sexaginta Librorum Baſilicorum univerſi Juris Romani*, quos Græci vocant Ἑξηκοντάβιβλον, auſpicio & autoritate Imperatorum Conſtantinopolitanorum (2) *Baſilij Macedonis*, (3) *Leonis Philoſophi* ſeu *Sapientis*, & (4) *Conſtantini Porphyrogeniti*, collectorum, editorum & emendatorū, *Ecloga & Synopſis*, in *Titulos trecentos quadraginta octo, ordine alphabetico diſpoſitos*, diviſa; ita nēpe ut litera A comprehendat

(2) Is primus huic Operi admovit manum, ſed non abſolvit.

(3) *Is à patre inchoatum Opus abſolvit, & operâ* Sabbatij Protoſpatharij *promulgavit.* (4) *Is idem Opus, ab Avo & Patre compoſitum, recognovit, emendavit, &* Baſilica repetitæ prælectionis *edidit.*

Titulos *septuaginta unum*, quorum *primus* est Περὶ Ἀγγαρειῶν καὶ παραγγαρειῶν, sive, *de Angarijs & Parangarijs*, &c; litera B Titulos *septem*, quorum *primus* Περὶ Βαθμῶν συγγενείας, sive, *de Gradibus cognationis*; litera Γ Titulos *novem*, quorum *primus* Περὶ Γάμων νομίμων, sive, *de Nuptijs legitimis* &c; litera Δ Titulos *quadraginta quatuor*, quorum *primus* Περὶ Δαπανημάτων ἐν πράγματι ἀλλοτρίῳ γινομένων, sive, *de Sumptibus in re alienâ factis*; litera E Titulos *quadraginta duos*, quorum *primus*, Περὶ Ἐγγυητῶν, sive, *de Fidejussoribus*; litera Z Titulos *duos*, quorum *primus* Περὶ Ζημιούντων ἀνθρώπων τε καὶ ἀλόγων, sive, *de Hominibus & brutis animalibus, damnum pauperiémve facientibus*, &c; litera H Titulum *unicum* Περὶ Ἡμερῶν ἀπράκτων, sive *de Diebus feriatis*, &c; litera Θ Titulos *tres*, quorum *primus* Περὶ Θεάτρων καὶ θυμελικῶν, sive, *de Theatris & Thymelicis*, &c; litera I Titulos *quatuor*, quorum *primus* Περὶ Ἱερῶν, sive, *de Sacris*; litera K Titulos *viginti octo*, quorum *primus* Περὶ Κακοτρόπων, sive, *de Impostoribus*, &c; litera Λ Titulos *quinq;*, quorum *primus* Περὶ τῶν Λάθρα, sive, *de ijs, quæ clàm*; litera M Titulos *novendecim*, quorum *primus* Περὶ Μαθηματικῶν, sive, *de Mathematicis*; litera N Titulos *septem*, quorum *primus* Περὶ Ναυτικῶν ἐνοχῶν, sive, *de Nauticis obligationibus*; litera Ξ Titulum *unicum* Περὶ τοῦ Ξενῶνος τοῦ ὁσίου Σαμψών, sive, *de Hospitali S. Xenonis*; litera O Titulos *novem*, quorum *primus* Περὶ Ὁδοῦ δημοσίας τε καὶ ἀγροικικῆς καὶ ἰδιωτικῆς, καὶ πλατείας, sive, *de Via publicâ, rusticâ, privatâ, & latâ*; litera Π Titulos *triginta septem*, quorum *primus* Περὶ Παίδων φυσικῶν ἤτοι νόθων, sive, *de Liberis naturalibus seu nothis*, &c; litera P Titulos *duos*, quorum *primus* Περὶ Ῥημάτων σημασίας, sive, *de Verborum significatione*; litera Σ Titulos *duodecim*, quorum *primus* Περὶ Σταυροῦ τιμίου, sive, *de Venerabili Cruce*; litera T Titulos *tredecim*, quorum *primus* Περὶ Ταβουλαρίων, sive, *de Tabularijs*; litera Y Titulos *quindecim*, quorum *primus* Περὶ Ὕβρεων, sive, *de Injurijs*; litera Φ Titulos *novem*, quorum *primus* Περὶ Φαλκιδίου, sive, *de Falcidiâ*; litera X Titulos *quatuor*, quorum *primus* Περὶ Χηρῶν, sive, *de Viduis*; litera Ψ Titulos *tres*, quorum *primus* Περὶ Ψευδομαρτύρων, sive, *de Falsis testibus*; litera Ω Titulum *unicum* Περὶ Ὡρειαρίων, sive, *de Hor-*

Horreariis. Omnibus autem hisce *Titulis* respectu dignitatis seu excellentiæ extra ordinem alphabeticum & sine numero præfixus est *Titulus* Περὶ τῆς ὀρθοδόξου Πίστεως τῶν Χριστιανῶν, καὶ τοῦ μηδένα κατατολμᾶν περὶ αὐτῆς δημοσίᾳ ἀμφισβητεῖν, hoc est, *de orthodoxâ Christianorum Fide, & ut nemo de eâ publicè contendere audeat*. Post generalem igitur omnium suprà memoratorum *trecentorum quadraginta octo Titulorum Indicem alphabeticum*, qui integris *septem foliis* constat, & præfixam habet hanc Inscriptionem, Πίναξ ἀκριβὴς τῶν Βασιλικῶν ξ΄ βιβλίων σὺν (1) παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον, sequitur porrò ipsa *Ecloga & Synopsis*; quæ inscribitur atque incipit hoc modo: Ἐκλογὴ καὶ Σύνοψις τῶν Βασιλικῶν ξ΄ βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον, τοῦ περὶ Πίστεως μόνου τίτλου προτεθέντος πάντων τῶν στοιχείων διὰ τὸ τίμιον. Περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τῶν Χριστιανῶν, καὶ τοῦ μηδένα κατατολμᾶν περὶ αὐτῆς δημοσίᾳ ἀμφισβητεῖν. Ἀνάγνωθι βιβλίον α΄ καὶ δ΄, ἐν οἷς φησί. Χριστιανός ἐστιν, ὁ πιστεύων εἶναι μίαν Θεότητα &c. In fine autem totius *Eclogæ & Synopseos* exstat hæc *Inscriptio*: Εἴληφε τέλος ἡ Ἐκλογὴ τῶν Βασιλικῶν ἑξήκοντα βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον. Adjuncta etiam eidem Operi passim sunt varia *antiqua græca Scholia marginalia*; videturq; Exemplar hoc manuscriptum *Cæsareum* omninò simile esse illi, quod Princeps Jurisconsultorum omnium, qui post *Papiniani* & *Ulpiani* tempora usque ad nostram ætatem floruerunt, *Jacobus Cujacius Tolosanus*, in Epistola dedicatoriâ, Commentario suo in Titulum Pandectarum de Excusationibus tutorum A. 1564 præfixâ, refert se dono accepisse à Nobilissimo Amplissimoque Viro, Dn. *Joanne Jacobo Cambrayo*, Magistro Libellorum Regis Galliæ, & Universitatis Bituricensis Cancellario, qui illud ex Legatione *Constantinopolitanâ* secum detulerat. Expressè enim idem *Cujacius* ibi testatur, inscriptum id fuisse Ἐκλογὴν καὶ Σύνοψιν τῶν Βασιλικῶν ξ΄ βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον, & *non inelegans omnium* Βασιλικῶν *Compendium* nuncupat. Eandem *Synopsin Basilicorum* ex Codice antiquo manuscripto, à *Joanne Sambuco Hungaro-Tirnaviensi Tarenti* apud *Calabros* repertò, edidit quidem *Joannes Leunclavius græcè* & *latinè* Basileæ apud Eusebium Episcopium A. 1575 in folio, non tamen eo ordine, quo composita fuerat, nempe *non* κατὰ στοιχεῖον sive *secundùm seriem alphabeticam*, sed pro lubitu valdè interpolatam, & *secundùm ordinem ipsorum Basilicorum*; ut ipse *Leunclavius* in Proœmio suo ad *Franciscum*

(1) Παραπομπαὶ *significant hîc* Indicationes locorum similium, *quas vulgò vocant* Remissiones.

ſcum de Stiten indicat his verbis: *Quod ordinem Titulorum attinet, Græci ſecuti ſunt eum, quem prima ſingulorum in verbis literæ poſcerent. Eum cùm viderem non parum confuſionis propterea pariturum, quòd nullo modo fieri poſſit, ut hâc in parte Latina converſio Græcis elementis reſpondeat, ipſum ordinem librorum, qui fuiſſet in Baſilicis, ſequi malui, vel hâc quoque de cauſâ, quandam ut quaſi ſpeciem integrorum lectori repræſentaremus.* Hæc de editione illâ ſuâ græco-latinâ ipſe *Leunclavius*. Etſi autem ego Codicem iſtum manuſcriptum *Sambuci* in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* diligentiſſimè quæſiverim, utpote cui tota ipſius Bibliotheca, exceptâ duntaxat exiguâ parte, quæ poſt ejuſdem obitum quâ neſcio ratione inde avulſa eſt, etiam nunc inſerta eſſe cernitur, invenire tamen eum hactenùs non potui, nec ulla ferè indagandi ac recuperandi ejus ſpes ſupereſt. Quod porrò ad *exemplar editionis Leunclavianæ impreſſum* attinet, exſtat uſque ad hunc diem in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* illud ipſum, ſatis eleganter compactum & Aquilâ Imperiali inſignitum, quod *Joannes Sambucus Imp. Maximiliano IIdo* A. C. 1576 d. 23 Martij obtulit; ut ipſe ibidem propriæ manûs inſcriptione teſtatur hoc modo: *A. M D LXXVI d. xxiii Martij, Imp. Cæſ. MAXIMILIANO II & DN. DN. ſuo ſemper clementiſſimo ſubjectiſſimus clientulus, Conſiliarius & Hiſtoricus Joannes Sambucus:*

Sarmaticis poſtquam rebus præfectus & Orbi es,
Arma Getham contra conſiliumve para.
Hos tere, pervaſta; ſubeant tua Sceptra Tyranni,
Nati natorum hos contineantq; jugo.
Surgent hinc meritis præconia, lauſq; triumphis,
Et Capitolinis gloria major erit.
Poſt ubi pacâris res Chriſti, totius Orbis,
Cognatum repetant ſidera celſa Deum.

Hucúſque *autographum* illud *Sambuci Epigramma dedicatorium*. Quod ſupereſt, ſi quis de *Baſilicis Juris*, eorúmq; ſuprà memoratâ *Eclogâ & Synopſi* plura ſcire deſideret, is conſulat præ cæteris *Jacobum Cujacium* lib. 6 Obſervationum Juris cap. 9, lib. 16 cap. 10, lib. 17 cap. 31, lib. 18 cap. 37 & 38; *Dionyſium Gothofredum* & *Gentianum Hervetum* in Præfationibus Librorum aliquot Baſilicorum, Hanoviæ typis Wechelianis A. 1606 latinè editorũ in folio; *Carolum Labbæum* in Obſervationibus & Emendationibus in Synopſin Baſilicorum, Lutetiæ editis A. 1606 in octavo; *Joſephum Mariam Suareſium, Epiſcopum Vaſionenſem*, in Notitiâ Baſilicorum, quæ Baſilicorum

rum Libris ſexaginta, in ſeptem Tomos diviſis, & à *Carolo Annibale Fabroto* A. 1647 Lutetiæ Pariſiorum ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy græcè & latinè in folio editis, præfixa eſt, ac deniq; *Jacobum Gothofredũ* in Manuali Juris, & quidem Hiſtoriæ Juris Civilis Romani cap 6.

Secundò, & quidem à fol. 282 pag. 1 uſque ad fol. 298 pag. 1, *Imperatorum aliquot Conſtantinopolitanorum Novellæ Conſtitutiones*; nempe Imò *Imp. Romani I* ſive *Senioris Novella abbreviata*, & in *octo* Capita diviſa, cujus titulus & principium: Μηνὶ σεπτεμβρίῳ ἰνδικτιῶνος η', ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου (1) ςυμγ', Ῥωμανὸς, (2) Κωνσταντῖνος, (3) Στέφανος, καὶ Κωνσταντῖνος, πιστοὶ θεῷ Βασιλεῖς Ῥωμαίων. Α'· Περὶ τῶν ἀπὸ τῆς προῤῥηθείσης ἰνδικτιῶνος καὶ ἔτους κωλυομένων προσώπων κατὰ πρᾶσιν ἢ δωρεὰν, ἢ κληρονομίαν, &c; IIdò, ejuſdem *Imp. Romani Senioris Novella integra de potentibus in conſortia pauperum ſuccedentibus*, cujus principium: (4) Ἀνθρώποις ἐστὶ ζηλωτὸν καὶ περισπούδαστον &c; IIItiò, *Imp. Conſtantini Porphyrogeniti Novella de potentibus in prædia pauperum ſuccedentibus*, cujus principium: (5) Παρὰ πολλῶν ἀνέμαθεν ἡ ἐκ Θεοῦ βασιλεία ἡμῶν &c; IVtò, ejuſdem *Imp. Conſtantini Porphyrogeniti Novella de militaribus fundis*, cujus principium: (6) Ὥσπερ ἐν σώματι κεφαλὴ &c; Vtò, *Imp. Romani IIdi*, ſive *Junioris Novella de militaribus fundis*, cujus principium: (7) Ἐάν τινες μερίδας τινὰς ἀπὸ στρατιωτικῶν κατέχωσι τόπων &c; VItò, *Imp. Nicephori Phocæ Novella de Monaſterijs, Hoſpitalibus & Gerocomijs, ne nova exſtruantur, ſed antiqua conſerventur*, cujus titulus & principium: Τοῦ κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βασιλέως ἡ νέα νομοθεσία. (8) Ὁ τοῦ Πατρὸς Λόγος πολύν τινα τὸν λόγον τῆς ἡμῶν ποιούμενος σωτηρίας &c; VIImò, *Imp. Romani Senioris Novella de alienatione fundorum & prælatione cognatorum & conſortium*, cujus principium: (9) Παλαιὸς νόμος ἐστὶν, ἵνα μηδεὶς παντελῶς παρὰ συγγενῶν ἢ κοινῶν ἐμποδίζηται πωλεῖν &c; VIIIvò, *Imp. Romani Senioris Novella de reſcindendâ venditione, déq; agentibus*

 duplan-

(1) *Anno Mundi* 6443, *ſive A. C.* 935.
(2) *Is eſt* Imp. Cõſtantinus Porphyrogenitus, *Imp.* Romani Senioris gener.
(3) *Hi duo, nempe* Stephanus *&* Conſtantinus, *fuerunt filij Imp.* Romani Senioris, *& à patre Collegæ Imperij aſſumpti ſunt, quemadmodum ipſe Collega Imperij aſſumptus fuerat à genero ſuo* Cõſtantino Porphyrogenito.

(4) *Exſtat ea græcè & latinè in Leunclavianâ Synopſeos Baſilicorum Appendice pag.* 37; *in Jure Græco-Romano Freberi Tom. II pag.* 158; *& in Caroli Labbæi Appendice Obſervationum & Emendationum in Synopſin Baſilicorum, pag.* 1. (5) *Exſtat ea græcè & latinè in Leunclav. Synopſ. Baſilic. Append. pag.* 14 *& in Jure Græco-Rom. Freb. Tom. II p* 142. (6) *Exſtat ea gr. & lat. apud Leuncl. p.* 17; *apud Freber. Tom. II p.* 144, *& apud Carol. Labb. p.* 26. (7) *Exſtat ea gr. & lat. apud. Leuncl. p.* 45, *apud Freber. Tom. II p.* 167, *& apud Carol. Labb. p.* 90. (8) *Argumentum hujus Novellæ, ſive ejuſdem Epitome, ex* Theodori Balſamonis, *Patriarchæ Antiocheni, ſcriptis deſumpta, exſtat græcè & latinè in Leunclavianâ Synopſeos Baſilicorum Appendice pag.* 47. *Abrogationem ejuſdem Novellæ per Imp. Baſilium IIdum ſive Juniorem vide ibidem pag.* 50. (9) *Exſtat quidem hæc Novella græcè & latinè apud Leunclav. p.* 9, *& apud Freber. Tom. II p.* 129, *ſed utrobiq; ea attribuitur Imp.* Conſtantino Porphyrogenito. *In præſtantiſſimo autem hoc Codice MSto Cæſareo expreſſè legitur:* Νεαρὰ τοῦ κυροῦ Ῥωμανοῦ τοῦ γέροντος.

duplandi pretij nomine, cujus principium : (1) Εἰ μὲν εὑρίσκονται οἱ ἐγκαλέσαντες &c; IXnò, *Cosmæ, sub Imp. Romano Seniore Magistri Officiorum, Sententia* (2) *duæ de colonis*, quarum *prima* incipit: Καὶ εἰ μὲν ἐμφυτευτικῶς &c; *secunda* autem, Ζητήσεις καὶ περὶ τούτου καὶ εἴπερ ἐστὶ τοῦ τόπου μία ὑποταγὴ &c; Xmò, *Imp. Basilij IIdi sive Junioris Novella de præscriptione quadraginta annorũ*, cujus principium: (3) Ἐπειδήπερ ἡ βασιλεία μου, ἀφ' οὗ ηὐτοκρατόρευσε, καὶ τὰς κινουμένας ὑποθέσεις &c.

Tertiò, & quidem à fol. 298 pag. 1 usque ad fol. 312. pag. 1, *Eustathij Antecessoris Liber de temporalibus intervallis à momento usque ad annos centum*, qui absque nomine *Eustathij* inscribitur atque incipit hoc modo : Περὶ χρόνων καὶ προθεσμίας ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ρ' ἐνιαυτῶν. Α'· Περὶ ῥοπῆς. Ἠλευθερώθη δοῦλη ἐν διαθήκῃ &c. Exstat hic Liber *græcè* sub nomine *Eustathij* in *Jacobi Cujacij* Operibus, quæ de Jure fecit, & edi voluit, Tom. I columnâ 305; *græcè* autem & *latinè* in *Freberi* Jure Græco-Romano Tom. II pag. 207, & utrobiq; inscribitur περὶ χρονικῶν διαστημάτων.

Quartò, & quidem à fol. 312 pag. 1 usque ad fol. 336 pag. 1, *Imperatorum aliquot Constantinopolitanorũ Novellæ Constitutiones*: nempe Imò, *Imp Romani Senioris Novella, potentes arcens ab emptionibus in universitate prædij faciendis*, cujus titulus & principium: Νεαρὰ Ῥωμανοῦ εἰργουσα τοὺς δυνατοὺς ἐξωνήσεις χωρίου ὁμάδα ποιεῖν. (4) Θεσπίζομεν ἐν πάσῃ πόλει καὶ χώρᾳ ἀπὸ τῆς παρελθούσης πρώτης ἰνδικτιῶνος ἐν τῷ ςυλ' ἔτει &c; IIdò, *Imp. Constantini Porphyrogeniti Novella de alienatione fundorum & prælatione cognatorum atque consortium*, cujus principium: (5) Παλαιὸς νόμος ἐστὶ, μηδένα κωλύεσθαι μήτε παρὰ συγγενῶν &c; IIItiò, ejusdem *Imp. Constantini Porphyrogeniti Novella abbreviata de potentibus in prædia pauperum succedentibus*, cujus principium : Θεσπίζομεν, ὅσοι ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἀναῤῥήσεως ἀπὸ τῆς παρελθούσης ιε' ἰνδικτιῶνος &c; IVto, ejusdem *Imp. Constantini Porphyrogeniti Novella abbreviata de militibus*, cujus principium : Συγγράφως πρώην ἐκύρωσε, μὴ ἐξεῖναι τοῖς στρατιώταις, τὰ, ἐξ ὧν ἡ στρατεία ὑπηρετοῦνται, διαπωλεῖσθαι &c; Vtò, ejusdem *Imp. Constantini Porphyrogeniti Novella abbreviata de restitutione pretij militarium prædiorum*, cujus principium: (6) Θεσπίζομεν, εἰ καὶ ὥρισαι διὰ τῆς προτέρας νομοθεσίας &c; VItò,

(1) Exstat ea gr. & lat. apud Leuncl. p. 43. & ap. Freber. Tom. II p. 165. (2) Exstat illa græcè & lat. apud Leuncl. p. 44. & ap. Freber. Tom. II p. 166 & 167. (3) Exstat ea gr. & lat. apud Leuncl. p. 50 & ap. Freber. Tom. II p. 172. (4) Exstat ea græcè & latinè in Freberi Jure-Græco Romano Tom. II p. 155. Est autem hæc reverâ tantum Epitome alterius de eodem argumento Novellæ, cujus paulo antè jam est facta mentio. (5) Exstat ea græcè & latinè apud Leunclav. pag. 12. Diversa autem hæc est ab altera ejusdem argumenti, cujus paulo antè jam est facta mentio. Rectè autem Joannes Leunclavius monet, priorem illam esse authenticam, hanc verò posteriorem epitomatam cum paraphrasi. (6) Exstat ea apud Leunclav. pag. 21 & apud Freber. Tom. II pag. 148.

VIto, ejusdem *Imp. Constantini Novella abbreviata de fugis mancipiorum, & de jumentis perditis*, cujus principium: (1) Ὑπὲρ ἀπολωλότος ψυχαρίου &c; VIImo, ejusdem *Imp. Constantini Porphyrogeniti Novella abbreviata de non deserendo judicio ab ijs, qui actionem instituunt*, cujus principium: (2) Μὴ ἄλλως τὸν ἐναγόμενον &c; VIIIto, ejusdem *Imp. Constantini Porphyrogenti Novella abbreviata de eo, quòd Judices civiles nihil accipere debeant*; cujus principium: (3) Θεσπίζομεν μηδένα τῶν πολιτικῶν δικαστῶν &c; IXno, ejusdem *Imp. Constantini Porphyrogeniti Novella abbreviata de sportulis*, cujus principium: (4) Κελεύομεν τοὺς θεματικὰς κόρτας &c; Ximo, ejusdem *Imp. Constantini Porphyrogeniti Novella abbreviata de consuetudinibus*, cujus principium: (5) Κελεύομεν μὴ πορίζεσθαι τι κέρδος &c; XImo, ejusdem *Imp. Constantini Porphyrogeniti Novella abbreviata de Testamentis aperiendis*, cujus principium: (6) Ἐπειδὴ αἱ διαθῆκαι τῷ Κοιαίστωρι &c; XIImo, ejusdem *Imp. Constantini Porphyrogeniti Novella abbreviata de consuetudine Scribæ*; cujus principium: (7) Ἐπειδὴ ὁ σέβας οὐκ ἔστι τέλειος δικαστής &c; XIIItio, ejusdem *Imp. Constantini Porphyrogeniti Novella abbreviata de his, qui cædes committunt gladio, vel magnis fustibus, vel lapidibus, idq; consulto*; cujus principium: (8) Ἡ τοῦ Μωϋσέως νομοθεσία ἀποφαίνεται &c; XIVto, *Imp. Nicephori Phocæ Novella abbreviata de Armenicis fundis, & homicidis*, cujus principium: (9) Θεσπίζομεν, ὅσοι τῶν Ἀρμενίων στρατιωτῶν &c; XVto, ejusdem *Imp. Nicephori Phocæ Novella abbreviata de Monasterijs, Hospitalibus & Gerocomijs*, cujus principium: (10) Θεσπίζομεν, ὅσοι μοναστήρια, ξενῶνας καὶ γηροκομεῖα &c; XVIto, ejusdem *Imp. Nicephori Phocæ Novella abbreviata de Jure prælationis, & quòd potentes à potentibus emere debeant*; cujus principium: (11) Θεσπίζομεν τὴν παρὰ τῶν προβεβασιλευκότων &c; XVIImo, ejusdem *Imp. Nicephori Phocæ Novella abbreviata de ædificijs*, cujus principium: (12) Ἐπειδήπερ τινὲς τῶν κεκωλυμένων &c; XVIIIvo, ejusdem *Imp. Nicephori Phocæ Novella abbreviata de ijs, qui ante penuriæ tempus emerunt*; cujus principium: (13) Κελεύομεν, ἐπεὶ ἡ τῶν τεσσαράκοντα χρόνων παραδρομὴ &c;

(1) Exstat ea gr. & lat. apud Leunclav. pag. 22, & ap. Freher. Tom. II pag. 150. (2) Exstat ea gr & lat. apud Leunclav. p 23, & ap. Freher. Tom. II pag. 151. (3) Exstat ea gr. & lat. apud Leuncl. p. 24, & ap. Freber. Tom. II p. 151. (4) Exstat ea gr. & lat. proximè citatis locis. (5) Exstat ea ibidem gr. & lat. pag. 25, & Tom. II p. 153. (6) Exstat ea ibidem gr. & lat. pag. 27, & Tom. II p. 155. (7) Exstat ea ibidem gr. & lat. pag. 28, & Tom. II p. 155. (8) Exstat quidem ea gr. & lat. apud Leunclav. pag. 28, sed valdè mutilè & mendosè. (9) Exstat ea gr. & lat. apud Leunclav. p. 46, & ap. Freber. p. 69. (10) Exstat ea gr. & lat. apud Leunclav. p. 47. (11) Exstat ea gr. & lat. apud Leunclav. pag. 48. & ap. Freber. p. 170. (12) Exstat ea gr. & lat. ibidem. (13) Exstat ea græc. & lat. ibidem.

&c; XIXnò, *Ecloga sive Epitome Novellarum Imp. Leonis Philosophi seu Sapientis*, cujus titulus & principium: Ἐκλογὴ τῶν νεαρῶν Λέοντος τοῦ εὐσεβοῦς Βασιλέως. Θεσπίζομεν ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον &c.

Quintò, & quidem à fol. 336 pag. 1 usque ad fol. 340 pag. 2, *Datianebis Liber de Actionibus specialibus*, cujus titulus & principium: (1) Δατιανήβους· περὶ ἰδικῶν ἀγωγῶν. Ἐν τῷ διαπέμπεσθαι βιβλίον, ἀνάγκη ὁρίζεσθαι τὴν ἀγωγήν. χρὴ γὰρ τὸν ταύτην ὑποδεχόμενον διασκοπεῖν, εἰ τῷ φόρῳ ἐκείνῳ ὑπόκειται. ὁρίζεται δὲ &c.

(1) *Ita hoc nomē majusculis literis ibi scriptū est; de quo tamen nondum mihi satisliquet.*

Sextò, & quidem à fol. 341 pag. 1 usque ad fol. 342 pag. 2, *Testandi formula vetusta*, quâ continetur *Testamentum S. Gregorij Nazianzeni, Archiepiscopi Constantinopolitani*, cujus titulus & principium: Τὸ ἴσον τῆς διαθήκης τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου. Ὑπατεία Φλαβίου Εὐχερίου καὶ Φλαβίου Εὐαγρίου, τῶν λαμπροτάτων, πρὸ μιᾶς καλανδῶν (2). Γρηγόριος Ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει, ζῶν καὶ φρονῶν &c. Primus hoc *Testamentum* in lucem edidit V. CL. *Barnabas Brissonius* lib. 7 de Formulis & solennibus Populi Romani verbis, pag. 760 & 761 editionis Parisinæ in folio, sed tantùm *græcè*, & vitio Codicis manuscripti valdè depravatè ac mutile. Edidit deinde idem *Testamentum* emendatiùs & auctiùs Eminentissimus Cardinalis *Baronius* Tomo quarto Annalium Ecclesiasticorum in actis anni Christi 389. pag. 592, 593 & 594 editionis Plantinianæ, sed tantùm *latinè* ex interpretatione R. P. *Jacobi Sirmondi*, Soc. Jesu, secundùm duos antiquos Codices manuscriptos Græcos *Bibliothecæ Vaticanæ*. Subjunxit etiam Card. *Baronius* isti editioni suæ amplissimam & eruditissimam dissertationem, quâ ejusdem *Testamenti* genuinitatem ab adversariorum objectionibus adeò solidè vindicat, ut Calvinianus minister *Andreas Rivetus* Critici sui Sacri lib. 3 cap. 22, licet vehementissimè cupiat, & thrasonicè glorietur, defensionem illam improbare aut subvertere nec possit, nec audeat. Edidit posteà idem *Testamentum græcè* simul & *latinè Marquardus Freherus* Tomi secundi Juris Græco-Romani paginâ 203, & quidem, ut ipse ibidem in margine testatur, ex antiquo Codice manuscripto membranaceo *Electoralis Bibliothecæ Palatinæ*; eamq; editionem deinceps *Georgius Michael Lingelshemius* & *Richardus Montacutius* variantibus lectionibus, ex jam memorato Codice MSto *Palatino* desumptis, locupletârunt. Edidit denique idem *Testamentum Federicus Morellus*, Professor Regius

(2) *Ita ibi simpliciter scriptū est, nēpe πρὸ μιᾶς καλανδῶν, sine adjectâ mentione ullius mensis, non autem πρὸ μιᾶς καλανδῶν Ἰανουαρίων, ut nonnulli ibi legendum esse perperàm asserunt.*

gius Parisinus, *græcè* & *latinè* in Appendice Tomi primi Operum S. *Gregorij Nazianzeni*, Parisijs A. 1609 græcè & latinè apud Claudium Morellum duobus Tomis in folio editorum, & Notis, ex præcedentium editionum collatione collectis, illustravit.

Septimò, & quidem fol. 342 pag. 2 & fol. 343 pag. 1, *Moschionis Præcepta vitæ*, quorum titulus & principium; (1) Μοσχίων© ὑποθῆκαι. Παραφύλαττε σαυτὸν ἐν παντὶ τῷ βίῳ, &c.

(1) *Vide etiam Lib. V horum Commentar. pag.* 160 & 161.

Octavò, & quidem fol. 343 pag. 1 & 2, anonymi cujusdam Autoris *Observatio Chronologica de Bisexto*, cujus titulus & principium: Περὶ Βισέξτου. Τὸ τοῦ βισέξτου ὄνομα ῥωμαϊκόν ἐστι, δηλοῦν τὸ δὶς ἕξ, καὶ ἔστι οὕτως. εἰς τρία μερίζουσι Ῥωμαῖοι τοὺς μῆνας, καὶ τὸ μὲν πρῶτον τοῦ μηνὸς καλοῦσι καλάνδαν, &c.

Nonò, & quidem fol. 343 pag. 2 & fol. 344 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Observatio Medica de generatione hominis*, cujus titulus & principium: Περὶ γενέσεως ἀνθρώπου, καὶ ὅθεν τρίτα καὶ ἔννατα καὶ μ΄. Τὸ σπέρμα ἐν τῇ μήτρᾳ καταβαλλόμενον, &c.

Decimò, & quidem à fol. 344 pag. 1 usque ad fol. 345 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Dissertatio Geographica de Istro sive Danubio & de Nilo, eorúmq; origine & cursu; quòd nimirùm ambo sint fluvij Paradisi, quorum primus in Sacrâ Scripturâ appellatur Phison, alter autem Gehon.* Principium hujus *Dissertationis*, seu potiùs (2) *Eclogæ*, sine ullâ inscriptione sive titulo est tale: Ὅτι ὁ Ἴστρος ὁ ποταμὸς, λεγόμενος Φίσων παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, καὶ τοῦ Παραδείσου ἐξιὼν, ὥσπερ καὶ οἱ λοιποὶ, Τίγρις, Εὐφράτης καὶ Γηὼν, καὶ ὑποδὺς τοὺς μυχοὺς τῆς γῆς, καὶ εἰς δύσιν ἀπερχόμενος, ἐκδίδοι τοῦ Ἀπεννίου ὄρους, τοῦ διήκοντος ἀπὸ τῆς Σικελικῆς θαλάσσης ἕως τῶν Γερμανῶν τῶν πρὸς τῷ βορείῳ ὠκεανῷ, κἀκεῖθεν σύρεται πρὸς ἀνατολὴν, χέει εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον διὰ ε΄ στομάτων. οὗτος ἐν τῇ ἀνατολῇ ὀνομάζεται Γάγγης· ἀλλάσσει δὲ τὸ ὄνομα ἐν τῇ δύσει, Ἴστρος προσαγορευθεὶς, καὶ ὑπὸ Θρακῶν Δανούβιος πάλιν καλούμενος. καὶ οὗτος μὲν μέγιστός ἐστι ποταμῶν, ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸν μὲν ἧττον τοῦ Νείλου· ὑποδεχόμενος δὲ τοὺς εἰσρέοντας ἐν αὐτῷ, καὶ τοῦ Νείλου μείζων γίνεται. ιζ΄ γὰρ ποταμοὶ εἰσβάλλουσιν ἐν αὐτῷ· εἰσὶ δὲ οὗτοι· ἐκ μὲν Σκυθίας ε΄, &c. Notandum autem est traditionem hanc *de Danubij ortu in Paradiso* non solùm valdè paradoxam, verùm etiam planè fabulosam esse, fluviúmque Paradisi, qui in Sacrâ Scripturâ appellatur *Phison*, secundùm *Flavium Josephum*, *S. Epiphanium*, *S. Hieronymum*, *S. Augustinum*, & reliquos ferè omnes

(2) *Quod enim Dissertatio hac aliunde excerpta sit, satis apparet ex primâ voce* Ὅτι.

mnes Scripturæ Sacræ Explanatores, non esse *Istrum* sive *Danubium*, sed *Gangen Indiæ flumen*; quâ de re vide R. P. *Benedictum Pererium*, è Soc. Jesu Tomi primi Commentariorum & Disputationum in Genesin libro tertio, qui inscribitur *de Paradiso*, & quidem pag. 104, 105, 106, 107 & 108 editionis Coloniensis in folio, ubi licet de *quatuor fluminibus Paradisi* eruditè pariter ac prolixè disseratur, & speciatim de *Phisone* ac *Gehone* nova quædam proponatur opinio, *Istri* tamen sive *Danubij* ne unico quidem verbulo fit mentio. Quod superest, si quis de verâ *Danubij* origine, veróque ejus cursu, & de fluvijs, quos in se recipit, accuratam & doctam narrationem desideret, is consulat *Joannis Cuspiniani* Chorographiam Austriæ, & *Joannis Guilielmi Stuckij Tigurini* doctissima Scholia in *Arriani* Periplum Ponti Euxini à pag. 161 usque ad pag. 187.

Vndecimò, & quidem fol. 345 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Excerptum historicum de origine Indictionis ab Imp. Augusto derivatâ*, quæ sine ulla inscriptione sive titulo incipit hoc modo: Ὅτι ὁ Αὔγουστος κινηθεὶς κατὰ Ἀντωνίου, ἐπολέμησε καὶ ἐνίκησε αὐτὸν ἐν τῇ β' τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός. ἐν αὐτῷ δὲ καὶ ἐγεννήθη, ὅθεν ἐτίμησεν αὐτὸν ἀρχὴν Ἰνδίκτου κελεύσας αὐτὸν λέγεσθαι καθὰ καὶ Αἰγύπτιοι τὸν Ἄθυρον ἔχουσιν ἀρχὴν χρόνου καὶ μῆνα πρῶτον. ὁ μὲν τοι Αὔγουστος, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 345 pag. 1 usque ad fol. 346 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Excerpta quædam de varijs Mensuris & metiendi modis*, quorum principium: Χρὴ γινώσκειν, ὅτι ὁ μὲν κάλαμος, μεθ' οὗ μετροῦσι τὴν σκαφεῖσαν γῆν τῶν ἀμπελώνων, ὀκτάπους ἐστὶν, ἑκάστου ποδὸς ἀνὰ δύο σπιθαμὰς βασιλικὰς ἔχοντος, &c.

II.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Iuridicos Græcos quartus.

Secundus (1) Codex manuscriptus *Juridicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, ptincipio & fine mutilus, constátque nunc folijs *ducentis viginti sex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 159 pag. 1, *Sexaginta Librorum Basilicorum universi Juris Romani Synopsis alphabetica*, eodem planè modo, ut in proximè præcedenti Codice, hoc tantùm excepto, quod literæ A prior ac major pars desit usque ad hæc verba, (2) Περὶ τοῦ Πραίτωρος Πισιδίας ἀνάγνωθι βιβλίον ς', τίτλον ζ, &c. In fine autem literæ Ω exstat hæc subscriptio: Τέλος σὺν Θεῷ τῶν Βασιλικῶν ξ βιβλίων κατὰ στοιχεῖον.

(2) Vide proximè præcedentē Codicem MStū fol. 41 pag. 2.

Secun-

Secundò, & quidem à fol. 159 pag. 1 usque ad fol. 186 pag. 2, *variorum Imperatorum Constantinopolitanorum Novellæ Constitutiones*, quarũ *prima* est *Imp. Romani Senioris de potentibus in consortia pauperum succedentibus*, quæ incipit: Ἀνθρώποις ἐστὶ ζηλωτὸν καὶ περισπούδαστον, &c. Vide etiam proximè præcedentem Codicem MStum fol. 282 pag. 2.

Tertiò, & quidem à fol. 187 pag. 1 usque ad fol. 197 pag. 1, *Delectus Legum compendiarius, compositus ab Impp. Leone Philosopho & Constantino Porphyrogenito, & in titulos viginti octo divisus*; cujus titulus & principium: Ἐκλογὴ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ, γενομένη παρὰ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου τῶν σοφῶν Βασιλέων. Ἀρχὴ τῶν κεφαλαίων τῆς νεαρᾶς νομοθεσίας. Τίτλος α΄ Περὶ συστάσεως μνηστείας καὶ λύσεως αὐτῆς, κεφάλαιον α΄. (1) Συνίσταται μνηστεία Χριστιανῶν ἐπὶ τοῖς ἐν πρώτῃ ἡλικίᾳ ἀπὸ ἑπταετοῦς χρόνου &c. *Decimus octavus* autem sive *ultimus* Titulus inscribitur (2) Περὶ διαμερισμοῦ σκύλων, sive, de dividendis spolijs.

Quartò, & quidem à fol. 197 pag. 2 usque ad fol. 200 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Collectio variarum Legum ex Imp. Justiniani Institutionibus, Digestis, Codice & Novellis*; in quâ *Stephani Antecessoris* Κώδηξ Ἰουστινιανοῦ σύντομος, sive, *Codex Justinianeus abbreviatus* cùm aliàs sæpiùs, tùm præcipuè ter nominatim citatur his verbis: Ἐκ τοῦ δευτέρου βιβλίου τοῦ Κώδικος Ἰουστινιανοῦ Στεφάνου Ἀντικένσορος περὶ κληρονόμων ἐνδιαθέτων &c; nec multo pòst: Ἐκ τοῦ ὀγδόου βιβλίου τοῦ συντόμου Κώδικος Στεφάνου Ἀντικένσορος· Ὁ βίας ἐκτὸς &c; & porrò tertium: Ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὀγδόου βιβλίου τοῦ αὐτοῦ Στεφάνου Ἀντικένσορος, περὶ ἐὰν βίᾳ ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ &c. Citatur etiam ibidem τὸ βιβλίον τῶν Παρατίτλων, sed sine adjecto nomine Autoris; item *Athanasij Scholastici* sive *Advocati Liber ex Digestis & Codice* hoc modo: Ἀπὸ βιβλίου Ἀθανασίου Σχολαστικοῦ ἐκ τῶν Διγέστων καὶ τοῦ Θ΄ βιβλίου τοῦ Κώδικος. Prætereà citatur quoque ibidem *Joannis Cubidij Antecessoris*, qui ab *Antonio Augustino* perperàm appellatur *Convidius*, Ποινάλιον sive *Tractatus de Pœnis* hoc modo: Ἐκ τοῦ Ποιναλίου Ἰωάννου Κουβιδίου Ἀντικένσορος.

(1) Vide Leunclavianã Synopseos Basilicorum Appendiceẽ pag. 32 & Ius Græco-Romanum Freheri Tom. II pag 100.
(2) Vide Ius Græco-Rom Tom. II pag. 133.

Quintò, & quidem à fol. 200 pag. 2 usque ad fol. 203 pag. 1, *Jus navale Rhodiorum, excerptum ex Libro decimo quarto Digestorũ, & in Capita quadraginta septẽ divisum*; cujus titulus & principiũ: Νόμος Ῥοδίων ναυτικὸς κατ᾽ ἐκλογὴν ἐκ τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου βιβλίου τῶν

 Διγέ-

Διγέστων. Κεφάλαιον ά. Εὰν πλοῖον ὁρμᾷ ἐπὶ λιμένα, &c. Exstat quidem illud *græcè* & *latinè* Tomo secundo *Juris Græco-Romani* Freheriani pag. 269 usque ad pag. 277, sed in Titulo sive Inscriptione pro ἐκ τοῦ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥ βιβλίου τῶν Διγέστων, hoc est, *ex DECIMOQVARTO Libro Digestorum*, perperàm legitur ἐκ τοῦ ΙΑ' βιβλίου τῶν Διγέστων, hoc est, *ex VNDECIMO libro Digestorum.* Quod certè primo intuitu quilibet animadvertet, si ipsa Digesta vel obiter inspexerit. Libro enim *undecimo* Digestorum non agitur *de re nauticâ & lege Rhodiâ*, sed *de Interrogationibus in jure faciendis & interrogatorijs actionibus; de quibus rebus ad eundem Judicem eatur; de servo corrupto; de fugitivis; de aleatoribus; si mensor falsum modum dixerit; de religiosis locis & sumptibus funerum, & ut funus ducere liceat; de mortuo inferendo & sepulcro ædificando:* at libri *decimi quarti* duobus prioribus titulis agitur *de exercitoriâ actione*, & *de lege Rhodiâ de jactu*, & ex ijs suprà memorata *quadraginta septem Capita* præcipuè desumpta sunt. Notandum etiam est, ijsdem Capitibus tàm in eodem Codice MSto *Cæsareo*, quàm in suprà citato *Jure Græco-Romano* auctarij sive mantissæ loco subjungi alia *quatuor Juris Justinianei loca de naucleris & de naufragio*; sed necessarijs nonnullis indigere emendationibus. Primus enim locus in Codice nostro MSto exstat hoc modo: Τοῦ β' τίτλου τοῦ ιά βιβλίου τοῦ Κώδικος. Ὁ ἁρπάζων τι ἐκ τῶν ναυκλήρων, τὸ τετραπλάσιον ἀποδιδότω. Hoc est: *Ex secundo titulo undecimi Libri Codicis: Qui naucleros rapinâ afficit, quadruplum restituat.* Sed tàm ibi, quàm in Jure Græco-Romano pro *ex Titulo secundo* legendum est *ex Titulo primo.* Reverâ enim desumptus est hic locus *ex Libri undecimi Codicis Justinianei lege quinta Tituli primi, de Navicularijs seu Naucleris* inscripti, quæ concepta est his verbis: *Ab his, qui in NAVCLEROS prædas egerunt, volumus eorum commodis satisfieri, & ideò, ne crescat in posterum eorum audacia, sancimus, ut quicunq; in rapinis fuerit deprehensus, pœnâ quadrupli tenentur.* Hucusque ipsa verba legis. Vnde patet, errare *Marquardum Freherum*, dum in *Jure Græco-Romano* eandem pravam citationem retinet, & in contextu græco pro ἐκ τῶν ναυκλήρων asserit legendum esse ἐκ τῶν ναυαγίων, hoc est, *ex naufragijs.* *Secundus* quatuor illorum locorum tàm in Codice MSto *Cæsareo*, quàm in *Jure Græco-Romano* inscribitur atque incipit his verbis: Ἐκ τοῦ πέμπτου τίτλου τοῦ αὐτοῦ. Ὁ ἰδιωτικὸν φορτίον ἐπιθεὶς τῷ δημοσίῳ &c; hoc est: *Ex titulo quinto ejusdem Libri Codicis. Qui privatum onus imposuerit*

rit

rit publico, &c. Sed locus hic re verâ desumptus est *ex Libri undecimi Codicis Justinianei lege primâ Tituli quarti*, quæ incipit: *Oneri publico ne quis sarcinam privatam imponat*, &c. *Tertius* suprà memoratorum quatuor locorum exstat in *Jure Græco-Romano* hoc modo: Ἐκ τοῦ πέμπτου τίτλου τοῦ μβ' βιβλίου τῶν Διγέστων. Οἱ ἐκ τῆς ἐλεεινοτάτης τῶν ναυαγησάντων ὑποστάσεως ἁρπάζοντες οἱονοῦν, ἢ κερδαίνοντες κατὰ δόλον πονηρὸν, τὸ τετραπλάσιον τοῖς ἀδικηθεῖσι παρεχέτωσαν. Hoc est: *Ex titulo quinto libri XLIIdi Digestorum. Qui ex miserabili naufragorum substantiâ quidvis rapiunt, aut dolo malo lucrantur, quadruplum injuriam passis præstent.* Atenim verò locus hic re verâ desumptus est *ex Libri quadragesimi septimi Digestorum lege prima Tituli noni, de incendio, ruinâ, naufragio, rate, nave expugnatâ* inscripti, quæ incipit: *Prætor ait: In eū, qui ex incendio, ruinâ, NAVFRAGIO, rate, nave expugnatâ, quid rapuisse, recepisse dolo malo, damnive quid in his rebus dedisse dicetur, in QVADRVPLVM in anno, quo primùm de eâ re experiundi potestas fuerit; post annum, in simplum, judicium dabo.* Vnde patet, locum hunc in Codice MSto *Cæsareo* rectè citari hoc modo: Τοῦ ἐννάτου τίτλου μζ' βιβλίου τῶν Διγέστων. *Quartus* deniq; locus, qui incipit: Ὁ βαρυτέρᾳ πραίδᾳ καὶ βίᾳ ἀφελόμενος πράγματα ἀπὸ τοῦ ναυαγίου &c, hoc est, *Qui graviori prædâ & vi res aufert ex naufragio* &c, desumptus est ex ejusdem jam memorati *tituli noni lege quartâ*, § 1, ubi expresse legitur: *Ideóq; si graviori prædâ vi adpetita videbitur*, &c. Cæterùm si quis *de Eunomiâ* sive *bonis legibus Reipublicæ Rhodiorum, & curâ rerum navalium*, plura scire desideret, is consulat potissimùm ex antiquis *Strabonem* Geograph. lib. 14, ex recentioribus autem *Vbbonis Emmij* Veterem Græciam illustratum Tomo IIItio, *Claudij Bartholomæi Morisoti* Orbem Maritimum, sive, Rerum in Mari & littoribus gestarum Historiam generalem lib. 1 cap. 30, & *Ludovici Nonnij* Commentarium in *Huberti Goltzij* Numismata Antiquæ Græciæ à pag. 274 usque ad pag. 278.

Sextò, & quidem à fol. 203 pag. 1 usque ad fol. 204 pag. 1, *Leges militares de pœnis militum, ex Rufo & Tacticis collectæ, & in Capita quindecim divisæ*, quorum *primum* inscribitur atque incipit his verbis: Κεφάλαιον α' στρατιωτικῶν ἐπιτιμιῶν ἐκ τῶν Ῥούφου καὶ τῶν Τακτικῶν. (1) Οἱ τινες τολμήσωσι συνωμοσίαν ἢ φρατρίαν, ἢ στάσιν κατὰ τοῦ ἰδίου ἄρχοντος ποιῆσαι, &c. Subjunguntur etiam ibidem jam memoratis *quindecim Capitibus* anonymi cujusdam Autoris *ex Imp. Justiniani Digestis & Codice Excerpta de Pœnis militum*, quorum inscriptio:

(1) *Vide Ius Græco-Romanum Freheri Tom. II pag. 250, ubi hæc lex inter Leges militares Rufi est* decima.

ptio: Ποινάλιος στρατιωτικός; item alia quædam *Excerpta militaria ex Digestis*, quorum inscriptio: Περὶ στρατιωτικῶν καταστάσεων.

Septimò, & quidem à fol. 204 pag. 1 usque ad fol. 226 pag. 1, *Enchiridion Juris in quadraginta titulos divisum*, quorum *primus* sine ullo Proœmio & nomine Autoris inscribitur atque incipit hoc modo: Τίτλος πρῶτος περὶ συνέσεως μνηστείας. Κεφάλαιον α΄ (1) Μνηστεία ἐστὶ μνήμη καὶ ἐπαγγελία τῶν μελλόντων γάμων &c. Hoc est: *Titulus primus de Sponsalibus. Caput primum. Sponsalia sunt mentio & promissio futurarum nuptiarum*; &c. In fine autem *quadragesimi* sive *ultimi* Tituli exstat hæc subscriptio: Τέλος τῶν μ΄ τίτλων τοῦ Ἐγχειριδίου.

(1) *Vide* Michaelis Attaliotæ, *Proconsulis & Iudicis Pragmaticã, sive Synopsin Synopseos Basilicorũ ad* Imp. Michaelem Ducam, *Tomo IIdo Iuris Græco-Romani insertam, titulo vigesimo quarto.*

Octavò, & quidem fol. 226 pag. 1 & 2, *Constantini Harmenopuli Leges Georgicæ sive Colonariæ, è Jure Justinianeo excerptæ*, quarum titulus & principium: Προοίμιον γεωργικοῦ νόμου. Τὰ πράγματα ἢ τῷ φυσικῷ ἤγουν ἐθνικῷ νόμῳ κτώμεθα, ἢ τῷ πολιτικῷ. πάντα οὖν τὰ χέρσαια &c. Vide *Jus Græco-Romanum Freheri* Tom. II pag. 256, & *Promptuarij Juris Constantini Harmenopuli* editionem Dionysij Gothofredi græco-latinam apud Guillelmum Læmarium A. 1587 in quarto, pag. 465.

III.

Tertius (2) Codex manuscriptus *Juridicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, principio & fine mutilus, constátque nunc folijs *trecentis octoginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli.* Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is etiam olim inter Codices MStos Iuridicos Græcos* tertius.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 2 pag. 2, Fragmentum *Indicis Syntagmatis* alicujus *Juridici, in centũ nonaginta quatuor Capita divisi*, cujus paulo pòst accuratior fiet mentio.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1 usque ad fol. 5 pag. 1, Νόμος ποινάλιος τῶν στρατιωτῶν ἐκ τοῦ μθ΄ βιβλίου τῶν Διγέστων, τίτλου ις΄, καὶ ἐκ τοῦ Ῥούφου καὶ τῶν Τακτικῶν· hoc est: *Lex pœnalis militum, desumpta ex Libri XLIXni Digestorum titulo decimo sexto de Re militari; ut & ex Rufo & Tacticis.* Principium ejus est: Περὶ στρατιωτικῶν ἐπιτιμιῶν. Ἐάν τις ἀπηγορευομένον αὐτῷ πρᾶγμα &c. Vide etiam proximè præcedentem Codicem MStum Juridicum secundum num. 6.

Ter-

Tertiò, & quidem à fol. 5 pag. 1 usque ad fol. 6 pag. 1, *Excerpta varia ex Codice Justinianeo*, quorum principium: Ἐπὶ πασῶν τῶν ἀγωγῶν ἐπιφέρει ὅρκον ὁ δικαστὴς, &c.

Quartò, & quidem à fol. 6 pag. 1 usque ad fol. 20 pag. 1, *Delectus Legum compendiarius, compositus ab Imp. Leone Philosopho & Constantino Porphyrogenito, & in titulos viginti octo divisus*, quorum *primus* inscribitur atque incipit hoc modo: Περὶ συστάσεως μνηστείας καὶ λύσεως αὐτῆς Τίτλος α΄ κεφάλαιον α΄. Συνίσταται μνηστεία Χριστιανῶν ἐπὶ τοῖς ἐν πρώτῃ ἡλικίᾳ ἀπὸ ἑπταετοῦς χρόνου &c. Vide etiam proximè procedentem Codicem MStum *Juridicum secundum* num. 3, ubi idem exstat Liber cum præfixâ Inscriptione generali, in quâ *Impp. Leonis Philosophi* & *Constantini Porphyrogeniti* expressa fit mentio.

Quintò, & quidem à fol. 20 pag. 1 usque ad fol. 21 pag. 1, *Imp. Romani Senioris Novella de alienatione fundorum & prælatione cognatorum & consortium*; cujus titulus & principium: Ἡ νεαρὰ νομοθεσία τοῦ κυροῦ Ῥωμανοῦ τοῦ γέροντος. Παλαιὸς νόμος ἐστὶν, ἵνα μηδεὶς παρὰ συγγενῶν ἢ κοινῶν ἐμποδίζηται πωλεῖν &c. Plura de eâdem Novellâ vide suprà pag. 5. Est autem ea in hoc Codice mutila, & pertingit tantum usque ad hæc verba: (1) Καὶ ὁ ἅπαξ πειραθεὶς κακῶς ἐκποιῆσαι, καὶ ἄκων ἐκπωλῆσαι ἀναγκασθήσεται εἰς ἐκείνους, οἷς δέδωκε τὴν προτίμησιν.

(1) Vide Ius Græco-Romanum Freher. Tom. II pag. 141, sed ibi pro διδῶκε legitur δεδώ-καμεν.

Sextò, & quidem à fol. 21 pag. 1 usque ad fol. 71 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Syntagma Juridicum, in centum nonaginta quatuor Capita divisum*, quorum *primum* sine ullâ generali *Inscriptione*, & absque ullo *Proœmio*, inscribitur atque incipit his verbis: Περὶ ἀρχόντων πόσαι ἀρεταὶ τοῖς ἄρχουσι πρέπουσί τε καὶ ἁρμόζουσι, κεφάλαιον α΄. Τὸ συμπαθὲς καὶ φιλάνθρωπον &c. Ultimum autem Caput inscribitur, atque incipit hoc modo: Περὶ πλαστῶν καὶ συγκλήτου θεσπισμάτων, κεφάλαιον ρϟδ΄. Ὁ ποιήσας ἐκμαρτύρια πλαστὰ &c.

Septimò, & quidem fol. 71 pag. 1 & 2, *Glossæ Juridicæ*, sive, *Vocabula Juris Latina cum interpretatione Græcâ*; quorum titulus & principium: Λέξεις Ῥωμαϊκαὶ τοῦ νόμου. Κωδίκελλος, τελευταία βούλησις. Δεβίτωρ, ὁ χρεώστης &c.

Octavò, & quidem à fol. 72 pag. 1 usque ad fol. 93 pag. 1, *Theodori Hermopolitæ Synopsis & Ecloga Codicis Justinianei erotematica, sive per interrogationes & responsiones, in Capita octoginta duo divisa*; cum præfixo *Indice Capitum*, qui inscribitur atque incipit his verbis:

Πίναξ

Πίναξ τῶν συνόψεων τῶν Κωδίκων, Θεοδώρου Ἑρμοπολίτου. Κεφάλαιον α΄ περὶ πίστεως &c. Finito hoc Indice, sequitur ipsa Synopsis hoc modo: Σύνοψις καὶ Ἐκλογὴ ἐκ τῶν Κωδίκων Θεοδώρου Ἑρμοπολίτου. Βιβλίον α΄, τίτλος γ΄. Κεφάλαιον α΄ περὶ πίστεως. Πότε τελευτῶν ὁ Ἡγούμενος ὁ μετ᾽ αὐτὸν οὐ προυπημᾶται; Ὅτε ὁ ἔσχατος μαρτυρηθῇ ἐνάρετος καθὼς φησὶν ὁ νόμος. Τελευτῶντος Ἡγουμένου μοναστηρίου, προβληθῇ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ὁ πρὸς ἀρετὴν ἐπιτήδειος, καὶ μὴ πάντως ὁ δευτεράριος· τοῦτο γὰρ καὶ ἐν ταῖς νεαραῖς εἴρηται. Πότε ἐκτὸς τῶν ἐκκλησιαστικῶν κρίνει καὶ δικάζει ὁ Ἐπίσκοπος; Ὅτε οἱ πολιτικοὶ ἀρθῶσι τοῦ δικασθῆναι ὑπ᾽ αὐτοῦ, καθὼς φησὶ ὁ νόμος· Τοῖς ἐθέλουσι καλῶς δικάζει ὁ Ἐπίσκοπος· ἄκων γὰρ &c. Meminit hujus Operis doctissimus Episcopus Vasionensis *Josephus Maria Suaresius* in *Notitiâ Basilicorum* his verbis: *Codex Justinianeus, in Libros duodecim divisus, in Græcum translatus etiam fuit, atque hujusmodi Codicem Græcum visum fuisse in insulâ Cretâ* (1)*. Suallembergus in Prologo ad Harmenopulum & Balduinus in Prolegomenis affirmant reperiri. Freherus refert, ejus interpretem exstitisse illum, qui* Κωδικεύτου *nomine laudatur, in Basilicis opinor. Scribit tamen Matthæus Blastares Thalelæum Antecessorem τὸν Κώδικας εἰς πλάτος expofuisse; THEODORUM HERMOPOLITEN* συντετμημένως, ἔτι δὲ συντομώτερον *Anatolium, at Isidorum contractiùs Thalelao, alijs verò duobus latiùs. THEODORI argumenta brevia in Codicem laudari in Basilicis Cujacius prodit, illúmque passim laudat, sicut & Antonius Augustinus, & Gothofredus: & exstat ejusdem Codicis versio Gallica sub Lothario facta, ut testis est Freherus; eâque se Cujacius usum esse profitetur in cap. Pastoralis extr. de caus. potest. & propriet.; & alibi quoque exstat Turcica, cujus in Paratitlorum Prologo meminit* αὐτόπτης *Leunclavius.* Hucusque *Suaresius.*

(1) *Is est* Fridericus Adamæus Suallembergus, *qui* Harmenopuli Hexabiblon *sive* Prochiron Juris Civilis *primus græcè in lucem edidit Parisijs apud Christianū Wechelum A.* 1540 *in quarto.*

Nonò, & quidem à fol. 93 pag. 1 usque ad fol. 94 pag. 1, alia quædam *variarum Legum Ecloga, in Capita quadraginta tria olim divisa,* ex quibus ibi nunc *priora triginta tria* desunt; *trigesimum* autem *quartum* inscribitur atque incipit hoc modo: Ἰστέον ὅτι ἐκ τούτων τῶν κεφαλαίων λείπει τῷ ἀντιβολαίῳ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς κεφάλαια λγ΄, ἐξ ὧν καὶ ἡμεῖς ἀρχόμεθα τῶν καθευρεθέντων λοιπῶν κεφαλαίων, ἤγουν τοῦ λδ΄ κεφαλαίου· ἔστι δὲ τοῦτο καὶ οὕτως ἔχει. Ὅτε ἀναγκαζομένης τῆς διαχρήσεως δεσποτείας δίδοται ἀγωγὴ &c.

Decimò,

Decimò & quidem à fol. 94 pag. 1 usque ad fol. 100 pag. 1, ex (1) *Eustathij Antecessoris Libro de temporalibus intervallis* Fragmentum *de Annis* sive *de annuis intervallis eorúmque effectu;* cujus titulus & principium: Περὶ ἐνιαυτῶν. Τοῦ ἐνοίκου μὴ φαινομένου, δύναται ὁ μισθώσας μετὰ διετίαν ἀνοίγειν, &c. Vide Jus Græco-Romanum *Freheri* Tom. II pag. 230, ubi agitur περὶ διετίας sive *de Biennio.*

Vndecimò, & quidem à fol. 100 pag. 1 usque ad fol. 122 pag. 1, *Imperatorum aliquot Constantinopolitanorum Novellæ Constitutiones;* nempè Imò, *Imp. Romani Senioris Novella de potentibus in consortia pauperum succedentibus, à Cosmâ Magistro composita*, cujus titulus & principium: Νομοθεσία παλαιὰ Ῥωμανοῦ Βασιλέως τοῦ γέροντος, συντεθεῖσα παρὰ Κοσμᾶ Μαγίστρου τῷ καιρῷ τοῦ λιμοῦ τῆς πρώτης Ἰνδικτιῶνος. (2) Ἀνθρώποις ἐστὶ ζηλωτὸν καὶ περισπούδαστον &c; IIdò, *Imp. Constantini Porphyrogeniti Novella de alienatione fundorum & prælatione cognatorum atque consortium*, cujus principium: (3) Παλαιὸς νόμος ἐστὶ, μηδένα κωλύεσθαι μήτε παρὰ συγγενῶν &c; IIItiò, ejusdem *Imp. Constantini Porphyrogeniti Novella, à Theophilo Patricio & Quæstore composita*, cujus titulus & principium: Ἑτέρα νεαρὰ νομοθεσία Κωνσταντίνου Βασιλέως τοῦ Πορφυρογεννήτου, συντεθεῖσα παρὰ Θεοφίλου Πατρικίου καὶ Κοιαίστορος εἰς μῆνα Μάρτιον Ἰνδικτιῶνος έ. (4) Τῶν γὰρ ἀπὸ τῆς βασιλικῆς νομοθεσίας εἰργομένων ἀγοράζειν προσώπων &c; IVtò, *Constantini Despotæ Novella, dictata à Magistro (5) Theodoro Decapolitâ*, cujus titulus & principium: Νομοθεσία Κωνσταντίνου Δεσπότου, ὑπαγορευθεῖσα παρὰ Θεοδώρου Μαγίστρου τοῦ Δεκαπολίτου, τῆς πρώτης νομοθεσίας ἀποδοκιμασθείσης διὰ τὸ περιέχειν τοὺς θεματικοὺς κριτὰς καὶ τὸν (6) σκρίβαν δικάζειν, ἐνομοθετήθη καὶ αὕτη ἡ νομοθεσία. Ἔν τισιν τινα παράλογον ἄρτι περὶ βραχέως κατὰ τῶν ἡμετέρων &c; Vtò, *Imp. Constantini Porphyrogeniti Novella de homicidis*, cujus titulus & principium: Νεαρὰ νομοθεσία Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου περὶ φονέων. Περὶ τῶν ἑκουσίως τῷ τοῦ φόνου ἐγκλήματι περιπεσόντων &c; VItò. *Imp. Romani Junioris Novella de Mulctis, à Symeone Patricio & Protosecretario composita*, cujus titulus & principium: Περὶ προστίμων νεαρὰ νομοθεσία Ῥωμανοῦ τοῦ Βασιλέως τοῦ νέου, συντεθεῖσα παρὰ Συμεὼν Πατρικίου καὶ Πρωτοασηκρῆτις. Παλαιὸν καὶ καλὸν ἔθος τοῖς νόμοις ἐπικρατῆσαι, οὐδ᾽ οἶδ᾽ ὅπως ἀμεληθὲν &c; VIImò, *Imp. Constan-*

(1) *Vide suprà pag.* 6.

(2) *Vide suprà pag.* 5.

(3) *Vide suprà pag.* 6.

(4) *Verũ hujus Novellæ principium est:* Παρὰ πολλῶν ἀνεμάθεν ἡ ἐκ Θεοῦ βασιλεία ἡμῶν &c. *Vide suprà pag.* 5.

(5) *De hoc* Theodoro Decapolitâ, *ejúsque* Novellis *sub nomine* Imp. Cõstantini Porphyrogeniti *compositis ac promulgatis, vide Animadversiones meas in* Georgij Codini *Catalogum Imperatorum Constantinopolitanorum*, *pag.* 109 *editionis Parisiensis in Corpore Historiæ Byzantinæ.*

(6) *Vide suprà pag.* 7.

ſtantini Porphyrogeniti Novella de militibus, cujus titulus & principium: (1) Ὥσπερ ἐν σώματι κεφαλή, &c; VIIIvò; *Imp. Nicephori Phocæ Novella de Monaſterijs, Gerocomijs & Hoſpitalibus, ne nova exſtruantur, ſed antiqua conſerventur*, cujus titulus & principium: Ἡ προσφυεστέρα νομοθεσία τοῦ Βασιλέως κυροῦ Νικηφόρου περὶ μοναστηρίων, γηροκομίων τε καὶ ξενώνων. (2) Ὁ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς λόγος &c; IXnò, ejuſdem *Imp. Nicephori Phocæ Novella de militibus*, cujus titulus & principium: Ἡ μεταφυεστέρα νομοθεσία Βασιλέως κυροῦ Νικηφόρου περὶ τῶν στρατιωτῶν. Πατὴρ δίκαιος, ὁ πάντας τοὺς παῖδας &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 122 pag. 1 uſque ad fol. 202 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Ecloge Legum compendiaria, in Titulos quinquaginta diviſa, & primo Imp. Romani Senioris anno Imperij edita*; cujus *Inſcriptio* cum principio *Proœmij* eſt talis: Ἐκλογὴ νόμων τῶν ἐν ἐπιτόμῳ ἐκτιθεμένων, καὶ ἐν πεντήκοντα τίτλοις διηρμοσμένων, ἀπό τε τοῦ δυοδεκαδέλτου τῶν Διγέστων Ἰουστινιανοῦ, καὶ Ἰνστιτούτων, καὶ τῶν καλουμένων Νεαρῶν, σὺν τῆς ἐκλογῆς τοῦ Ἐγχειριδίου. Ὁ πρᾳότατος γὰρ ἡμῶν Βασιλεὺς Λέων, θείῳ ζήλῳ κινηθεὶς, ἐπεσύναξε συλλήβδην σχεδὸν ἅπαντα τὸν νόμον ἀπό τε τοῦ δυοδεκαδέλτου τῶν Διγέστων Ἰουστινιανοῦ καὶ Ἰνστιτούτων σὺν τῶν καλουμένων Νεαρῶν, καὶ ἐν (3) ἑξήκοντα βίβλοις ἐκτείνας διὰ (4) Συμβατίου Πρωτοσπαθαρίου καὶ λοιπῶν θείων εὐνόμων ἀνδρῶν, καὶ &c. Vltima autem *Proœmij* verba ſunt hæc: διὰ πεντήκοντα τίτλων τεθείκαμεν ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τοῦ εὐτυχοῦς Ῥωμανοῦ Βασιλέως πρὸς ὑπόμνησιν καὶ ὠφέλειαν τῶν ἐντυγχανόντων ταύτῃ τῇ μικρᾷ βίβλῳ. Sequitur deinde *Index quinquaginta illorum Titulorum* hoc modo: Πίναξ τῆς συλλογῆς τοῦ νόμου καὶ τῶν ὑποτεθέντων ν' τίτλων ἐν τῷδε τῷ χειρώδει βιβλίῳ. Τίτλος ά περὶ δικαιοσύνης καὶ νόμου. Τίτλος β' περὶ νόμου φυσικοῦ. &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 203 pag. 1 uſque ad fol. 226 pag. 2, *DeleƐtus Legum compendiarius*, (5) *ab Impp. Leone Philoſopho & Conſtantino Porphyrogenito compoſitus*, qui in hoc Codice Cæſareô *tredecim* tantùm conſtat *Titulis*, quorum *primus* cum principio *ſecundi* deeſt uſque ad hæc verba: Τὰ τοῖς παλαιοῖς νομοθετηθέντα τὸν Βασιλέα δεῖ ἑρμηνεύειν, &c. Eſt autem hæc *paragraphus ſecunda tituli ſecundi*, itidem ut in *Jure Græco-Romano Freheri* Tom. II pag. 83. Titulus deniq; *decimus tertius* ſive *ultimus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τίτλος ιγ' περὶ πρὸ γάμου καὶ διὰ γάμου δωρεᾶς. Κεφάλαιον ά. Τὰ ἐπὶ βλάβῃ τοῦ κοινοῦ ἀεὶ κωλύοντες, &c. De-

(1) *Vide ſuprà pag.* 5.

(2) *Vide ſuprà pag.* 5.

(3) *Notabilis locus de Sexaginta Libris Baſilicorũ Iuris, ejuſq; autore* Imp. Leone Philoſopho. *Vide etiam ſuprà pag.* 1.

(4) Symbatius *hic à* Matthæo Blaſtare, Antonio Auguſtino, Joſepho Mariâ Suareſio, *& alijs, vocatur* Sabbatius. *Vide etiam ſuprà pag.* 1.

(5) *Vide ſuprà pag.* 11 *&* 15.

Decimo quartò, & quidem à fol. 227 pag. 1 uſque ad fol. 295 pag. 2, Imperatoris Conſtantinopolitani *Baſilij Macedonis*, & filiorum ipſius *Conſtantini* atque *Leonis*, Πρόχειρον νόμων, ſive, *Manuale Legum*, in *Titulos quadraginta* diviſum cujus *Inſcriptio generalis* cum principio *Prœmij* eſt talis: Ἐν ὀνόματι τοῦ Δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, Αὐτοκράτορες Καίσαρες Βασίλειος, Κωνσταντῖνος καὶ Λέων, εὐτυχεῖς, ἔνδοξοι, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, ἀεισέβαστοι, πιστοὶ, Αὔγουστοι. Τὸν μέγαν φύσει καὶ ἀληθινὸν Θεὸν καὶ Σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν διὰ παντὸς ἐπικαλούμενοι, σπουδὴν ἐμμελῆ &c. Finito hoc Prœmio ſequitur Index Titulorum quadraginta hoc modo: Πίναξ τοῦ Προχείρου νόμου. Τίτλος ά περὶ συναινέσεως μνηστείας. Τίτλος β' περὶ ἀῤῥαβώνων μνηστείας. &c. Vide etiam Lib. V horum Commentariorum pag. 162 & 163, & Illuſtriſſimi Epiſcopi Vaſionenſis *Joſephi Mariæ Suareſij* Notitiam Baſilicorum in principio.

Decimo quintò, & quidem à fol. 296 pag. 1 uſque ad fol. 305 pag. 1, *Conſtantini Harmenopuli Leges Georgicæ*, hoc eſt, *Colonariæ* ſive *Ruſticæ*, ex *Jure Juſtinianeo* excerptæ, quarum titulus & principium:

(1) Νόμον Θεὸς δέδωκεν ἀνθρώποις πάλαι,
Ὅπως ἀταθάλλων γε παύσοιτο βλάβη.

Νόμος γεωργικὸς κατ' ἐκλογὴν βιβλίου τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ Βασιλέως. Κεφάλαιον ά. Χρὴ τὸν γεωργὸν, ἐργαζόμενον τὸν ἴδιον ἀγρὸν, &c. Plura de his *Legibus Georgicis* vide ſuprà pag. 14.

(1) *Duo hi verſus deſunt in Iure Græco-Romano* Freheri *& in editione earũdem Legũ, quæ* Harmenopuli *Promptuario Iuris à* Dionyſio Gothofredo *ſubjunctæ ſunt.*

Decimo ſextò, & quidem fol. 305 pag. 2 & fol. 306 pag. 1, *Imp. Alexij Comneni Novella ſive Reſcriptum ad Nicolaum Curopalatam & Magnũ Drungarium Vigiliæ, cognomine Sclerum, de appellantibus adverſus ſententiam judiciariam*; cujus titulus & principium: Τοῦ Κουροπαλάτου Νικολάου καὶ μεγάλου Δρουγγαρίου τῆς βίγλης τοῦ Σκληροῦ ὑπομνήσαντος; κατεπέμφθη ἡ παροῦσα λύσις παρὰ τοῦ θεοστέπτου καὶ ἁγίου ἡμῶν Βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ περὶ τῶν ἐκκαλουμένων τῆς ἀποφάσεως δικαστικῆς. Ἀγαθόν σοι ζῆλον προσμαρτυρεῖ ἡ ὑπόμνησίς σου, &c. Exſtat hoc Reſcriptum in Freheri Jure Græco-Romano Tom. II pag. 185 & 186; ſed ibi *Nicolaus* ille vocatur Νικήτας ſive *Nicetas*.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 306 pag. 2, uſque ad fol. 365 pag. 2, *Michaelis* (2) *Attaliotæ, Judicis & Proconſulis, Synopſis Legum ad Imp. Michaelem Ducam*, cujus *Prœmium* ſine ullâ *Inſcriptio-*

(2) *In Iure Græco-Romano perperàm is vocatur* Attaliata.

ne incipit his verbis: Μέλλων, ὦ θειότατε Βασιλεῦ, καὶ τὸ ἐπιτεταγμένον μοι, ἐκ πολλῶν καὶ ἀπείρων τῶν (1) ἄνωθεν διαταγμάτων καὶ συγγραμμάτων ἰδικήν τινα &c. Exſtat quidem hæc *Synopſis* in jure Græco-Romano, à *Joanne Leunclavio* collecto & in latinum ſermonem translato, à *Marquardo* autem *Frehero* edito, Tom. II à pag. 1 uſque ad pag. 79; ſed diſcrepat editio illa impreſſa multifariàm ab hoc manuſcripto exemplari *Cæſareo*, ejuſque adminiculo valdè poteſt emendari ac ſuppleri. In jam memoratâ enim editionis impreſſæ *Procœmio* legitur, *Synopſin* hanc conſtare τίτλοις ὅλοις ἐννενήκοντα καὶ πέντε, hoc eſt, *in univerſum Titulis nonaginta quinque*; in Codice autem noſtro *Cæſareo* legitur eam conſtare τίτλοις ὅλοις λζ, hoc eſt, *in univerſum Titulis triginta ſeptem*. *Primus* illorum *Titulorum* tàm in ſuprà memoratâ editione impreſſâ, quàm in Codice hoc MSto *Cæſareo* inſcribitur atque incipit hoc modo: Περὶ καταστάσεως ἀνθρώπων, καὶ διαιρέσεως προσώπων. ζήτει βιβλίον Βασιλικῶν μϛ΄. Πάντες ἄνθρωποι ἢ δοῦλοι εἰσὶν, ἢ ἐλεύθεροι &c. In fine autē eſt eadem *Synopſis* in Codice hoc MSto *Cæſareo* integris *quinq; folijs* auctior, quàm in *Jure Græco-Romano*. Poſt verba enim, (2) καὶ κρατεῖ νῦν τοῦτο, καὶ πολιτεύεται καὶ πράττεται., ſequuntur in jam memorato Codice Cæſareo nonnullæ aliæ Inſcriptiones rubricatæ: nempe Περὶ δυνατῶν, Περὶ προτιμήσεως, Περὶ στρατιωτοπίων, Περὶ φονευτῶν προσφευγόντων, Περὶ δικαιοσύνης νόμου, καὶ Περὶ ῥημάτων σημασίας, καὶ Περὶ διαφόρων κανόνων, καὶ Περὶ λύσεων Βασιλεῖ προσφερομένων. Tandem autem prorſus in fine exſtat hæc ſubſcriptio: Τέλος ΤΟΥ ΣΥΝΟΠΤΙΚΟΥ ΝΟΜΟΥ ΜΙΧΑΗΛ ΑΤΤΑΛΕΙΑΤΟΥ τοῦ Κριτοῦ καὶ Ἀνθυπάτου· hoc eſt, *Finis Synopticæ Legis Michaelis Attaliotæ, Judicis & Proconſulis*.

(1) In Iure Græco-Romano pro ἄνωθεν legitur νομικῶν.

(2) Vide Ius Græco-Romanum Tom. II pag. 79.

Decimo octavò, & quidem à fol. 365 pag. 2 uſque ad fol. 367 pag. 2, *Leges militares de pœnis militum, ex Rufo & Tacticis collectæ, ut & ex Imp. Juſtiniani libro quadrageſimo nono Digeſtorum*. Inſcribuntur illæ atque incipiunt hoc modo: Πίναξ περὶ στρατιωτικῶν ἐπιτιμιῶν. Ποινάλιος περὶ στρατιωτικῶν ἐπιτιμιῶν ἐκ τῶν Ῥούφου καὶ τῶν Τακτικῶν. Α΄. (3) Εἰ τινὲς τολμήσουσι συνωμοσίαν ἢ στάσιν κατὰ τοῦ ἰδίου ἄρχοντος ποιῆσαι, &c.

(3) Vide ſuprà pag. 13.

Decimo nonò, & quidem à fol. 368 pag. 1 uſque ad fol. 369 pag. 1, *Imp. Conſtantini Porphyrogeniti Novella de homicidis*, cujus titulus & prin-

principium: (1) Περὶ τῶν ἑκουσίως τῷ τοῦ φόνου ἐγκλήματι περιπεσόντων &c. (1) *Vide suprà pag. 17.*

Vigesimò, & quidem à fol. 369 pag. 2 usque ad fol. 371 pag. 2, *Athanasij Patriarchæ Constantinopolitani Novella, promulgata mense Octobri Indictionis tertiæ, anno Mundi 6813*, hoc est, *anno Christi* 1304. Ipsa Inscriptionis verba græca cum principio *Novellæ* sunt hæc: Νεαρὰ ἐκτεθεῖσα παρὰ τοῦ παναγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου κυροῦ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ κατὰ μῆνα Ὀκτώβριον τῆς τρίτης Ἰνδικτιῶνος τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ὀκτακοσιοστοῦ τρισκαιδεκάτου ἔτους, ἔχουσα οὕτως. Εἰ καί τινι τῶν δικαιωθέντων ἀπὸ Χριστοῦ ἰθύνειν τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἧς ἔλαβε τῶν ἐθνῶν &c. Exerpta quædam hujus *Novellæ* exstant in *Enimundi Bonefidij* Jure Orientali, Lutetiæ Parisiorum typis Henrici Stephani A. 1573 græcè & latinè in octauo edito, libri secundi pag. 112, 113, 114 & 115 contextûs græci, & pag. 172 atque 173 versionis latinæ, ubi bis perperàm legitur *Novella Cæsaris Athanasij* pro *Novella Domini Patriarchæ Athanasij*. In Jure autem Græco-Romano *Leunclavij* atque *Freheri* deest hæc *Novella* omninò.

Vigesimo primò, & quidem à fol. 371 pag. 2 usque ad fol. 374 pag. 2, anonymi cujusdam *Patriarchæ Constantinopolitani Sanctio ecclesiastica*, cujus principium sine ullâ inscriptione est hæc: Βρῶμα θεῖον, μαθόντες ὑπάρχειν τὴν σωτηρίαν βροτῶν παρὰ τῆς αὐτοαληθείας &c.

Vigesimo secundò, & quidem fol. 374 pag. 2, *ex Constantini Harmenopuli titulo quarto Libri secundi Promptuarij Juris paragraphus trigesima prima de olearijs*, quæ inscribitur atq; incipit hoc modo: Περὶ ἀμμυδαρείων ἤτοι ἐλαιοποιῶν, τῶν λεγομένων (2) τζιμιλαρείων, καὶ καπήλων. Ἡ τῶν ἀμμυδαρείων καὶ ἡ τῶν καπήλων τέχνη &c. De significatione & etymologiâ vocabuli græco-barbari Ἀμμυδάρειος vide varias doctorum virorum opiniones & conjecturas in *Dionysij Gothofredi* Nomenclatore Græcarum Juris dictionum, qui *Harmenopuli* Promptuario Juris subjunctus est; ut & apud *Joannem Meursium* in Glossario Græco-barbaro, ubi rectè & ingeniosè monet, pro ἀμμυδαρείων & καπήλων vel καπηλείων legendum esse ἀμμυρκαρείων & καδηλείων, hoc est, *amurcariorum* & *cadaliorum*.

(2) *Vocabulum hoc* τζιμιλάρειος *deest in Joannis Meursij Glossario græco-barbaro.*

Vigesimo tertiò, & quidem à fol. 375 pag. 1 usque ad fol. 377 pag. 2, *Imp. Constantini Porphyrogeniti Novella de alienatione fundorum & prælatione cognatorum atque consortium*, cujus principium: Παλαιὸς

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

ιὸς νόμος ἐςὶ, μηδένα κωλύεαζ μήτε παρὰ συγγενῶν μήτε παρὰ κοινωνῶν &c. Vide etiam suprà pag. 5 & 6.

Vigesimo quartò, & quidem fol. 377 pag. 2, *Imp. Leonis Philosophi Novella de alienatione rerum immobilium*, cujus titulus & principium: Ἔξεςι τῷ κατέχοντι ἀκίνητόν τι διαπιπράσκειν &c.

Vigesimo quintò, & quidem à fol. 378 pag. 1 usque ad fol. 379 pag. 1, *Gregorij Archiepiscopi* (1) *Primæ Justinianæ & totius Bulgariæ Epistola de lege cognationis ad Theodosium Episcopum Pelagoniæ & Prillapi*, cujus titulus & principium: Γραφὴ τοῦ παναγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου τῆς πρώτης Ἰουςινιανῆς καὶ πάσης Βουλγαρίας, κυροῦ Γρηγορίου, πεμφθεῖσα πρὸς τὸν ἱερώτατον Ἐπίσκοπον Πελαγονίας κυρὸν Θεοδόσιον περὶ θεσμοῦ συγγενείας. Ἱερώτατε Ἐπίσκοπε Πελαγονίας καὶ Πριλλάπου, κατὰ πνεῦμα ποθεινότατε δέσποτα καὶ ἀδελφὲ τῆς ἡμῶν μετριότητος, ἡ μετριότης ἡμῶν Θεοῦ δεῖται καὶ σωματικῶς ὑγιαίνειν σοῦ τὴν ἱερότητα. Ἡ παροῦσα γυνὴ Θεοδώρα, ἡ τοῦ (2) Μαγκλαβίτου, ἀναδραμοῦσα πρὸς τὴν ἡμῶν μετριότητα, &c.

(1) *Vocatur ea alias* Achridos. *Vide* Ortelij *Thesaur. Geograph. sub titulo* Iustiniana prima.

(2) *De* Manuclavitis, *qui* Janitores *fuerunt* Aulæ Imperatoriæ Constantinopolitanæ, *vide Lib. IV horum Commentar. pag. 81.*

Vigesimo sextò, & quidem à fol. 380 pag. 1 & 2, anonymi cujusdam Autoris *Observatio de Mensura geometricâ*, cujus titulus & principium: Μέτρον γεωμετρικόν. Ἐχέτω ἡ ὀργυιὰ σπιθαμὰς θʹ, &c.

Vigesimo septimò, & quidem fol. 381 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Methodus sciendi, quot horas qualibet nocte Luna luceat*, cujus titulus & principium: Μέθοδος τοῦ γινώσκειν καθ' ἑκάςην νύκτα πόσας ὥρας λάμπει ἡ σελήνη. Κράτησον τὰς ἡμέρας, ὅσας ἔχει ἡ σελήνη, &c. Vide etiam Librum *quintum* horum Commentariorum pag. 173.

Vigesimo octavò, & quidem à fol. 382 pag. 1 usque ad fol. 385 pag. 2, *Imp. Basilij IIdi sive Junioris Novella de præscriptione quadraginta annorum*, cujus titulus & principium: Ἡ παρὰ νομοθεσία τοῦ κυροῦ Βασιλείου, ὀρθοδόξου Βασιλέως Ῥωμαίων, ἡ κωλύουσα τὴν τεσσαρακονταετίαν. (3) Ἐπειδήπερ ἡ βασιλεία μου, ἀφ' οὗ ηὐτοκρατόρησε, καὶ τὰς κινουμένας ὑποθέσεις &c.

(3) *Vide suprà pag. 6.*

IV.

Quartus (4) Codex manuscriptus *Juridicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque folijs *centum septuaginta tribus*, atq; unus est ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipsius Bibliothecâ avulsos, *Sebastianus Tengnagelius* redemit, & *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* legavit. Continentur eo hæc;

(4) *Fuit is olim extra numerum.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 152 pag. 2, anonymi cu-

mi cujusdam Autoris *Alphabetum Legale*, sive, *Basilicorum universi Juris Romani Synopsis alphabetica minor*, quam Græci vocant τὸ μικρὸν κατὰ στοιχεῖον; respectu videlicet alterius istius *Synopseos alphabetica* (1) *majoris*, quæ exstat in suprà memoratorum Codicum MStorum Juridicorum Græcorum *primo* & *secundo*. *Minor* itaque hæc *Synopsis* inscribitur atque incipit in hoc Codice MSto Cæsareo his verbis: Νομιμὸν κατὰ στοιχεῖον. Οἱ ἄνθρωποι πάντες ἢ δοῦλοι εἰσὶν, ἢ ἐλεύθεροι, ἢ ἀπελεύθεροι &c. Vltima autem litera, nempe Ω, incipit hoc modo: Ἀρχὴ τοῦ Ω. Ὡρεῖα λέγονται τὰ οἰκοδομήματα ἤτοι τὰ σιτοδοχεῖα, ἐν οἷς &c.

Secundò, & quidem à fol. 153 pag. 1 usque ad fol. 173 pag. 1, *Excerpta varia Juridica*, & quidem præcipuè ex *Novellis Imp. Leonis Philosophi*, quorum titulus & principium: Αἱ νεαραὶ τοῦ κυρίου Λέοντος. Νεαρὰ τοῦ κυρίου Λέοντος φησιν ὥς τε δεσπόζειν ἕκαστον τοῦ παρακειμένου αὐτῷ θαλαττίου προθύρου, &c.

V.

Quintus (2) Codex manuscriptus *Juridicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, initio & fine mutilus, constátq; nunc folijs *ducentis undecim*, &, quantum ex inscriptionibus, in principio ejus collocatis, videre est, primò ad *Aloysium Deurostinum Patrensem*, Interpretem Orientalem Anconæ commorantem, deinde ad (3) *Georgium Tannerum* Jurisconsultum Austriacum, porrò ad (4) *Joannem Sambucum* Hungarum Tirnaviensem, ac denique ad *Sebastianum Tengnagelium* pertinuit. Continetur eo eadem illa *Basilicorum Juris Synopsis alphabetica minor*, quæ exstat in proximè præcedenti Codice Juridico *quarto*. Deest autem in hoc posteriori Codice principium literæ A usque ad paragraphi 29 hæc verba: (5) πίθεται· καὶ τὸ μὲν, ἤγουν τὸ κλέπτειν &c, & in fine pars posterior literæ X, unà cum integris duabus literis Ψ & Ω, ultimáque verba ibi nunc sunt hæc: (6) ὁπότεν ἀνέλῃ τις δοῦλον ἀλλότριον. Quod superest, etsi jam memoratum Opusculum hactenùs, quod quidem ego sciam, nondum sit editum, dignissimum tamen illud censeo, ut solidæ & eruditæ Jurisprudentiæ excolendæ causâ aliquando græcè & latinè in lucem prodeat.

VI.

Sextus (7) Codex manuscriptus *Juridicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, constáque folijs *ducentis triginta*

(1) *Hanc* Synopsin majorem Jacobus Gothofredus *in Manuali Juris perperàm confundit cum* Synopsi minori, *dum eam pag.* 81 *asserit esse illam ipsam Synopsin, quam* Cujacius *appellat* τὸ μικρὸν κατὰ στοιχεῖον.

(2) *Fuit is olim extra numerum.*

(3) *Emit is hunc Codicē Ancona A.* 1555.

(4) *Emit à eundem Codicem A.* 1582.

(5) *Vide proximè præcedentē Codicem fol.* 3 *pag.* 2, *versū penultimo.*

(6) *Vide eundē proximè præcedentem Codicem fol.* 150. *pag.* 1.

(7) *Fuit is olim inter Codices MStos Iuridicos Græcos secundus.*

ginta tribus, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

(1) *Vide Illustriss. Episcopi Vasionensis* Josephi Mariæ Suaresij *Notitiam Basilicorū* § 2.

(2) *Vide Librum V horū Commentar. pag.* 162.

Primò, & quidē à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 168 pag. 1, (1) *Imp. Basilij Macedonis & filiorum ipsius Constantini atque Leonis Philosophi Prochiron Juris, sive, Delectus Legum compendiarius ex Imp. Justiniani Institutionibus, Digestis, Codice & Novellis, cū benigniori correctione promulgatus mense Martio Indictionis nona* (2) *anno Mundi 6384, sive anno Christi 876, & in Titulos quadraginta divisus.* Ipsa *Inscriptionis* generalis verba græca cū principio *Procemij* sunt hæc: Βασιλεῖος, Κωνσταντῖνος καὶ Λέοντος, τῶν σοφῶν καὶ φιλευσεβῶν Βασιλέων ἀπὸ τῶν Ἰνστιτούτων, τῶν Διγέστων, τοῦ Κώδικος, καὶ τῶν νεαρῶν τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ Διατάξεων Ἐκλογὴ τῶν νόμων καὶ ἐπιδιόρθωσις, ἐκτεθεῖσα εἰς τὸ φιλανθρωπότερον ἐν μηνὶ Μαρτίῳ Ἰνδικτιῶνος θ', ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ς τ π δ'. Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος Αὐτοκράτορες Καίσαρες Βασίλειος, Κωνσταντῖνος καὶ Λέων, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, εὐσεβεῖς, ἀεισέβαστοι, πιστοὶ, αὔγουστοι. (3) Τὸν μέγαν φύσει καὶ ἀληθῆ Θεὸν καὶ Σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν διὰ παντὸς ἐπικαλούμενοι, &c. Finis autē *Procemij* est talis: Εἰδέναι δὲ χρὴ, ὡς τὴν προμνημονευθεῖσαν ποιούμενοι ἈΝΑΚΆΘΑΡΣΙΝ, ἐν ἑνὶ τεύχει τὰ ἀνειρημένα ἅπαντα συντεθείκαμεν, ὡς ἂν δήλη πᾶσιν ἡ τούτων ἀργία γνωρίζεται· τὰ μέν τοι τῶν παλαιῶν νόμων ἐν τῷ οἰκείῳ σχήματι μένοντα, ἐν (4) ἙΞΉΚΟΝΤΑ ΒΙΒΛΊΟΙΣ καθυπετάξαμεν, τοῖς βουλομένοις τὴν τούτων γνῶσιν ἐκ τοῦ πλάτους ἀσυδὴ ἀναλέγεσθαι καταλιπόντες. τῆς μέν τοι παρούσης ΠΡΟΧΕΊΡΟΥ ΠΡΑΓΜΑΤΕΊΑΣ ἀρχὴ τέθειται, ὁπόθεν καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς φύσις τὴν ἀρχὴν εἴληφεν.

(3) *Vide* Suaresij *Notitiam Basilicorū* § 3.

(4) *Notabilis locus de* Sexaginta Libris Basilicorum.

Sequitur deinde *Titulus primus de consensu sponsaliorum* hoc modo: Τίτλος α' περὶ συναινέσεως μνηστείας. Μνηστεία ἐστὶ μνήμη καὶ ἐπαγγελία τῶν μελλόντων γάμων· &c. *Quadragesimus* autem sive *ultimus titulus* inscribitur atque incipit his verbis: Τίτλος μ' περὶ σκύλων, ἐν ᾧ καὶ περὶ ἐκκλήτου ἱερωμένων, μοναχῶν, κοσμικῶν· ἔτι τε περὶ δικαιοσύνης νόμου καὶ μακρᾶς συνηθείας, καὶ περὶ ῥημάτων σημασίας, καὶ περὶ διαφόρων κανόνων, καὶ περὶ αἱρετῶν δικαστῶν, καὶ περὶ τῶν πεπονθότων ἀπόφασιν καὶ ἀποκαθισαμένων. Οἱ κατὰ πολεμίων τρόπαια στήσαντες σκύλων τινῶν ὡς εἰκὸς εἰσκομιζομένων, &c. Adjecta etiam sunt ultimo huic Titulo Excerpta nonnulla ex *Novellis* aliorum quorundam recentiorum Imperatorum

rum Constantinopolitanorum, nempe *Romani Senioris, Alexij Comneni* & *Manuelis Comneni*; quibus singulatim recensendis nunc mihi non licet diutiùs immorari.

Secundò, & quidem à fol. 168 pag. 1 usque ad fol. 181 pag. 2, *Eustathij Antecessoris Synopsis Actionum Juridicarum, & Intervallorum temporalium à momento usque ad annos centum*; cujus titulus & principium: Αἱ ἐν συνόψει ἀγωγαὶ καὶ αἱ ῥοπαί. Τί ἐστιν ἀγωγή; Ἀγωγή ἐστι δίκαιον τοῦ ἀπαιτεῖν ἐν δικαστηρίῳ τὸ &c. Altera autem ejusdem Synopseos Pars *de temporalibus Intervallis* inscribitur atq; incipit speciatim his verbis: Περὶ ῥοπῶν. Περὶ χρόνων προθεσμίας ἕως ἑκατὸν ἐνιαυτῶν. (1) Ἠλευθερώθη δούλη ἐν διαθήκῃ, &c. (1) *Vide supra pag. 6.*

Tertiò, & quidem à fol. 182 pag. 1 usque ad fol. 184 pag. 2, *Imp. Romani Senioris Novella*, cujus principium: (2) Ἀνθρώποις ἐστι ζηλωτὸν καὶ περισπούδαστον, &c. (2) *Vide suprà pag. 5, 11.*

Quartò, & quidem fol. 185 pag. 1, *ex Imp. Leonis Philosophi Novellâ, ut decennis puer in Monachorum numerum assumatur, Fragmentum*, cujus titulus & principium: Ἑτέρα νεαρὰ Λέοντος τοῦ εὐσεβοῦς Βασιλέως περὶ τοῦ μονάζειν δεκαετῆ παῖδα. Τοιγαροῦν σύν τε τῷ ἁγιωτάτῳ Πατριάρχῃ καὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις Μητροπολίταις, &c. Vide *Imp. Leonis Novellam Constitutionem VItam* in Corpore Juris Civilis, Amstelodami A. 1663 in folio edito, Authenticarum pag. 241.

Quintò, & quidem à fol. 185 pag. 2 usque ad fol. 198 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris (3) *Paratitla, in Titulos triginta duos divisa*, quorum titulus & principium: Τὰ Παράτιτλα. Τίτλος α΄ περὶ προτιμήσεως ἐπιτρόπων. Ἐὰν γυνὴ μετὰ θάνατον τοῦ ἀνδρὸς &c. (3) *Huc pertinent* Paratitlorum græcorũ Libri tres antiqui *à* Joanne Leunclavio *Francofurti typ. Wechel. A. 1593 latinè editi; utpote in quorum Prologo de prisco* Paratitlorum *usu prolixè disserit.*

Sextò, & quidem à fol. 199 pag. 1 usque ad fol. 202 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris (4) *Glossæ Juridicæ*, sive, *Vocabula Juris Latina cum interpretatione Græcâ*; quorum titulus & principium: Λέξεων Ῥωμαϊκῶν συναγωγὴ κατὰ ἀλφάβητον. Ἀννάλιων, λεγάτων ἐτησίων. Ἄκτος, πρᾶξις. &c.

Septimò, & quidem à fol. 202 pag. 1 usque ad fol. 203 pag. 1, Excerpta quædam miscellanea *de Officijs Magistratuum ac Judicum*, quorum principium: (5) Πόσαι ἀρεταὶ περὶ πάντων τοῖς ἄρχουσιν ἁρμόζουσιν. Προηγουμένως τὸ συμπαθητικόν, τὸ φιλάνθρωπόν τε καὶ &c. Exstat etiam ibi Καθάιρεσις sive *Condemnatoria sententia in Judices ab Impp. Leone Philosopho & fratre ipsius Alexandro prolata*, cujus

 prin-

(4) *Vide etiam suprà pag. 15. &* Veteres Glossas Verborum Juris, *quæ in Basilicis reperiuntur, editas à* Carolo Labbæo *Parisijs apud Adrianum Beys A. 1606 in 8vo.* (5) *Vide suprà pag. 15.*

principium: Οἴμαι δὲ τῶν κρίνειν λαχόντων &c. Vide *Harmenopuli* Promptuarium Juris, à *Dionysio Gothofredo* editum, pag. 6.

Octavò, & quidem fol. 203 pag. 1 & 2, *Jusjurandum tempore Imp. Justiniani I sive Magni à Magistratibus in suscipiendis Dignitatibus atque Officijs præstari solitum:* cujus titulus & principium: Ὅρκος διδόμενος παρὰ τῶν τὰς ἀρχὰς λαμβανόντων. Ὄμνυμι ἐγὼ τὸν Θεὸν τὸν παντοκράτορα, καὶ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ τὴν ἁγίαν ἔνδοξον Θεοτόκον καὶ ἀειπαρθένον Μαρίαν, καὶ τὰ τέσσαρα Εὐαγγέλια, ἃ ἐν ταῖς χερσί μου κρατῶ, καὶ τοὺς ἁγίους Ἀρχαγγέλους Μιχαὴλ καὶ Γαβριὴλ, καθαρὸν συνειδὸς καὶ γνησίαν δουλείαν φυλάξω τοῖς θειοτάτοις καὶ εὐσεβεστάτοις ἡμῶν Δεσπόταις, ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΩ͂ καὶ ΘΕΟΔΩ͂ΡΑ, τῇ ὁμοζύγῳ τοῦ αὐτοῦ κράτους, προφάσει τῆς παραδεδομένης μοι παρὰ τῆς αὐτῶν εὐσεβείας ἀρχῆς, καὶ πάντα πόνον &c. Integrum hoc *Jusjurandum* exstat *titulo tertio Collationis secundæ Novellarum Justinianearum*, & quidem græcè atque latinè pag. 27 secundùm editionem Corporis Juris Civilis Amstelodamensem A. 1663 in folio. Vide etiam *Nicolai Alemanni* doctissimas Notas in *Procopij Historiam Arcanam* pag. 47 edit. Lugdun. A. 1623 in folio, ubi luculenter demonstrat, *Imp.* (2) *Justinianum* Vxorem suam *Theodoram* in omnibus rebus gravissimis participem habuisse consiliorum, eósque qui Provincias & Magistratus tunc temporis susceperunt, *Theodoræ* simul ac *Justiniano* fidem sub Juramenti religione publicè professos esse, & dignitatem suam utrique acceptam retulisse, & utriusque servos se appellâsse. Exstat quoque ibidem *Imago Imperatricis Theodoræ*, quemadmodum *Ravennæ*, dum ipsa adhuc vivebat, musivo opere expressa est.

(1) *Vide ipsũ Imp. Justiniani Novell. 8 cap. 1.*

Nonò, & quidem fol. 204 pag. 1 & 2, anonymi cujusdam Autoris *Observationes duæ Juridicæ de Adoptione*, & *de Dote à marito consumptâ*. Prioris principium est: Διὰ τῆς θέσεως ἤγουν &c; posterioris autem: Ἔδωκέ τις προῖκα τῇ ἑαυτοῦ θυγατρὶ, ὁ δὲ ἀνὴρ ταύτης ἀπορῶν, ἐδαπάνησε τὴν προῖκα· ὕστερον βούλεται ἡ θυγάτηρ εἰς τὴν πατρικὴν κληρονομίαν εἰσελθεῖν, &c.

Decimò, & quidem à fol. 205 pag. 1 usque ad fol. 206 pag. 1, ex *S. Gregorij Nysseni Oratione in eos, qui ægrè ferunt reprehensiones, Fragmentum, de Excommunicatione*, cujus titulus & principium: Περὶ ἀφορισμοῦ. Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης ἐκ τοῦ πρὸς τοὺς

ἀχθο-

ἀχθομένους ταῖς ἐπιτιμήσεσιν, οὗ ἡ ἀρχή· (1) Θεῖον ὡς ἀληθῶς καὶ ἱερὸν χρῆμα ὁ λόγος Θεοῦ. (2) Οὐδὲν ψεῦδος ἐν Εὐαγγελίοις γέγραπται &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 206 pag. 1 uſque ad fol. 207 pag. 2, *Septem Archiepiſcoporum Orientalium*, nempe *Matthæi Metropolitæ Epheſi, Athanaſij Metropolitæ Cyzici, Laurentij Metropolitæ univerſæ Alaniæ & Soteriopoleos, Macarij Metropolitæ Chriſtopoleos, Charitonis Metropolitæ Apri, Joſephi Metropolitæ Gani*, & *Hierothei Metropolitæ Lopadij, Epiſtola* ad Imperatricem Conſtantinopolitanam (3) *Annam*, Imp. *Andronici Palæologi II* ſive *Junioris* viduam, contra Patriarcham Conſtantinopolitanum (4) *Joannem Calecam*, tanquam errorū (5) *Barlaami Calabri* & *Gregorij Acyndini* ſectatorē, & ob alia varia graviſſima crimina, excommunicandum atque throno Patriarchali deijciendum, data *menſe Septembri ineuntis Indictionis decimæ quintæ*, anno Mundi 6855, ſive, anno Chriſti 1346. Ipſa Inſcriptionis verba græca cum principio Epiſtolæ ſunt hæc: Ἀναφορὰ τῶν Ἀρχιερέων πρὸς τὴν κρατίστην καὶ ἁγίαν ἡμῶν Κυρίαν καὶ Δέσποιναν. Κρατίστη καὶ ἁγία ἡμῶν Κυρία καὶ Δέσποινα, ἡμεῖς οἱ Ἀρχιερεῖς, οἱ καθεζόμενοι ἐν τοῖς κελλίοις ἡμῶν ἀποκεκλεισμένοι, ὁ Ἐφέσου, ὁ Κυζίκου, ὁ Ἀλανίας, ὁ Χριστουπόλεως, ὁ Ἄπρω, ὁ Γάνου, ὁ Λοπαδίου, δεξάμενοι παρὰ τῆς χάριτος τοῦ παναγίου Πνεύματος τὸν τοῦ Εὐαγγελίου ζυγὸν, καὶ χρέος ἔχοντες ἀντιτάττεσθαι τοῖς ἀντικειμένοις τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ νοητοῖς τε καὶ αἰσθητοῖς δαίμοσι, καὶ ὑπομιμνήσκειν τῇ εὐσεβεστάτῃ καὶ ἁγίᾳ Βασιλείᾳ σου, καὶ παρακινεῖν &c. Finis autem *Epiſtolæ* cum *ſubſcriptionibus* eſt talis: Ταῦτα ὡς χρέος ἔχοντες, καὶ ὡς εὐχέται καὶ δοῦλοι ἀναφέρομεν, καὶ διὰ τὸ ἀξιόπιστον καὶ οἰκείαις ὑπογραφαῖς ὑπεσημηνάμεθα μηνὶ Σεπτεμβρίῳ Ἰνδικτιῶνος ιέ. Ἔχει καὶ ὑπογραφάς·

(1) Vide Operum S. Gregorij Nyſſeni edit. græc. lat. Pariſ. Tom. II pag. 743. (2) Vide ibid. Tom. II pag. 746. (3) Vide Tabulam Genealogicam, quæ Libro quinto horum Commentariorum inter pag. 408 & 409 inſerta eſt. (4) Vide Librum V horū Commentar. pag. 187. (5) Vide Lib. IVtum horū Commentar. pag. 326, 327, & Lib. Vtum pag. 202.

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Ἐφέσου, Ματθαῖος·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Κυζίκου, Ἀθανάσιος·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης πάσης Ἀλανίας καὶ Σωτηριουπόλεως, Λαυρέντιος·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Χριστουπόλεως, Μακάριος·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Ἄπρω, Χαρίτων·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Γάνου, Ἰωσήφ·

Ὁ ταπεινὸς Ἀρχιεπίσκοπος Λοπαδίου, Ἱερόθεος.

Meminit hujus *Epiſtolæ accuſatoriæ* ipſe *Imp. Joannes Cantacuzenus* Hiſtoriæ Byzantinæ lib. 3 cap. 92, pag. 670 editionis græco-latinæ

Pari-

Parisinæ, sed satis obscurè, his verbis: Ὅυτων δὲ ἐκεῖ (ἐν Ἀδριανουπόλει) διὰ τὴν ἑορτὴν συνειλεγμένων τῶν Ἀρχιερέων, ἢ λόγου περὶ Πατριάρχου τοῦ Ἰωάννου γεγενημένου, εἰ χρὴ αὐτῷ κατὰ τὰ τὴν ἱερωσύνην εἶναι κοινωνοὺς τοιαῦτα τολμῶντι, ἐπεὶ καὶ παρὰ ΤΩΝ ἘΝ ΒΥΖΑΝΤΊΩ ἈΡΧΙΕΡΕΩΝ, ὉΙ ἘΝ ΤΑΙΣ ὈΙΚΊΑΙΣ ἈΠΡΌΙΤΟΙ ΔΙΗΓΟΝ, ἐπετρέποντο πρότερον ἀποχέσθαι τῆς ἐκείνου κοινωνίας. Hoc est: *Congregatis illic (sc. Adrianopoli) propter diem festum Archiepiscopis, mentio facta est Joannis Patriarchæ Constantinopolitani, an sacerdotium ejus revereri, & cum illo communicare oporteret, cùm tam scelerate egisset, & illi etiam Archiepiscopi, qui Byzantii in ædibus suis inclusi commorarentur, priùs concessissent, ab ejus communione abstinere.*

Duodecimò, & quidem à fol. 207 pag. 2 usque ad fol. 212 pag. 2. *Synodi Constantinopolitanæ*, sub Imperatrice *Annâ*, Imp. *Andronici Palæologi IIdi* sive *Junioris* viduâ, celebratæ, *Tomus excommunicationis & exautorationis Patriarchæ Constantinopolitani Joannis Calecæ*, promulgatus *mense* (1) *Februario Indictionis decimæ quintæ*, anno Mundi 6855, sive, anno Christi 1347. Ipsa Inscriptionis verba græca cum principio *Tomi* sunt hæc: Τόμος ὁ γεγονὼς ἐπὶ τῇ καθαιρέσει τοῦ πατριαρχεύσαντος Ἰωάννου τοῦ Καλέκα. Ὅυτως οὐδεὶς οὕτως ἀρχιτέκτων οὐδενὸς τῶν ποικίλων, ὡς πορισὴς καὶ πρωστάτης παντοδαπῆς δυσσεβείας ὁ ἀντικείμενος. πάλαι μὲν γὰρ ἐστὼς τοῦ Θεοῦ διΐσας, &c. Finis autem ejusdem Tomi cum subscriptionibus est talis: γραφεῖσα καὶ ὑπογραφεῖσα ἀρτίως μηνὶ Φευρουαρίῳ Ἰνδικτιῶνος ιέ. Εἶχε καὶ ὑπογραφὰς ταύτας·

(1) *Ante* octavum *tamen* diē Februarii, *nempe priùs quàm* Imp. Joannes Cantacuzenus *per insidias occupavit Constantinopolim. Vide Tabulam Genealogicam, quæ Libro quinto horum Commentariorū inserta est inter pag.* 408 & 409.

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Κυζίκου, Ὑπέρτιμος καὶ Ἔξαρχος πάσης Ἑλλησπόντου, Ἀθανάσιος·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Φιλαδελφείας καὶ Ὑπέρτιμος, Μακάριος·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης πάσης Ἀλανίας καὶ Σωτηροπόλεως, καὶ Ὑπέρτιμος, Λαυρέντιος.

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Διδυμοτείχου καὶ Ὑπέρτιμος, Θεόληπτος·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Μηθύμνης καὶ Ὑπέρτιμος, Μαλαχίας.

Ὁ τα-

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Ἄπρω, Χαρίτων, καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τῆς Εὐχαΐτων.

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Μαδύτων καὶ Ὑπέρτιμος, Ἰσαάκ·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης (1) Ῥωσίου καὶ Ὑπέρτιμος, Θεόδουλος· (1) *Ita ibi scriptū est; nempe Ρωσίου, non autē Ρουσίου, ut apud* Ortelium *in Thesauro Geographico.*

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Βάρνης καὶ Ὑπέρτιμος, Μεθόδιος.

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Σηλυβρίας καὶ Ὑπέρτιμος, Ἡσαΐας·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Πομπηιουπόλεως, Γρηγόριος, καὶ Ὑπέρτιμος.

Meminit hujus *excommunicationis & exautorationis Patriarchæ Joannis Calecæ* Imp. *Joannes Cantacuzenus* Historiæ Byzantinæ Lib. 4 cap. 3, ubi ipsum Patriarcham alloquitur his verbis: Νυνὶ δὲ εἰ μὲν μὴ πρὶν αὐτὸν εἴσω γενέσθαι Βυζαντίου ὑπὸ τῶν Ἀρχιερέων τοῦ θρόνου καθῄρητο, περὶ τοιούτων μὲν οὐδεὶς ἂν ἠνώχλει μὴ μένειν ἐπὶ τοῦ προσχήματος. Hoc est: *Nunc autem nisi ante meum ingressum in Vrbem Constantinopolitanam ab Archiepiscopis sede tuâ dejectus esses, nemo tibi de his, quæ prætexis, molestiam exhiberet.* Item ejusdem Libri capite 24: Βασιλεύς τε γὰρ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ὁ ἀοίδιμος μετὰ τῆς Συνόδου κατεδίκασεν ἁπάσαις ψήφοις, οὐ Βαρλαὰμ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ὕστερον φαίνοιτο φρονῶν τὰ ἴσα· καὶ μετὰ ταῦτα, ἐμοῦ ἀπόντος, ἌΝΝΑ ἡ Βασιλὶς μετὰ τῶν Ἀρχιερέων, ἡνίκα Πατριάρχην τε καθεῖλον τὸν ἸΩΑΝΝΗΝ διὰ τὴν κακοδοξίαν, καὶ τοὺς φρονοῦντας τὰ ἴσα αὖθις ἢ φρονήσοντας. Hoc est: *Nam & gloriosus ille Imperator* (2) *ANDRONICVS Junior cum Synodo, non Barlaamum solum, sed &, si quis in posterum similia sentire reperiretur, penitùs damnavit; & posteà, me absente, ANNA Imperatrix cum Archiepiscopis, quando JOANNEM Patriarcham propter opinionis errorem, simulque omnes eadem sentientes aut sensuros exautoravit.* (2) *Vide infrà pag.* 30.

Decimo tertiò, & quidem fol. 213 pag. 1 & 2, *Imp. Joannis Cantacuzeni Edictum*, quo post reditum suum in Vrbem Constantinopolitanam, qui in *diem octavum Februarij* incidit, suprà memoratum *Tomum excommunicationis & exautorationis Patriarchæ Joannis Calecæ* confirmavit *mense Martio Indictionis decimæ quintæ*, anno Mundi 6855, sive, anno Christi 1347, quo non multò pòst, nempe *die 21 Maij Constantinopoli* secundùm solenniter coronatus est. Inscribitur atq; incipit illud *Edictum* græcè hoc modo: Τὸ ἐπὶ τούτῳ Πρόσταγμα. Εὐνούστατοι καὶ πιστότατοι τῇ Βασιλείᾳ μου οἰκήτορες ἅπαν-

τες τῆς θεοδοξάστου, θεοφυλάκτου καὶ θεομεγαλύντου Κωνσταντινουπόλεως, οἵ τε κληρικοὶ, μονάζοντες, καὶ ὅσοι τῆς πολιτείας, καὶ ὁ κοινὸς ἅπας λαός. Τὰ κινηθέντα παρὰ τοῦ Βαρλαὰμ ἐκείνου κατὰ τῆς εὐσεβείας, καὶ ὅπως &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 213 pag. 2 usque ad fol. 216 pag. 1, *Monachorum* (1) *Hesychastarum Tomus apologeticus contra Barlaami & Acindyni sectatores*, cujus titulus & principium: Ἁγιορειτικὸς Τόμος ὑπὲρ τῶν ἱερῶν ἡσυχαζόντων, διὰ τοὺς ἐξ ἰδίας ἀπειρίας &c. Τὰ μὲν ἀρτίως καθωμιλημένα, καὶ κοινῇ πᾶσιν ἐγνωσμένα, καὶ παῤῥησίᾳ κηρυττόμενα δόγματα &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 216 pag. 1 usque ad fol. 223 pag. 1, *Synodi Constantinopolitanæ*, sub Imp. *Andronico Palæologo IIdo sive Juniore* celebratæ, *Tomus condemnationis errorum Barlaami Calabri & Gregorij Acindyni*, promulgatus paulò post (2) mortem jam memorati Imperatoris, nempe *mense Augusto Indictionis nonæ*, anno Mundi 6849, sive, anno Christi 1341. Ipsa Inscriptionis verba græca cum principio Tomi sunt hæc: Συνοδικὸς Τόμος, γεγραμμένος ἐπὶ ταῖς ἐξελεγξάσαις καὶ ἀποβαλομέναις τὴν τοῦ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου δυσσέβειαν μεγάλαις Συνόδοις, ἐν αἷς οὐχ' ἡ Ἐκκλησία πᾶσα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ Σύγκλητος καὶ οἱ καθολικοὶ παρῆσαν τῶν Ῥωμαίων κριταὶ, προκαθημένου καὶ τοῦ θειοτάτου Βασιλέως, ἕως οὗ περιῆν. Ἐπαινετὸς ἀληθῶς ὁ εἰπὼν τὴν ταπείνωσιν ἀληθείας εἶναι ἐπιγνώσεως· αὕτη γὰρ καὶ τῶν οἰκείων μέτρων ἐστὶ κατάληψις, καὶ δι' αὐτῆς &c. Finis autem ejusdem *Tomi* cum *subscriptionibus* est talis: Χάριν γὰρ τοῦ μηκέτι μηδένα ταῖς ὁμοίαις πλάναις περιπεσεῖν ποιούμενοι πρόνοιαν, καὶ τὸ παρὸν εἰς ἀσφάλειαν ἐκθέμενοι γράμμα, ταῖς οἰκείαις ὑπογραφαῖς ὑπεσημηνάμεθα κατὰ μῆνα Αὔγουστον τῆς ἐννάτης Ἰνδικτιῶνος τοῦ ,ϛωμθ' ἔτους. Εἶχε καὶ ὑπογραφάς.

(3) Ἰωάννης ἐλέῳ Θεοῦ Ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, Νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς Πατριάρχης·

Ὁ Κυζίκου, Ἀθανάσιος· Ὁ Σάρδεων, Γρηγόριος· Ὁ Δυῤῥαχίου, Γρηγόριος· Ὁ Λακεδαιμονίας, Νεῖλος· Ὁ Μαδύτων, Ἰσαάκ· Ὁ Μηθύμνης, Μαλαχίας, καὶ ὁ Βιτζήνης.

Memi-

(1) *Vide Lib. V horum Commentar. pag. 198.*

(2) *Obijt enim Imp.* Andronicus Palæologus Junior *A. C. 1341 d. 15 Iunij.*

(3) *Hic est idem ille Patriarcha Constantinopolitanus* Joannes Calecas, *qui, licet in hâc Synodo contra* Barlaamum *&* Acindynum *præsederit, eorúmq; condemnationi suâ manu subscripserit, posteà tamen in suprà memoratâ aliâ Synodo, A. C. 1347 celebratâ, etiam ipse, tanquam eorundem sectator & defensor, condemnatus & exauctoratus est. Hoc enim* Imp. Joannes Cantacuzenus *lib. 4 cap. 23, pag. 799, expressè testatur his verbis:* Ὁ πρῶτος ἐπὶ τῇ διαγνώσει Βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου γεγενημένος Τόμος, ἡνίκα καὶ ὁ Πατριάρχης Ἰωάννης τῆς Συνόδου προεστάτης ἦν, ὃν καὶ αὐτὸς ὑπεσημήνατο χερσὶν οἰκείαις, οὐ μόνον Βαρλαὰμ καὶ Ἀκίνδυνον καταψηφίζεται, *&c.*

Meminit hujus *Tomi* Imp. *Joannes Cantacuzenus*, Historiæ Byzantinæ lib. 4 cap. 23, pag. 799 editionis græco-latinæ Parisinæ; & ejusdem libri cap. 24 pag. 805. Consule etiam Librum *quintum* horum Commentariorum pag. 202, 203, 204, 205, 206, & vide suprà pag. 29 & 30.

Decimosextò, & quidem à fol. 224 pag. 1 usque ad fol. 233 pag. 2, *Excerpta quædam miscellanea*, partim *Theologica*, partim *Juridica*, nempe ex *Canonibus Sanctorum Apostolorum*, ex *Operibus S. Dionysij Areopagitæ*, ex *Epistolis S. Ignatij Martyris*, ex *Operibus S. Joannis Chrysostomi*, ex *Epistolâ quâdam S. Niconis*, & ex *Imperatorum quorundam Constantinopolitanorum Novellis Constitutionibus*.

VII.

Septimus (1) Codex manuscriptus *Juridicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque nunc folijs *ducentis quindecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is etiam olim inter Codices MSSos Juridicos Græcos* septimus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 38 pag. 1, *Imp. Basilij Macedonis & filiorũ ipsius Constantini atq; Leonis Philosophi Prochiron, Juris*, in *Titulos quadraginta divisum*, cujus titulus & principiũ: Πρόλογος τοῦ Προχείρου νόμου. Ἐν ὀνόματι τοῦ Δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Αὐτοκράτορες Καίσαρες Βασίλειος, Κωνσταντῖνος καὶ Λέων, εὐτυχεῖς, ἔνδοξοι, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, εὐσεβέστατοι, πιστοὶ, Αὔγουστοι. Τὸν μέγαν τὸν καὶ φύσει ἀληθῆ Θεὸν καὶ Σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν διὰ παντὸς ἐπικαλούμενοι, &c. Plura de hoc Prochiro Juris vide suprà pag. 19 & 24.

Secundò, & quidem à fol. 38 pag. 1 usque ad fol. 39 pag. 2, *Excerptum Juridicum de Jurejurando*; cujus titulus & principium: Περὶ τοῦ μὴ ὀμνύειν ἐπ' ἀδίκῳ καὶ ἐπὶ ψεύδει, καὶ περὶ ὅρκου γινομένου ἐγγράφου, καὶ ἐπὶ ποίων καὶ πόσων μαρτύρων ὀφείλει γίνεσθαι. Ἀγαθῶν ἁπάντων χορηγὸν καὶ δοτῆρα καὶ αἴτιον &c.

Tertiò, & quidem à fol. 39 pag. 2 usque ad fol. 42 pag. 1. *Leges militares, ex Rufo & Tacticis, & ex Digestis desumptæ*, de quibus vide plura suprà pag. 13 & 14.

Quartò, & quidem à fol. 42 pag. 1 usque ad fol. 46 pag. 1, *Jus Navale Rhodiorum, ex Digestis excerptum*, de quo vide plura suprà pag. 11, 12 & 13.

Quintò, & quidem à fol. 46 pag. 1 usque ad fol. 49 pag. 2, *Constantini Harmenopuli Leges Georgicæ*, hoc est, *Colonariæ* sive *Rusticæ*, ex *Jure Justinianeo* excerptæ, de quibus vide plura suprà pag. 14 & 15.

Sextò,

Sextò, & quidem à fol. 49 pag. 2 usque ad fol. 54 pag. 1, *Collectanea nonnulla Juridica*, inter quæ etiam exstat perelegans *Diagramma de gradibus cognationis.*

Septimò, & quidem à fol. 54 pag. 1 usque ad fol. 64 pag. 2, (1) *Athanasij, Scholastici* sive *Advocati Emeseni, Ecloga* sive *Delectus Legum ex Imp. Justiniani Codice & Novellis, & ex Paratitlis*; cujus titulus & principium: Ἀθανασίου Σχολαστικοῦ Ἐμεσηνοῦ ἔκ τε τοῦ Κώδικος καὶ τῶν Νεαρῶν διατάξεων τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ, ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν Παρατίτλων. Περὶ χειροτονίας Ἐπισκόπων. Ὁ χειροτονῶν τὸν Ἐπίσκοπον &c.

(1) *Vide etiam suprà pag. 11.*

Octavò, & quidem à fol. 65 pag. 1 usque ad fol. 66 pag. 2, *Glossa Juridica*, sive, *Vocabula Juris Latina cum Interpretatione Græcâ, ordine alphabetico*, quorum titulus & principium: Λεξικὸν Ῥωμαίων καὶ Γραικῶν νομίμων. Ἄκτωρ, ὁ ἐνάγων. Ἀντικίνσαρ, ἀντιγραφεύς. &c. Vide suprà pag. 15.

Nonò, & quidem à fol. 67 pag. 1 usque ad fol. 68 pag. 1, *Canones Sanctorum Apostolorum*, quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. (2) Εἴ τις Ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, &c.

Decimò, & quidem à fol. 68 pag. 1 usque ad fol. 73 pag. 2, *Excerpta nonnulla Juridica*, inter quæ etiam exstant *Officia Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ S. Sophiæ*, quorum titulus & principium: Τὰ ἐκκλησιαστικὰ Ὀφφίκια ἔχουσι οὕτως· Ὁ μέγας Οἰκονόμος κρατεῖ πάντα τὰ κτήματα τῆς ἐκκλησίας, καὶ &c. Operæ pretium autem fuerit, Catalogum hunc *Officiorum Ecclesiasticorum* diligenter conferri cum alijs ejusdem generis Catalogis, qui exstant in *Georgij Codini* Libro de Officijs Magnæ Ecclesiæ & Aulæ Constantinopolitanæ, Parisijs in Corpore Historiæ Byzantinæ græcè & latinè edito, cum Observationibus & Notis R.P. *Jacobi Gretseri* Soc. Jesu & R. P. *Jacobi Goar* O. P., A. 1648 in folio.

(2) *Is in Syntagmate Conciliorum Biniani* contextu græco est Canon vigesimus-nonus, *in antiquâ autem versione Latinâ* Dionysij Exigui trigesimus-primus.

Undecimò, & quidem à fol. 74 pag. 1 usque ad fol. 183 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Exercitia varia, partim sacra, partim profana, quibus erotematicè declaratur usus Grammaticæ Linguæ Græcæ.*

Duodecimò, & quidem à fol. 184 pag. 1 usque ad fol. 191 pag. 1, *Theodori Prodromi Tetrasticha sacra cum anonymi cujusdam Autoris Commentario grammaticali*; quorum titulus & principium: Τοῦ

Προ-

Προδρόμου κυροῦ Θεοδώρου Τετράστιχα. Ἐν ἡμέραις ἓξ τὴν κτίσιν κτίζεις Λόγε, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 192 pag. 1 usq; ad fol. 215 pag. 2, *Agapeti, Diaconi Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Liber ad Imp. Justinianum Magnum de Imperio benè administrando, cũ anonymi cujusdã Autoris Commentario græco, singulis Capitibus paræneticis particulatim subjuncto.* Ipsa tituli græci verba cũ principio primi Capitis sunt hæc: Ὑπόθεσις ἀγαθῆς βασιλείας εἰς ὄνομα τοῦ θειοτάτου καὶ εὐσεβεστάτου Βασιλέως ἡμῶν Ἰουστινιανοῦ κατὰ τὸ ἀκρόστιχον· Τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ Βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῷ Ἀγαπητὸς ὁ ἐλάχιστος Διάκονος. Τιμῆς ἁπάσης ὑπέρτερον ἔχων ἀξίωμα &c, Plura de his *Agapeti Capitibus paræneticis* vide Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 38 & 152, & Libri *quinti* pag. 115, 116 & 225.

VIII.

Octavus (1) Codex manuscriptus *Juridicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus & optimæ notæ in *octavo*, sed, quod dolendum, est, valdè mutilus, constátque nunc folijs *octoginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Delectus Legum compendiarius, ex Institutionibus, Digestis, Codice, & Novellis Imp. Justiniani Magni, compositus ab Impp. Leone Philosopho & Constantino Porphyrogenito, & benigniori correctione reformatus*; cujus titulus & principium: Ἐκλογὴ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ, γενομένη παρὰ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου τῶν σοφῶν Βασιλέων ἀπὸ τῶν Ἰνστιτούτων, τῶν Διγέστων, τοῦ Κώδικος, καὶ τῶν Νεαρῶν τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ διατάξεων, καὶ ἐπιδιόρθωσις εἰς τὸ φιλανθρωπότερον. Τίτλος ά ἔχει κεφάλαια ζ· Περὶ συστάσεως μνηστείας καὶ λύσεως αὐτῆς. Συνίσταται μνηστεία Χριστιανῶν ἐπὶ τοῖς ἐν πρώτῃ ἡλικίᾳ ἀπὸ ἑπταετοῦς χρόνου &c. Hic est ille ipse præstantissimus Codex MStus, quem *Marquardus Freherus* in *Jure Græco-Romano*, Tom. II pag. 79, vocat *membranas antiquissimas Joannis Sambuci*. Plura de *compendiariâ hâc Legum Eclogâ & Correctione* vide suprà pag. 11, 15 & 18.

IX.

Nonus (2) Codex manuscriptus *Juridicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátque folijs *viginti septem*. Continetur eo (3) *Theodori Hermopolitæ Synopsis & Ecloga Codicis Justinianei erotematica, sive, per interrogationes & responsiones*; cujus titulus

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Juridicos Græcos* decimus.

(2) *Fuit is etiam olim inter Codices MStos Juridicos Græcos* nonus.

(3) *Vide suprà pag. 15 & 16.*

tulus & principium: Σύνοψις καὶ ἐκλογὴ ἐκ τῶν Κωδίκων Θεοδώρου Ἑρμοπολίτου. Βιβλίον α', τίτλος γ'. Περὶ πίστεως. Πότε τελευτῶν ὁ Ἡγούμενος, ὁ μετ' αὐτὸν οὐ προσημᾶται; Ὅτε ὁ ἔσχατος μαρτυρηθῇ ἐνάρεστος &c. Eadem *Codicis Justinianei Synopsis erotematica* exstat etiam suprà in Codice Juridico IIItio, num. 8; sed in posteriori hoc Codice *nono* est illa integro folio in fine auctior, clauditúrque hâc subscriptione: Τέλος τῆς Συνόψεως Ἐκλογῆς τῆς ἐκ τῶν Κωδίκων συναθροισθείσης ὑπὸ Θεοδώρου Ἑρμοπολίτου.

X.

Decimus, (1) Codex manuscriptus *Juridicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque folijs *trecentis viginti quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 183 pag. 1, *Constantini Harmenopuli, Nomophylacis & Judicis Thessalonicensis, Prochiron Legum*, sive, *Promptuarium Juris*, in *Libros sex* divisum, ideóque vulgò appellatum Ἑξάβιβλος. Ipsa tituli verba græca cum principio *Protheoriæ* sive *Proœmij* sunt hæc: Πρόχειρον νόμων, τὸ λεγόμενον ἡ Ἑξάβιβλος, συναθροισθὲν πάνθοθεν κατ' ἐκλογὴν, κατ' ἐπιτομὴν οὕτω συντεθὲν παρὰ τοῦ πανσεβάστου Σεβαστοῦ καὶ κριτοῦ Θεσσαλονίκης κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Ἁρμενοπούλου. Προθεωρία. (2) Βιβλίον νόμων πάλαι πεποίηται τοῖς περὶ τὸν Βασίλειον, καὶ Κωνσταντῖνον καὶ Λέοντα, τοὺς εὐσεβεστάτους Βασιλέας, Πρόχειρον οὕτω καλούμενον, &c. Præcedit autem hoc *Proœmium* peculiaris ac separata quædam *Exhortatio ad Judices*, cujus titulus & principium: Κριτῶν προκατάστασις, ἢ περὶ δικαιοσύνης· γέγονε δὲ καὶ αὕτη παρὰ τοῦ τὸ βιβλίον συντεταχότος. (3) Ὁ κρίνειν λαχὼν &c. Item *Sententia condemnatoria contra Judices, ab Imperatoribus Leone Philosopho & fratre ejus Alexandro pronunciata*, quæ inscribitur atque incipit hoc modo: Κατάκρισις ἐκτεθεῖσα περὶ τῶν κριτὰς ὑπὸ τῶν πανευσεβῶν Βασιλέων Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου. (4) Οἶμαι δὲ τῶν κρίνειν λαχόντων &c. Libri autem *sexti* titulus ultimus desinit his verbis: (5) καὶ εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ ἱκανὸν τῷ κοινωνῷ συνελαύνεται. Sequuntur deinde alij *quatuor tituli* separati, quorum inscriptio generalis: Ἕτεροι τίτλοι διάφοροι. Primus autem eorum speciatim inscribitur atque incipit hoc modo: (6) Περὶ ἀξιωμάτων

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Iuridicos Græcos sextus.*

(2) *Vide ejusdem* Promptuarij Juris *editionē græco-latinam* Dionysij Gothofredi *pag.* 7.

(3) *Vide ibidem pag.* 1.

(4) *Vide ibidem pag.* 6.

(5) *Vide ibidem pag.* 464.

(6) *Vide ibidem pag.* 477.

τῶν

τῶν τίτλος δ΄. Ἀπὸ Πατρικίων ἕως Ἰλλουστρίων &c. In fine demùm horum quatuor titulorum exſtat hæc totius Promptuarij ſubſcriptio: Τέλος πάσης τῆς Ἑξαβίβλου. Digniſſimum profectò eſt hoc exemplar *manuſcriptum*, ut *Dionyſij Gothofredi* editio impreſſa græco-latina accuratè cum eo conferatur.

Secundò, & quidem fol. 184 pag. 1 & 2, *Imp. Conſtantini Magni Donatio S. Silveſtro I Papæ facta*, quæ ibi inſcribitur atque incipit hoc modo: Θέσπισμα τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου περὶ τοῦ Πάπα Ῥώμης. Θεσπίζομεν σὺν πᾶσι τοῖς Σατράπαις καὶ τῇ Συγκλήτῳ τῆς ἡμῶν Βασιλείας, τὸν Ῥώμης Ἐπίσκοπον καὶ διάδοχον τοῦ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων καὶ κυρίου μου Πέτρου, πλείονα τῆς Βασιλείας ἔχειν ἐξουσίαν, &c. Hoc eſt igitur *exemplar Donationis Conſtantinianæ ſecundùm editionem Conſtantini Harmenopuli*, cujus etiam *Joannes Jacobus Friſius* in Bibliothecâ Geſnerianâ, à ſe auctâ, pag. 173 meminit. Vide etiam Librum *quintum* horum Commentariorum pag. 237 & 244.

Tertiò, & quidem fol. 184 pag. 2 & fol. 185 pag. 1, *Conſtantini Harmenopuli Narratiuncula de tribus Tomis Synodicis ſub Imp. Conſtantino Porphyrogenito, ſub Imp. Manuele Comneno, & ſub Imp. Michaële Palæologo compoſitis, in quibus anathemate percutiuntur, quicunque contra Imperatores ſeditionem excitant, & per vim aut inſidias Imperium invadere nituntur, ut & eorundem adjutores & conſcij.* Incipit ea his verbis: Ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου Τόμος ἐξεφωνήθη, συμπράξαντος καὶ τοῦ τότε Πατριάρχου Ἀλεξίου καὶ τῆς Συνόδου, ἀναθεματίζων τοὺς ἐπιχειροῦντας ἀποστασίαν ἢ τυραννίδα κατὰ Βασιλέων ποιῆσαι, ὡς ἐντεῦθεν τοὺς ὑπηκόους τῶν οἰκείων δεσποτῶν παρασκευάζοντας ἐπανίστασθαι· ἔχει δὲ οὕτως. Τοῖς μέλλουσι ἐπιβουλαῖς &c.

Quartò, & quidem à fol. 185 pag. 2 uſque ad fol. 213 pag. 2 ejuſdem *Conſtantini Harmenopuli Epitome ſacrorum & divinorum Canonum*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἐπιτομὴ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων. Προθεωρία. Τῶν κανόνων, οἱ μὲν εἰσι τῶν Ἀποστόλων, οἱ δὲ &c. Vide Librum *quintum* horum Commentariorum pag. 160.

Quintò, & quidem à fol. 213 pag. 2 uſque ad fol. 214 pag. 2, ejuſdem *Expoſitio Fidei orthodoxæ*, cujus titulus & principium: Περὶ πίστεως ὀρθοδόξου τοῦ αὐτοῦ. Πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως Χριστιανὸν &c. Vide Librum *quintum* horum Commentariorum pag. 158,

Secun-

Sextò, & quidem à fol. 215 pag. 1 usque ad fol. 218 pag. 2, ejusdem *Constantini Harmenopuli Liber de Sectis*, cujus principium: Οἱ περὶ τὸν Ἄρειον &c. Vide Lib. V horum Commentariorum pag. 158 & 159.

Septimò, & quidem à fol. 218 pag. 2 usque ad fol. 219 pag. 2, ejusdem *Constantini Harmenopuli Catalogus Officiorum Aulæ Imperatoriæ Constantinopolitanæ*, cujus titulus & principium: Τὰ Ὀφφίκια τοῦ Παλατίου. Α', Δεσπότης· β', Σεβαστοκράτωρ· &c. Operæ pretium autem fuerit, eum conferri cum alijs ejusdem generis *Catalogis*, qui exstant in *Georgij Codini de Officijs Magnæ Ecclesiæ & Aulæ Constantinopolitanæ* editione græco-latinâ Parisinâ A. 1648 in folio, à pag. 17 usque ad pag. 44.

Octavò, & quidem fol. 219 pag. 2 & fol. 220 pag. 1, *Imp. Leonis Sapientis Ordo Thronorum Ecclesiasticorum, Patriarchæ Constantinopolitano subjectorum*, cujus titulus & principium: Ἡ γεγονυῖα διατύπωσις παρὰ τοῦ Βασιλέως Λέοντος τοῦ Σοφοῦ, ὅπως ἔχουσι τάξεως οἱ θρόνοι τῶν ἐκκλησιῶν τῶν ὑποκειμένων τῷ Πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως. Αἱ Μητροπόλεις Α', ἡ Καισάρεια· β', ἡ Ἔφεσος· &c. Idem Ordo exstat græcè & latinè in *Marquardi Freheri* Jure Græco-Romano, Tom. I pag. 88, & in suprà citatâ *Georgij Codini* de Officijs Magnæ Ecclesiæ & Aulæ Constantinopolitanæ editione Parisinâ pag. 379.

Nonò, & quidem fol. 220 pag. 2, *Constantini Harmenopuli Catalogus Officiorum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ S. Sophiæ*, cujus titulus & principium: Τὰ Ὀφφίκια τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας. Α', ὁ Μέγας Οἰκονόμος· β' ὁ Μέγας Σακελλάριος· &c. Vide etiam suprà pag. 32.

Decimò, & quidem à fol. 221 pag. 1 usque ad fol. 292 pag. 2, *Theodori* (1) *Magistri Oratio encomiastica in S. Gregorium Nazianzenum*, cujus titulus & principium: Λόγος ἐγκωμιαστικὸς πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν Ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως καὶ οἰκουμενικὸν διδάσκαλον Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, συγγραφεὶς παρὰ τοῦ τιμιωτάτου ἐν μοναχοῖς, σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Μαγίστρου. Οὐχ ὅπως οὐδ' ἂν εἷς εἴποιμι τῶν πάντων οὐδ' ὁπωσποῦν ἐμοὶ νεμεσῆσαι, οὐδ' ἀπονοίας ἠστινοσοῦν ἕλοι καὶ θράσους, εἰ μηδὲν μήτε τὸ μέγεθος ὑπολογισάμενος τοῦ παρόντος ἀγῶνος, οὐθ' ὡς &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 293 pag. 1 usque ad fol. 317 pag. 2, *Philothei Patriarchæ Constantinopolitani Oratio encomiastica in S. Mar-*

(1) *Meminit hujus* Theodori Magistri Leo Allatius *in Diatribâ de* Symeonum *Scriptis pag.* 111, *ubi memoratur Oratio ipsius encomiastica in* S. Paulum *Apostolum, ex diversis* S. Joannis Chrysostomi *Homilijs collecta.*

Martyrem Demetrium, cujus titulus & principium: Ὁμιλία εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ θαυματουργὸν καὶ μυροβλύτην Δημήτριον. Δημήτριος ἡμῖν τοῦ τε συλλόγου καὶ τῶν λόγων ἀφορμὴν παρέχεται σήμερον· &c. Meminit hujus Orationis *Leo Allatius* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 85.

Duodecimò, & quidem à fol. 318 pag. 1 uſque ad fol. 324 pag. 2, *S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini Homilia in Nativitatem Chriſti,* cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας λόγος εἰς τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Λαμπρὰ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις, &c.

X I.

Vndecimus (1) Codex manuſcriptus *Juridicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio,* conſtátque folijs *ducentis ſeptem,* & ab *Augerio Busbeckio,* ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc: (1) *Fuit is olim inter Codices MStos Iuridicos Græcos Octavus.*

Primò. & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 2 pag. 1, *ex Imp. Juſtiniani Libro quarto Inſtitutionum Excerpta quædam de Actionibus,* quorum titulus & principium: Ἐκ τοῦ τετάρτου βιβλίου τῶν Ἰνστιτούτων, περὶ ἀγωγῶν. Αἱρέσεως ἀορίστως ἐπιτεθείσης δύο ἡμέραι δίδονται &c.

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 2 uſque ad fol. 136 pag. 2, *Conſtantini Harmenopuli Prochiron Legum, ſive, Promptuarium Juris* cujus Inſcriptio generalis & principium: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ Προχείρου τῶν Νόμων, τῆς Ἑξαβίβλου. Βιβλίον ά, τίτλος ά. (2) Κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους οὔτε μοναρχίαι ἦσαν βασιλικαὶ, &c. Deſinit autem, ut in proximè præcedenti Codice, his verbis: καὶ εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ ἱκανὸν τῷ κοινωνῷ συνελαύνεται. Sequuntur deinde etiam ibi *quatuor* alij *Tituli* ſeparati, quorum primus περὶ ἀξιωμάτων, ſive, *de Dignitatibus,* cujus principium: (3) Ἀπὸ Πατρικίων ἕως Ἰλλουστρίων &c. (2) *Vide ejuſdem Promptuarij Iuris editionem græco-latinam* Dionyſij Gothofredi *pag.* 16. (3) *Vide ibid. pag.* 477.

Tertiò, & quidem à fol. 136 pag. 2 uſque ad fol. 140 pag. 1, ejuſdem *Conſtantini Harmenopuli Ecloga Legum Georgicarum ex Jure Juſtinianeo,* cujus titulus & principium: (4) Νόμοι γεωργικοὶ κατ' ἐκλογὴν βιβλίου τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ Βασιλέως. Περὶ γεωργῶν. Χρὴ τὸν γεωργὸν, ἐργαζόμενον τὸν ἴδιον ἀγρὸν, εἶναι δίκαιον, &c. (4) *Vide ibidem pag.* 465, & *ſuprà pag.* 14 *atque* 19.

Quartò, & quidem fol. 140 pag. 2, ejuſdem *Conſtantini Harmenopuli Diſſertatio de Jejunij quadrageſimalis aliorúmq; nonnullorum* ſolen-

solennium Jejuniorum origine ac ratione; cujus principium sine ullâ *Inscriptione* sive *Titulo* est tale: Ἰστέον ὅτι τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην τεσσαρακοστὴν νηστεύομεν ὡς τοῦ χρόνου ὅλου ἀποδεκάτωσιν· &c.

Quintò, & quidem à fol. 141 pag. 1 usque ad fol. 182 pag. 1, ejusdem *Constantini Harmenopuli Epitome divinorum & sacrorum Canonum*, ab *anonymo* quodam *Autore*, quẽ ego (1) *Philotheum Patriarcham Constantinopolitanum* esse arbitror, *suppleta*, & *Scholijs marginalibus illustrata*, cujus titulus & principium: Ἐπιτομὴ τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων· γέγονε δὲ καὶ αὕτη παρὰ τοῦ αὐτοῦ πανσεβάστου Νομοφύλακος καὶ κριτοῦ Θεσσαλονίκης Κωνσταντίνου τοῦ Ἀρμενοπούλου. Ἰστέον ὅτι ὁ νομοφύλαξ ἐκεῖνος, ὁ τὸ βιβλίον τοῦτο συντεταχὼς, τοὺς ἱεροὺς κανόνας λίαν συντόμως, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἐπιτόμως ἐξέθετο· διὰ τοῦτο καὶ οὐ ῥαδίως τοῖς πολλοῖς εὑρίσκεται τὸ ζητούμενον. τὴν σύνταξιν οὖν ἐκείνου ἡμεῖς ἀκολουθήσαντες, τοὺς κανόνας πλατύτερον ἐξεθέμεθα, ὥσπερ καὶ σαφέστερον τοῖς ζητοῦσιν εὑρίσκεται. ἐν πολλοῖς δὲ, καὶ τὴν τῶν κανόνων πᾶσαν ὑπόθεσιν ἐθήκαμεν αὐταῖς λέξεσιν, ὡς ἐκείνοις διείληπται, ὡς ἀναγκαίαν οὖσαν. Προθεωρία τοῦ Ἀρμενοπούλου. Τῶν κανόνων, οἱ μὲν εἰσὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων· οἱ δὲ, τῶν οἰκουμενικῶν ἑπτὰ ἁγίων Συνόδων· οἱ δὲ τῶν μερικῶν Συνόδων &c. Πίναξ σὺν Θεῷ τῆς βίβλου τῶν κατ' ἐπιτομὴν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων. Περὶ Ἐπισκόπων τμῆμα πρῶτον. Ἐπιγραφὴ ά. περὶ ψήφου καὶ χειροτονίας Ἐπισκόπων· Ἐπιγραφὴ β΄ πῶς Ἐπίσκοπος γίνεται &c. Οἱ ἱεροὶ καὶ θεῖοι κανόνες κατ' ἐπιτομήν. περὶ Ἐπισκόπων τμῆμα πρῶτον· περὶ ψήφου καὶ χειροτονίας αὐτῶν ἐπιγραφὴ ά. Κανὼν πρῶτος τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. (2) Ἐπίσκοπος ὑπὸ δύο ἢ τριῶν Ἐπισκόπων χειροτονείσθω. Κανὼν τέταρτος τῆς ά Συνόδου. (3) Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι· εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τοῦτο, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξ ἅπαντος τρεῖς &c. Exstat quidem hæc *Sacrorum Canonum Epitome græcè & latinè* in *Marquardi Freheri* Jure Græco-Romano, Tom. I à pag. 1 usq; ad pag. 71, sed longè aliter quàm in Codice hoc manuscripto *Cæsareo*, ejúsque ope valdè potest emendari atque augeri. Vide etiam Librum *quintum* horum Commentariorum pag. 160, & suprà pag. 35.

(1) *Huic enim* Philotheo *in* Freheri *IureGræco-Romano nõnulla eorũ* Scholiorum *attribuuntur nominatim. De ætate ejus vide Lib. V horũ Commentar. pag.* 352.

(2) *Vide Concil. Bin. Tom. I Part. I pag.* 5.

(3) *Vide ibidẽ pag.* 276.

Sextò, & quidem à fol. 182 pag. 2 usque ad fol. 194 pag. 2, ejusdem *Constantini Harmenopuli Liber de Fide orthodoxâ & de Hæresibus*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ πίστεως ὀρθοδόξου καὶ περὶ αἱρέσεων. Πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως Χριστιανὸν, &c. Hinc igitur appa-

ret

ret, *Expositionem* illàm *Fidei orthodoxæ* re verâ *Procemium* esse *Libri de Hæresibus*, non autem *Epilogum*, ut perperàm asserit *Marquardus Freherus* in Jure Græco-Romano, Tom. II pag. 552. Vide etiam Librum *quintum* horum Commentariorum pag. 158 & 159. Notandum insuper est, *Librum* hunc *de Hæresibus* in Codice hoc manuscripto *Cæsareo* multo auctiorem esse, quàm in *Leunclavij* & *Freheri* editionibus impressis.

Septimò, & quidem à fol. 194 pag. 2 usque ad fol. 195 pag. 2, *Imp. Constantini Magni Donatio, S. Silvestro I Papæ facta, secundùm editionem Constantini Harmenopuli*, cujus titulus & principium: Θέασπισμα τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου περὶ τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ῥώμης. Δέον ἐκρίναμεν μετὰ πάντων τῶν Σατραπῶν ἡμῶν καὶ πάσης τῆς Συγκλήτου &c. Vide etiam suprà pag. 35.

Octavò, & quidem fol. 195 pag. 2, *Philothei Patriarchæ Constantinopolitani Testimonium de ætate Constantini Harmenopuli*, cujus beneficio ea nunc primum fit cognita. *Theodoricus* enim *Adamæus, Suallembergus* in Præfatione primæ editionis græcæ Promptuarij Juris *ætatem Constantini Harmenopuli* prorsus incertam esse asserit his verbis: *Quo tempore floruerit, ex historijs non liquet, cùm nusquam, quod sciam, illius fiat mentio, nisi quantum conjecturâ consequi possumus, autor est recentior; cujus rei hoc mihi fidem facit præcipuè, quòd illorum Imperatorum Constantinopolitanorum* Νεαρὰς *sive Novellas in hanc Epitomen deduxerit, qui inter postremos ferè fuerunt. Adhæc quædam etiam hic habentur, quæ ab Irnerij, Placentini, Azonis & Accursij divinationibus non differunt, dum inquit libro quinto, Legem Falcidiam quibusdam à falce deductam videri, cùm omnibus notum sit, à Falcidio Tribuno plebis hanc legem sic vocatam fuisse.* Hæc *Suallembergus. Marquardus* autem *Freherus* in Chronologiâ Juri Græco-Romano præfixâ refert illum ad annum Christi 1143, utpote ubi de eo sic scribit: *Constantinus Harmenopulus, Judex Thessalonicensis, hoc ævo vixisse videtur, qui huc usque Principum Novellas allegat.* Eandem opinionem tanquam verissimam confirmat doctissimus Episcopus Vasionensis *Josephus Maria Suaresius* in Notitiâ Basilicorum his verbis: *Harmenopuli Prochirum conscriptum fuit anno à Christo natò 1143. Jacobus* etiam *Gothofredus* in Manuali Juris, & R. P. *Philippus Labbeus* S. J. in Bibliothecâ Chronologicâ Scriptorũ Ecclesiasticorum, eandem *Freheri* opinionem secuti, tradunt eundem *Constantinum Harmenopulum* floruisse circa annum Christi 1150. Verumenimverò quòd illi omnes *ducentorum annorum* committant *prochronismum*,

&

& *Constantinus Harmenopulus* non anno Christi 1143 vel 1150, sed re verà anno 1345 *Promptuarium Juris Civilis* & *Epitomen Juris Canonici* composuerit, nunc demùm certò constat ex suprà memorato *Philothei Patriarchæ Constantinopolitani testimonio*, quod eam ob causam hîc exhibeo integrum. Est autem hoc Τὸ παρὸν ὅλον τοῦτο βιβλίον τῶν τε θείων καὶ φιλευσεβῶν νόμων καὶ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων συνετέθει πολλῷ πόνῳ, καὶ οὕτως ὠργανώθη παρὰ τοῦ πανσεβάστου νομοφύλακος τοῦ εὐαγοῦς βασιλικοῦ σεκρέτου καὶ κριτοῦ τῆς θεοσώστου πόλεως Θεσσαλονίκης κυροῦ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ τοῦ ἉΡΜΕΝΟΠΟΥΛΟΥ ἐπὶ τῆς βασιλείας τῆς εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου Δεσποίνης ἡμῶν καὶ Αὐτοκρατορίσσης κυρᾶς ἌΝΝΗΣ τῆς Παλαιολογίνης, καὶ τοῦ ἐρασμιωτάτου ταύτης υἱοῦ, τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου Βασιλέως ἡμῶν καὶ Αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυροῦ ἸΩΑΝΝΟΥ τοῦ Παλαιολόγου ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ϛωνγʹ, ἰνδικτιῶνος ιγʹ. Hoc est: *Præsens hic totus Liber divinarum ac piarum Legum & sacrorum atque divinorum Canonum multo labore compositus & ita instructus est ab admodùm venerabili Nomophylace sacri Imperatorij Secreti & Judice à Deo servatæ Urbis Thessalonicæ, Domino CONSTANTINO HARMENOPULO, sub Imperio pijssimæ & Christum amantis Dominæ nostræ atque Imperatricis, Dominæ ANNÆ Palæologinæ, & dilectissimi Filij ipsius, pijssimi & Christum amantis Regis nostri atque Imperatoris Romanorum, Domini JOANNIS Palæologi, anno à creatione Mundi 6853, Indictione decimâ tertiâ, sive anno Christi 1345.* Hucusque *Philothei* illud de *ætate Constantini Harmenopuli* insigne testimonium. Corrigendus itaq; etiam est Liber *quintus* horum Commentariorum, & pag. 319 vers. 21, pag. 365 colum. 2 vers. 24, pag. 373 vers. 31, & pag. 381 vers. 18, pro, *qui floruit circa annum Christi 1150*, legendum est, *qui floruit circa annum Christi 1345.*

Nonò, & quidem fol. 196 pag. 1, *Catalogus Officiorum Aulæ Imperatoriæ Constantinopolitanæ*, cujus titulus & principium: Τὰ Ὀφφίκια τοῦ παλατίου τῆς βασιλείας. Αʹ, Δεσπότης· βʹ Σεβαστοκράτωρ &c. Vide suprà pag. 36.

Decimò, & quidem à fol. 196 pag. 2 usque ad fol. 199 pag. 2, *Imp. Leonis Philosophi seu Sapientis Ordo Thronorum Ecclesiasticorum, Patriarchæ Constantinopolitano subjectorum*, cujus titulus & principium: Ἡ γεγονυῖα ὑποτύπωσις παρὰ τοῦ Βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ, ὅπως &c. Vide suprà pag. 36.

Vnde

Vndecimò, & quidem fol. 200 pag, 1 & 2, anonymi cujuſdam Autoris *Chronologia compendiaria à creatione Mundi uſq; ad Imp. Joannem Comnenum*, qui A. C. 1118 cœpit imperare & A. 1143 obijt. Titulus ejus cum principio eſt talis: Χρόνων ἀριθμησις κ̀ ἀμάς. Ἀδὰμ ἔτη σλ´. Σὴθ ςέ· &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 201 pag. 2 uſque ad fol. 202 pag. 2, *Danielis Prophetæ Viſio ultima, per* (1) *Methodium Patarorum in Lyciâ Epiſcopum divulgata*, cujus titulus & principium: Ἡ τελευταῖα ὅρασις τοῦ μεγάλου Προφήτου Δανιὴλ, ἥτις διὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μεθοδίου Παλάρων ἐφανερώθη ἡμῖν. Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· ὀυαί σοι γῆ, ὅταν τῶν Ἀγγέλων τὸ σκῆπτρον βασιλεύσῃ ἐν σοί. τότε &c. Hæc igitur una eſt ex ſuppoſititijs illis *Viſionibus Danielis*, ſeu potius delirorum Græculorum ridiculis Vaticinationibus, quarum *Liutprandus*, primùm *Ticinenſis Eccleſiæ Diaconus*, deinde *Epiſcopus Cremonenſis*, in *Hiſtoriâ Legationis ſuæ ad Imp. Nicephorum Phocam*, pro *Imp. Ottone Magno* A. C. 968 obitæ, meminit, his verbis: (2) *Sed cur Imp. Nicephorus Phocas exercitum nunc in Aſſyrios duxerit, quæſo advertite. Habent Græci & Saraceni Libros, quos* ὉΡΆΣΕΙΣ *ſive VISIONES DANIELIS vocant, ego autem Sibyllinos: in quibus ſcriptum reperitur, quot annis Imperator quiſque vivat; quæ ſint futura, eò imperitante, tempora, pax, an ſimultas; ſecunda Saracenorum res, an adverſæ. Legitur itaque, hujus Nicephori temporibus Aſſyrios Græcis non poſſe reſiſtere, huncque ſeptennio tantùm vivere: poſt cujus obitum Imperatorem iſto deteriorem (ſed timeo quòd inveniri non poſſit) & magis imbellem debere ſurgere; cujus temporibus adeò prævalere debent Aſſyrij, ut in Chalcedoniam uſque, quæ diſtat Conſtantinopoli haud longè, poteſtativè cuncta debeant obtinere.* Hucuſque *Liutprandus*. Vide etiam *Joannis Meurſij* Gloſſarium Græco-barbarum in explicatione vocabuli Ὁράσεις.

(1) *Vide Lib. IV horum Commentar. pag.* 201 *&* 202.

(2) *Vide* Liutprandi, *ſeu, ut vulgò perperàm appellatur,* Luitprandi *Opera, à* Laurentio Ramirez de Prado *Antverpiæ typis Plantinianis A.* 1640 *in folio edita, pag.* 148.

Decimo tertiò, & quidem fol. 202 pag. 2, *Imp. Leonis Philoſophi* ſeu *Sapientis* Χρησμὸς περὶ ἀνασάσεως τῆς Κωνσαντινουπόλεως, ſive, *Oraculum de reſtitutione Conſtantinopoleos*, cujus principium: Βύζαντος αὐλὴ, ἑσία Κωνσαντίνου &c. Edidit quidem *Joannes Leunclavius* hoc *Oraculum græcè* & *latinè* in fine editionis latinæ *Annalium Conſtantini Manaſſis*, Baſileæ typis Epiſcopianis impreſſæ A. 1573 in *octavò*, ſed culpâ Codicis manuſcripti, quo is ex Bibliothecâ *Joannis Sambuci* uſus eſt, ſatis mendoſum, & integris *quatuor verſibus* mutilum, codém, que modo ob defectum melioris Codicis idem *Oraculum Syntagmati*

quo-

quoque *meo Originum & Antiquitatum Constantinopolitanarum*, Parisijs A. 1655 typis Regijs græcè & latinè in folio edito, pag. 279 & 280 insertum est. Emendandi igitur ejus & supplendi gratiâ exhibeo illud hîc integrum, unà cum variantibus Lectionibus, desumptis ex Codice hoc MSto Cæsareo, qui ut suprà monui, ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus *Constantinopoli.*

Τοῦ σοφωτάτου Βασιλέως ΛΕΟΝΤΟΣ Χρησμὸς περὶ ἀναστάσεως τῆς Κωνσταντινουπόλεως.

Βύζαντος αὐλὴ, ἑστία Κωνσταντίνου,
Ῥώμη, Βαβυλὼν καὶ Σιὼν ἄλλη νέα,
Τρεῖς τρὶς ἑκατὸν καὶ σὺ συνάρξεις κράτος,
Μιᾶς ἐν αὐτοῖς ὑστερούσης εἰκάδος.
Ὡς χοῦν ἀθροίζεις τῶν ἐθνῶν τὸ χρυσίον
(1) Καὶ πάσας ἄρξεις τὰς πέριξ φυλαρχίας·
Ἀλλά σε (2) πῦρ ὕστατον καὶ ξανθὸν γένος
Πᾶσαν τεφρώσει, καὶ τὸ σὸν λύσει κράτος.
Ἔστη γὰρ πάλιν, ὥσπερ οὐδ᾽ ἀρξαμένη,
Ἕως Θεοῦ δάκτυλος ὀφθεὶς ἐξ ἕω,
Χειρὸς ῥυείσης δακτύλους πλήσει δύο
(3) Αἰχμὰς φέροντας, αὔρας ὡς ἐκ καμίνου,
(4) Αἷς τὸν πατρῷον ἐκδικήσουσι μόρον.
Ἥξουσι δ᾽ αὖθις κυκλόθεν τὰ σὰ τέκνα
(5) Εὐθέως, ὥσπερ ἐκ κύκλου πρὸς κεντρίον,
Ἐφ᾽ οἷς (6) δικαίως ἐμβιβάσαι τὴν νίκην.
Καινὴ τὸ λοιπὸν (7) ἡ κενὴ πάντως ἔστη,
Καὶ κρεῖττον ἄρξεις τῶν ἐθνῶν (8) ὑπὲρ πάλαι,
(9) Τοῖς ἴχνεσί σου προσπεσόντων τῶν πέλας.
Δόξης γὰρ οἶκος σὺ Θεοῦ χρηματίσεις,
(10) Ὀρθρίσας Νικόδημος νυκτὸς σὺν δόλῳ
Σχοινοπλόκῳ κλίμακι τὴν Βαβυλῶνα.
Εἰκὰς δὲ διπλῆ τὸν δρόμον ἐκτελέσῃ,
Καὶ τὴν καλάμην ὁ στάχυς ἐκλιμήσει.

(1) In Codice MSto Cæsareo legitur Καὶ πάσας ἄρξεις τὰς πέριξ φλυαρίας. (2) In editione Leunclavianâ legitur πυρίστατον. (3) In Codice MSto Cæsareo legitur αὐχμὰς. (4) In Codice MSto Cæsareo legitur Αὐτὸν πατρῷον ἐκδικήσουσι κλῆρον. (5) In editione Leunclavianâ legitur Εὐθείας. (6) In editione Leunclavianâ legitur, ἐφ᾽ οἷς δικαίοις ἐκβιβάσει τὴν δίκην. (7) In editione Leunclavianâ legitur, Καινὴ τὸ λοιπὸν ἡ καινὴ πάλιν ἔστη. (8) In editione Leunclavianâ legitur, εἴπερ πάλαι. (9) In Codice MS. Cæsareo est hic versus decimus nonus, in editione autem Leunclavianâ vigesimus. (10) Hi quatuor ultimi versus desunt in editione Leunclavianâ.

Decimo quarto, & quidem fol. 203 pag. 1 & 2, *Matthæi Monachi Catalogus Officiorum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ versibus politicis*, cujus titulus & principium:

Τῆς Ἐκκλησίας τὰς τιμὰς καὶ τὰς διακονίας,
Ἃς διαιρεῖται πνεύματι, κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον,
Ἀπαριθμεῖ πρὸς ὄνομα νῦν ΜΟΝΑΧΟΣ ΜΑΤΘΑΙΟΣ.
Πεντάδος πρώτης πέφυκεν ὁ μέγας Οἰκονόμος,
Ὁ μέγας Σακελλάριος &c.

Item ejusdem *Matthæi Catalogus Officiorum Aulæ Imperatoriæ Constantinopolitanæ*, *itidem versibus politicis*, cujus principium:

Μετὰ τὸν Αὐτοκράτορα πρῶτος ἐστὶ Δεσπότης,
Σεβαστοκράτωρ μετ' αὐτὸν, &c.

Utrúmque Opusculum exstat *græcè* & *latinè* in editione Regiâ Parisinâ Libri *Georgij Codini* de Officijs Magnæ Ecclesiæ & Aulæ Constantinopolitanæ, à R. P. *Jacobo Goar* O. P. adornatâ, pag. 8 & 38. Vide etiam ibidem pag. 43 *Notas* jam memorati R. P. *Goar*, ubi de ejusdem *Matthæi ætate* & *versibus politicis* sic scribit: *Jambo sequenti*, Ἰατροῦ Μοναχοῦ ταυτὶ ΜΑΤΘΑΙΟΥ Θύτου, *nomen suum hujus Opusculi prodit Autor; qui gente, non professione*, Ἰατρὸν *se celebrat. Vitæ forma fuit monastica, cui Sacerdotij honorem adjunxit. Hinc* Μοναχὸς θύτης *scribitur, qui vulgò* Ἱερομόναχος, *sicut Diaconus Monachus* Ἱεροδιάκονος *audit, relictâ seculari Sacerdoti vel Diacono solitariâ* Ἱερέως *vel* Διακόνου *appellatione. Non adeò notus hic est MATTHÆVS, ut patriam, parentes, socios laudatiores reddat; ætatem conjicimus & ob memoratos Imperatorem & Imperatricem nondum captâ à Turcis Vrbe. Ob laudatum etiam Chumnum & Metochitem, post ANDRONICVM Seniorem, cujus hi fuere Ministri, scripsisse vitâque functum constat. Præsens Opusculum* (1) *VERSIBVS POLITICIS composuit, in quibus numerus syllabarum ad cantum, non ad exactæ Poetices prosodiam observatur. Octava syllaba, ubi cæsura est, medium versus tenet, reliquæ septem perficiunt. His recentiores* ὁμοιοτέλευτα, *pariter cadentium exitum, quem Rhythmum dicimus, addidere. POLITICOS vocatos arbitror, quòd vulgò Constantinopoli per compita canerentur;* Πόλιν *enim* κατ' ἐξοχὴν, *& sermonis contractionem, Constantinopolim appellant;* πολιτικὰ, *quæcunque ibi nata, vel inde asportata;* πολίτην *tandem virum ex eâ ortum: vel certè,*

(1) Vide Lib. IV horum Commentar. pag. 178 & 205.

certè, quòd amatoriæ meretriciæve cantilenæ hujusmodi compositionem habuerint, ἀπὸ τῆς πολιτικῆς denominatione deducta, quæ mulierem per Urbem suo corpore quæstum facientem sonat. Hucusque R. P. Goar.

Decimo quintò, & quidem fol. 205 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Annotamentum Theologicum de Confessione sacrâ*, cujus principium: Ἡ ἐξομολόγησις ὀφείλει εἶναι ἁπλῆ, ταπεινὴ, &c.

Decimo sextò, & quidem fol. 205 pag. 2 & fol. 206 pag. 1, ex *S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini Operibus Fragmentum de tempore Sacræ Cœnæ Christi*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, ὅτι τῇ ιγ' τῆς σελήνης περὶ μιᾶς τοῦ νομίμου πάσχα τὸ μυστικὸν τοῦ Κυρίου γέγονε δεῖπνον, καὶ ὡς οὐ τὸν ἀμνὸν τότε μετὰ τῶν μαθητῶν ἔφαγεν ὁ Χριστός. Ἐζήτηται περὶ τοῦ δεῖ τινα τοῦ δεσποτικοῦ τοῖς πολλοῖς, &c.

Decimo septimò, & quidem à fol. 206 pag. 2 & fol. 207 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Annotamentum historicum de Melchisedech*, cujus titulus & principium: Περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ, τίς ἦν. Ἀνὴρ ἦν δίκαιος καὶ θεοσεβὴς, ἐθνικὸς κατὰ γένος· &c. Vide etiam Librum *quartum* horum Commentariorum pag. 202, & Librum *quintum* pag. 110.

Decimo octavò, & quidem fol. 207 pag. 1 & 2, anonymi cujusdam Autoris *Annotamentum historicum græco-barbarum de sumptu in ædificationem Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ S. Sophiæ impenso*, cujus titulus & principium: Ἔξοδος τῆς ἁγίας Σοφίας. Λογαριασμὸς ἀκριβὴς τῆς ἐξόδου τοῦ παμμεγίστου τοῦ Θεοῦ θείου δόμου, ὃς κλῆσιν ἀυχεῖ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας, ὃν Βασιλεὺς ἔνδοξος Ῥωμαίων μέγας Ἰουστινιανὸς &c. Operæ pretium autem fuerit *Annotamentum* hoc conferri cum *Georgij Codini Libro de Structurâ Templi S. Sophiæ*, qui exstat in Syntagmate meo Originum & Antiquitatum Constantinopolitanarum, Lutetiæ Parisiorum A. 1655 typis Regijs græcè & latinè in folio edito, pag. 64 & deinceps usque ad pag. 74.

XII.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Iuridicos Græcos* quintus.

Duodecimus (1) Codex manuscriptus *Juridicus Græcus* est chartaceus antiquus & bonæ notæ in *folio*, constátque folijs *centum quinquaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Pri-

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 116 pag. 2, *Constantini Harmenopuli* Πρόχειρον νόμων, hoc est, *Manuale Legum*, sive; *Promptuarium Juris Civilis*, in *sex Libros* divisum, unà cum subjunctis nonnullis *Titulis separatis*, quemadmodum in proximè præcedenti Codice XImo, num. 2. In fine legitur hæc subscriptio: Ἐνταῦθα τέλος σὺν Θεῷ πάσης τῆς Ἑξαβίβλου.

Secundò, & quidem à fol. 117 pag. 1 usque ad fol. 120 pag. 1, ejusdem *Constantini Harmenopuli Ecloga Legum Georgicarum ex Jure Justinianeo*, quemadmodum in proximè præcedenti Codice XImo, num. 3.

Tertiò, & quidem à fol. 120 pag. 2 usq; ad fol. 123 pag. 1, ejusdem *Constantini Harmenopuli Liber de Fide orthodoxâ & de Hæresibus*, sed imperfectus, & maximâ parte posteriori mutilus. Plura de eo vide suprà pag. 38 & 39.

Quartò, & quidem fol. 124 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Catalogus Officiorum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ*, sed diversus ab alijs ejusdem generis *Catalogis*, quorum suprà jam est facta mentio.

Quintò, & quidem à fol. 125 pag. 1 usque ad fol. 151 pag. 1, *Libanij Sophistæ* Μελέται sive *Declamationes quinque*, quarum *prima* inscribitur atque incipit his verbis: (1) Φιλάργυρος παῖς ἀριστεύσας ᾔτησεν εἰς τὴν δωρεὰν στέφανον θαλλοῦ, καὶ ἀποκηρύττεται. Τῆς μὲν ἀριστείας &c; *secunda*, (2) Διέσωσέ τις τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, ἐμπρησμοῦ γινομένου, &c. Ἡ προθεωρία. Τὸ δυσχερὲς τοῦ ζητήματος &c; *tertia*, (3) Νόμος τὸν εὑρόντα θησαυρὸν χιλίας τῇ πόλει δίδοναι δραχμάς· &c. Ἔχετε, ὦ βουλή, τὰς πεντακοσίας δραχμάς, &c; *quarta*, (4) Πρεσβευτικὴ πρὸς τοὺς Τρῶας ὑπὲρ τῆς Ἑλένης, Μενελάου. Εἰ μὲν ἐβούλετο Ἀλέξανδρος &c; *quinta*, (5) Δύσκολος, λάλον γήμας γυναῖκα, ἑαυτὸν προσαγγέλλει. Ἔδει μὲν, ὦ βουλή, τεθνάναι με πρὶν ἢ γῆμαι, &c.

In fine demùm ejusdem Codicis nempe fol. 151 pag. 2, exstat hæc Inscriptio: Ὁ μέγας Πρωτοσύγγελος, προσμονάριος καὶ νοτάριος τῆς ἁγιωτάτης Μητροπόλεως Μονεμβασίας, Ἐμμανουὴλ ἱερεὺς ὁ Σάμιος.

(1) *Vide Libanij Operum editionē græco-lat. Parif. Morellianā Tom. 1 pag. 801.*
(2) *Vide ibidē Tom. 1 pag. 912.*
(3) *Vide ibidē Tom. 1 pag. 361.*
(4) *Vide ibidē Tom. 1 pag. 189.*
(5) *Vide ibidē Tom. 1 pag. 309.*
(6) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecentesimus decimus tertius.

XIII.

Decimus tertius (6) Codex manuscriptus *Juridicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátque folijs *trecentis quadraginta septem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs

manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 34 pag. 1, *Michaëlis Pſelli Synopſis Legum, verſibus politicis compoſita juſſu Imp. Michaëlis Ducæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὑπερτίμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ Σύνοψις ἐπιτομὸς τῶν νομικῶν κεφαλαίων, γεγονυῖα ἐξ ἐπιτάγματος τοῦ ἁγίου Βασιλέως, κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Δοῦκα.

Πολὺ καὶ δυσθεώρητον τὸ μάθημα τοῦ νόμου,
Ἐν πλάτει δυσπερίληπτον, ἀσαφὲς ἐν συνόψει,
Ἐν λόγῳ δυσερμήνευτον, ἀλλ' ὅμως ἀναγκαῖον·
Καὶ δεῖ τὸν Αὐτοκράτορα τοῦτο μᾶλλον φροντίζειν.
Δικαίως γὰρ τὸ δίκαιον ἐν δίκαις φυλακτέον.
Ὅθεν ἐγώ σοι &c.

Meminit hujus Opuſculi Illuſtriſſimus Epiſcopus Vaſionenſis *Joſephus Maria Suareſius* in Notitiâ Baſilicorum his verbis: *Eodem fere tempore, nempe circa annum Chriſti 1071 vel 1077, quo Michaël Attaliota ſuum ſcripſit Prochirum Juris, Michaël etiam Pſellus verſibus politicis Legum Synopſin contexuit. Habetur illa in Bibliothecis, Vaticanâ Codice 845, Palatinâ Codice 316, & Conſtantinopolitanâ. In Laurentianâ Florentinarum nobiliſſimâ ſe vidiſſe teſtatur Antonius Auguſtinus, qui eam non magni facit Lib. 4 Emendationum cap. 3.* Hucuſque *Suareſius.*

Secundò, & quidem à fol 35 pag. 1 uſque ad fol. 37 pag. 1, *Gloſſæ Juridicæ*, ſive, *Vocabula Juris Latina cum Interpretatione Græcâ*; quorum titulus & principium: Ἄκτωρ, ὁ ἐνάγων. Ἀντικίνσωρ, ἀντιγραφεύς. &c. Vide ſuprà pag. 32.

Tertiò, & quidem à fol. 38 pag. 1 uſque ad fol. 71 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Libellus Synodicus, omnes Synodos, tàm orthodoxas, quàm hæreticas, brevi compendio continens, inde à temporibus Sanctorum Apoſtolorum uſque ad* (1) *Orthodoxiam ſive reſtitutionem ſacrarum Imaginum ſub Imp. Michaële & matre ipſius Theodorâ, atque S. Methodio Patriarchâ Conſtantinopolitano.* Ipſa tituli græci verba cum principio Narrationis ſunt hæc: Συνοδικὸν ἐν ἐπιτομῇ, τὰς ἀπὸ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων γεγονυίας ὀρθοδόξους καὶ αἱρετικὰς περιέχον συνόδους ἕως τῆς ὀρθοδοξίας. Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἱερο-

(1) *Vide* R.P. Jacobi Gretſeri *S. I. Obſervationes in* Georgii Codini *Librum de Officiis Aulæ Imperatoriæ & Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ; lib. 3 cap. 10, pag. 250, 251 & 252 editionis Pariſinæ in Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ.*

Ἱεροσολύμοις ὑπὸ τῶν θεοδιδάκτων Ἀποστόλων, &c. Exſtat quidem hoc *Synodicon* græcè & latinè in *Gulielmi Voelli* & *Henrici Juſtelli* Tomo ſecundo Bibliothecæ Juris Canonici Veteris à pag. 1166 uſque ad pag. 1214; ſed diſcrepat illa editio impreſſa valdè ab hoc manuſcripto exemplari *Cæſareo*, ejuſque beneficio plurimis locis inſigniter poteſt ſuppleri.

Quartò, & quidem à fol. 71 pag. 2 uſque ad fol. 78 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Hiſtoria Concilij Chalcedonenſis Oecumenici ſive Generalis quarti, A.C. 451 celebrati*; cujus titulus & principium: Ὑπόθεσις τῆς ἐν Χαλκηδόνι Συνόδου. Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ νέου ἦν τις κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν Ἀρχιμανδρίτης, ὀνομαζόμενος μὲν Εὐτυχής, &c.

Quintò, & quidem fol. 79 pag. 2 & fol. 80 pag. 1, *Officiorum Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Deſcriptio*, cujus titulus & principium: Τὰ Ὀφφίκια τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ αἱ ἐνέργειαι αὐταί. Ὁ μέγας Οἰκονόμος κρατεῖ τῶν κτημάτων τῆς Ἐκκλησίας· ὁ μέγας Σακελλάριος, τὰ γυναικεῖα μοναστήρια &c. Vide etiam ſuprà pag. 32 & 45.

Sextò, & quidem à fol. 81 pag. 2 uſque ad fol. 91 pag. 1, anonymi cujuſdam Autoris *Diagramma Graduum cognationis cum ſubjuncto Libello de diſtinctione Nuptiarum legitimarum & prohibitarum*, cujus titulus & principium: Ἀκριβὴς διαίρεσις τῶν ἐννόμων γάμων καὶ κεκωλυμένων. Ὁ Ῥαδηνὸς ἐγέννησε τὸν Μιχαὴλ καὶ τὴν Ἄνναν. κωλύεται ὁ γάμος ἕτος δεύτερον γὰρ σώζουσι βαθμὸν πρὸς ἀλλήλους &c.

Septimò, & quidem à fol. 91 pag. 2 uſque ad fol. 95 pag. 1, *ex Siſinnij Patriarchæ Conſtantinopolitani Tomo ſive Deciſione Synodali, ne duo fratres accipiant uxores duas conſobrinas, fragmentum*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου, κυροῦ Σισιννίου ἐκ τοῦ συνοδικοῦ τόμου. Ἀπηγόρευται δύο ἀδελφοὺς δύο ἐξαδέλφας λαμβάνειν, &c. Integer ille *Tomus*, anno Mundi 6505 ſive anno Chriſti 997, d. 21 Februarij, Indictione 10, promulgatus, exſtat integer græcè & latinè in *Marquardi Freberi* Jure Græco-Romano, Tom. I à pag. 197 uſque ad pag. 203. Aliud inde deſumptum *fragmentum* exſtat in eodem hoc Codice MSto fol. 97, pag. 2.

Octavò, & quidem à fol. 95 pag. 1 uſque ad fol. 99 pag. 1, *Michaëlis Nomophylacis*, cognomine *Chumni*, qui deinde fuit *Metropolita Theſſalonicenſis*, *Syngramma de Gradibus cognationis*, cujus titulus & prin-

principium: Περὶ τῶν βαθμῶν τῆς συγγενείας σύγγραμμα Μιχαὴλ νομοφύλακος τοῦ Χούμνου, τοῦ γεγονότος Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης. Ἡ συγγένεια ὄνομά ἐστι κοινὸν καὶ καθολικόν. &c. Exstat quidem hoc Syngramma græcè & latinè in suprà citati *Juris Græco-Romani* Tomo primo à pag. 519 & 520; sed in Codice hoc MSto *Cæsareo* adjuncta illi est in fine *Appendix* quædam, *de Nuptijs prohibitis*, cujus principium sine ullâ peculiari Inscriptione est hoc: Τρεῖς τάξεις εἰσὶ τῶν κεκωλυμένων πρὸς γάμου κοινωνίας. μία μὲν καὶ πρώτη, ἡ ἐκ τοῦ σωτηριώδους καὶ ἁγίου βαπτίσματος· &c.

Nonò, & quidem à fol. 100 pag. 1 usque ad fol. 105 pag. 2, *Theodori Balsamonis, Patriarchæ Antiocheni, Responsum de disceptatâ in Synodo quæstione, an unus & idem duabus sobrinis jungi debeat.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Responsi* sunt hæc: Διάγνωσις τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀντιοχείας χάριν τοῦ λαληθέντος συνοδικοῦ ζητήματος περὶ τοῦ, εἰ χρὴ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δυσὶ δισεξαδέλφαις συνάπτεσθαι. Οἱ τῶν Ἀθηναίων ἰθαγενεῖς &c. Vide suprà citati *Juris Græco-Romani* Tomum primum à pag. 463 usque ad pag. 470, ubi quidem illud *Responsum* græcè & latinè exstat, sed beneficio hujus Codicis manuscripti potest emendari ac suppleri. Exempli gratiâ paginâ 465 circa finem lacuna hæc ---- ψιν συναγάγῃ, & in versione latina, ---------- *colliget*, supplenda est unicâ syllabâ hoc modo: μέμψιν συναγάγῃ &c.

Decimò, & quidem à fol. 106 pag. 1 usque ad fol. 110 pag. 2, *S. Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani*, qui A.C. 828 d. 13 Martij obijt, *Chronographia compendiaria*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Χρονογραφικὸν ἐν συντόμῳ. Ἀδὰμ, πρῶτος ἄνθρωπος, γενόμενος ἐτῶν σλ', γεννᾷ τὸν Σὴθ, καὶ &c. Adjuncta autem huic *Chronographiæ* est anonymi cujusdam Autoris *Continuatio* usque ad *Imp. Manuelem Comnenum*, qui A.C. 1180 d. 24 Septembris obijt. Plura de jam memoratâ *S. Nicephori Chronographiâ* vide Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 235 & 236.

Vndecimò, & quidem à fol. 111 pag. 1 usque ad fol. 142 pag. 2, *Marci Patriarchæ Alexandrini Quæstiones Canonicæ sexaginta sex cum Responsis Patriarchæ Antiocheni, Theodori Balsamonis*; quarum titulus & principium: Ἐρωτήσεις τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀλεξαν-

δρεί-

δξείας, κυρίε Μάρκε, καὶ ἀποκρίσεις ἐπ' αὐταῖς τοῦ ἁγιωτάτε Πατριάρχε Ἀντιοχείας κυρίε Θεοδώρε τοῦ Βαλσαμών. Ὁ μὲν θεοπάτωρ καὶ Προφήτης Δαβίδ, &c. Prima autem *Quæstio* five *Interrogatio* eft hæc: Αἱ περὶ τὰ μέρη τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ τῶν Ἱεροσολύμων ἀναγινωσκόμεναι λειτεργίαι &c. In fine demùm totius Opufculi exftat hæc fubfcriptio: Ἐνταῦθα πέρας ἡ βίβλος εἴληφε τῶν ξς' ἐρωτήσεων τε καὶ ἀποκρίσεων. Exftat quidē hic Liber græcè & latinè in *Marquardi Freheri* Tomo primo Juris Græco-Romani à pag. 362 ufque ad pag. 394; verùm ibi ftatim in principio pro θεοπάτωρ legitur θεόπτης, nec *fexaginta fex* numerantur Quæftiones atque Interrogationes, fed tantùm *fexaginta quatuor*. Finis tamen Libri idem eft, atque conftat his verbis, κατὰ τὸν εἰπόντα, συσφίγεται.

Duodecimò, & quidem à fol. 143 pag. 1 ufque ad fol. 190 pag. 1, *S. Gregorij Epifcopi Nyffeni Homiliæ quinque in Orationem Dominicam*, quarum *prima* infcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἁγίε Γρηγορίε Ἐπισκόπε Νύσσης εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν λόγος α'. Εὐχῆς ἡμῖν διδασκαλίαν &c. Vide Librum quartum horum Commentariorum pag. 25.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 191 pag. 1 ufque ad fol. 263 pag. 2, ejufdem *S. Gregorij Epifcopi Nyffeni Homiliæ octo in totidem Beatitudines Evangelicas apud S. Matthæum cap. 5*, quarum *prima* infcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἁγίε Γρηγορίε Ἐπισκόπε Νύσσης εἰς τὸ, Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, &c. Τίς ἄρα τοιοῦτος ἐν τοῖς συνειλεγμένοις &c. Vide etiam Librum quartum horum Commentariorum pag. 29.

Decimo quartò, & quidem à fol. 264 pag. 1 ufq; ad fol. 316 pag. 1, ejufdem *S. Gregorij Epifcopi Nyffeni Expofitio compendiaria in Pfalmos & eorundem Infcriptiones, cum fubjunctâ Appendice de Diapfalmate.* Ipfa tituli græci verba cum principio Opufculi funt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίε Νύσσης Ἐξήγησις εἰς τὰς ἐπιγραφὰς τῶν Ψαλμῶν καὶ εἰς τὰ κείμενα ἐν ἐπιτομῇ. Περὶ τοῦ σκοποῦ τοῦ βιβλίε παντὸς τῶν Ψαλμῶν. Ἐδεξάμην σε τὸ ἐπίταγμα &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 317 pag. 1 ufque ad fol. 347 pag. 2, *Alexandri Monachi Oratio hiftorica de Inventione S. Crucis*, cujus titulus & principium: Ἀλεξάνδρε μοναχοῦ λόγος ἱστορικὸς περὶ τῆς εὑρέσεως τοῦ τιμίε καὶ ζωοποιοῦ σαυροῦ πρὸς τινας ὅσιες πατέρας, προ-

 τρα-

τραπέντος ὑπ' αὐτῶν, &c. Τὴν κέλευσιν τῆς ὑμετέρας πατρικῆς ὁσιότητος δεξάμενος, &c. Meminit hujus Orationis *Leo Allatius* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 110.

XIV.

Decimus quartus (1) Codex manuſcriptus *Juridicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *ſeptuaginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 11 pag. 1, anonymi cujuſdam Autoris *Ecloge Legis à Deo per Moyſen Iſraëlitis datæ*, cujus titulus & principium: Ἐκλογὴ τοῦ παρὰ Θεοῦ διὰ Μωϋσέως δοθέντος νόμου τοῖς Ἰσραηλίταις. Περὶ κρίματος καὶ δικαιοσύνης. Τῆς Ἐξόδου καὶ τοῦ Δευτερονομίου κεφαλ. κγ'. Οὐ (2) παραλήψῃ ἀκοὴν ματαίαν, &c.

Secundò, & quidem à fol. 11 pag. 1 uſque ad fol. 16 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Recenſio eorum, qui ab hæreticis Presbyteri vel Epiſcopi ordinati ſunt, collecta ex Hiſtorijs Eccleſiaſticis*; cujus titulus & principium: Περὶ τῶν παρ' αἱρετικῶν κεχειροτονημένων ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν συλλογὴ μερική. Ἄρειος, ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος, ἐξεκόπη τῶν πιστῶν, &c. Circa finem ejuſdem Collectionis exſtant ibidem fragmenta duo ex *Vitâ S. Joannis Chryſoſtomi* à *Symeone Metaphraſte* conſcriptâ, & ex *Vitâ S. Taraſij Patriarchæ Conſtantinopolitani* (3) ab *Ignatio Diacono & Sceuophylace* compoſitâ.

Tertiò, & quidem à fol. 17 pag. 1 uſque ad fol. 20 pag. 1, *Epiſtola Calliſti ad Manuelem cognomine Diſypatum, Archiepiſcopum Theſſalonicenſem, de exautoratione & exilio Joſephi Galeſiotæ, Patriarchæ Conſtantinopolitani.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Epiſtolæ* ſunt hæc: Ἐπιστολὴ Καλλίστου πρὸς τὸν Θεσσαλονίκης κύριον Ἐμμανουὴλ τὸν Δισύπατον. Τῷ ἁγιωτάτῳ ὑπερτίμῳ ἱεράρχῃ Χριστοῦ. &c. Circa finem autem ejuſdem Epiſtolæ leguntur hæc: Διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ εἰπὲ ἡμῖν τὸ ἀληθές· κοινωνήσωμεν τῷ κυρίῳ Ἰωσὴφ, καὶ μάλιστα νῦν ἐκπεμφθέντι πρὸς ἐξορίαν διὰ τὴν ὀρθοτομίαν τῆς πίστεως, ἢ οὐ κοινωνήσωμεν; &c. Plura de *Manuele Archiepiſcopo Theſſalonicenſi* vide apud *Georgium Pachymerem* Hiſtoriæ Imperij *Michaëlis Palæologi* lib. 2 cap. 8, ubi appellatur Μανουὴλ ὁ Θεσσαλονίκης ὁ τὴν ἐπίκλην Ψαρᾶς καὶ Δισύπατος. Idem quoque *Georgius Pachymeres* de *Joſephi Galeſiotæ* Patriarchatu, exautoratione, exilio & mor-

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecenteſimus vigeſimus.

(2) *In verſione LXX Interpretũ, exautoritate Sixti V Pontif. Max. editâ, pro* παραλήψῃ *legitur* παραδέξῃ.

(3) *Vide* Suidæ *Lexicon lit. I, ubi agitur de hoc I*gnatio *ejuſque ſcriptis, atque inſuper Conſule* Ger. Joã. Voſſium *de Hiſtor. Græc. lib. 4 cap. 19; item Martyrolog. Roman. d. 25 Februarij cum Notis Cardinalis* Baronij.

morte consulendus est, ut jam monui Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 227.

Quartò, & quidem à fol. 21 pag. 1 usque ad fol. 52 pag. 2 *Ecclesiasticus* sive *Sapientia Jesu filij Sirach*, cujus titulus & principium: Πρόλογος τοῦ Σιράχ. Πολλῶν καὶ μεγάλων ἡμῖν διὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν. &c.

Quintò, & quidem à fol. 53 pag. 1 usque ad fol. 59 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *fragmenta quædam Grammaticæ Græcæ*.

Sextò, & quidem à fol. 6 pag. 1 usque ad fol. 75 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Homilia in Passionem Christi*, cujus titulus & principium: Κεφάλαιον εἰς τὸ πάθος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ, ὡραῖον πάνυ καὶ ὀφελήσιμον. Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν εἰργάσατο σήμερον σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς· &c.

X. V.

Decimus quintus (1) Codex manuscriptus *Juridicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in quarto, constátque nunc folijs *quingentis octoginta*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

(1) Fuit & olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducentesimus octogesimus octavus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 96 pag. 1, *Photij Patriarchæ Constantinopolitani Nomocanon*, hoc est, *Canones Sanctorum Apostolorum Conciliorumque veterum cum Legibus Imperatorum Romanorum collati, & in unum digesti Volumen*, quod in *Titulos quatuordecim* divisum, & *Theodori Balsamonis, Patriarchæ Antiocheni, amplissimis Commentarijs* illustratum & explanatum est. Præfixum huic Operi est jam memorati *Theodori* Carmen, cujus principium: Ἀστέρες ὡς πολύφωτοι ἀφεγγέες ὄμματα νυκτὸς, &c. Quo finito, sequitur Præfatio ejusdem Theodori his verbis: Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε· αὐτοὶ γὰρ &c. Prodijt hoc Opus primùm græcè simul & latinè curâ & studio V. CL. *Christophori Justelli* Parisijs A. 1615 in 4to; in cujus editionis Epistolâ dedicatoriâ illud commendat his verbis: *Est hoc Opus veluti Breviarium Juris Canonici Græcorum, ex vetustis Concilijs, veterum & sanctorum Patrum Epistolis canonicis, & Imperatorum Constitutionibus Ecclesiasticis ab ipso Photio collectum atque compositum, (unde & NOMOCANON appellatur); præclarum atque eximium Canonicæ Jurisprudentiæ monumentum, ex quo perspicere licet, quæ fuerit veteris Ecclesiæ πολιτεία, quis Ecclesiastica disciplinæ usus, cujus Christiani Principes semper se-*

 præ-

præbuerunt assertores vindicésq; acerrimos. Hucusque *Justellus.* Idem quoque *Nomocanon* itidem græcè & latinè Parisijs editus est A. 1620 in folio cum reliquis *Theodori Balsamonis* Operibus, ac porrò in *Bibliothecâ Juris Canonici veteris*, à *Gulielmo Voëllo* & *Henrico Justello* Parisijs A. 1661 duobus Tomis græcè & latinè in folio editâ, & quidem Tomo secundo à pag. 785 usque ad pag. 1140. In hâc autem editione primùm græcè & latinè adjecta sunt ipsius *Photij Prolegomena* in suum Nomocanonem, quibus priores editiones caruerant. Minimè etiam dubitandum est, quin omnes jam memoratæ editiones beneficio Codicis manuscripti *Cæsarei*, de quo in præsens agitur, non mediocriter possint meliorari, si accuratè ac diligenter cum eo conferantur. Cæterùm quòd *Theodori Balsamonis in Photij Nomocanonem Commentaria* cautè legenda sint, rectè monet R. P. *Philippus Labbeus* S. J. Tomo secundo Dissertationis suæ de Scriptoribus Ecclesiasticis, pag. 396 & 397, his verbis: *Nomocanonem, hoc est, sacrorum Canonum & Legum Imperatoriarum conciliationem, & in certos Titulos distributionem, à Photio Patriarchâ CPno compositum, exposuit amplissimis Commentarijs Theodorus Balsamon; in quibus homo schismaticus & Romanæ Ecclesiæ hostis multa effutijt in defensionem falsorum quorundam Canonum.*

Secundò, & quidem à fol. 96 pag. 1 usque ad fol. 99 pag. 1, *Nicolai III Patriarchæ Constantinopolitani* (1) qui A. C. 1084 sub *Imp. Alexio Comneno* thronum Patriarchalem conscendit, *Responsiones Synodicæ ad varias Quæstiones à quibusdã Monachis, extra Urbem commorantibus, sibi propositas.* Ipsa tituli græci verba cum principio primæ Interrogationis sunt hæc: Ἐρωτήσεις τινῶν μοναχῶν, ἔξω τῆς πόλεως ἀσκουμένων, καὶ ἀποκρίσεις ἐπ' αὐταῖς γινόμεναι παρὰ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίας (2) Συνόδου ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου κυρίου Νικολάου, βασιλεύοντος τοῦ ἀοιδίμου Βασιλέως κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ. Ἐρώτησις α'. Εἰ χρὴ μοναχὸν εἰσιέναι εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον· κωλύει γὰρ &c. Exstant hæ *Quæstiones* & *Responsiones* græcè & latinè inter Opera *Theodori Balsamonis*, edita Lutetiæ Parisiornm typis Regijs A. 1620 in folio, à pag. 227 usque ad pag. 232. Vide etiam Librum *quartum* horum Commentariorum pag. 197.

Tertiò, & quidem à fol. 99 pag. 2 usque ad fol. 525 pag. 2, *Canones Sanctorum Apostolorum, variorúmq; Conciliorum Generalium & Provincialium, ut & diversorum veterum Sanctorum Patrum Epistolæ canonicæ, cum Theodori Balsamonis, Patriarchæ Antiocheni,* Com-

(1) *Vide* Annæ Comnenæ *Alexiados lib.* 10, *pag.* 273 *edit. græco-lat. Parisinæ, ubi in versione latinâ pro A. M.* 6592 *perperàm legitur* 6692, *cùm tamen ibidem è regione in contextu græco rectè legatur*, ,ϛφϟβ'.

(2) *De hâc Synodo Constantinopolitanâ vide suprà citatum* Annæ Comnenæ *locum, pag.* 270.

Commentarijs amplissimis; quæ omnia licet jam A. 1620 Lutetiæ Parisiorum typis Regijs græcè & latinè in folio sint edita, à pag. 233 usque ad pag. 1088, beneficio tamen hujus Codicis MSti *Cæsarei* multis locis emendari poterunt ac suppleri, si diligenter & accuratè cum eo conferantur.

Quartò, & quidem à fol. 525 pag. 2 usque ad fol. 574 pag. 2, *Theodori Balsamonis, Patriarchæ Antiocheni Meditata sive Responsa ecclesiastica octo*, quorum *primum* inscribitur atque incipit his verbis: Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀντιοχείας κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμῶν πρὸς τὸν ὁσιώτατον καθηγητὴν τῶν χριστοῦ τὸν παππικιὸν μοναστηρίων, μοναχὸν κύριον Θεοδόσιον, χάριν τῶν ῥασοφόρων. Ὁ μέγας διδάσκαλος τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ θεοκήρυξ Ἀπόστολος Παῦλος, ἔστω, φησὶν, εἰς τὸ ἀκοῦσαι ταχὺς, καὶ εἰς τὸ λαλῆσαι βραδύς· ἔδει οὖν &c; *secundum*: Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου τῷ ἱερωτάτῳ Μητροπολίτῃ Φιλιππουπόλεως καὶ Ὑπερτίμῳ περὶ τοῦ μὴ ἀναγινώσκειν βιβλίον μαθηματικόν. Οὔτε γῆρας πρὸς ἀρετὴν ἐστὶν ἀξιόπιστον· &c; *tertium*: Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου μελέτη χάριν τῆς εἰς τοὺς θείους ναοὺς τῶν μοναστηρίων γινομένης μετακλήσεως διὰ σημαντηρίων τριῶν. Βλέπων ἀπειροκάλους τινὰς &c; *quartum*: Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου ἐπιστολὴ πρὸς τὸν ἐπὶ τῶν κρίσεων χάριν τῶν διδομένων θυμιαμάτων ἐτησίως παρὰ τοῦ Πατριάρχου. Σὺ μὲν (1) Περιπόθητον τέκνον, μεγαλοδοξότατε κριτὰ &c; *quintum*: Μελέτη τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου χάριν τῶν δύο ἐκκλησιαστικῶν ὀφφικίων τοῦ Χαρτοφυλακίου καὶ τοῦ πρωτεκδικίου. Τοῦ μεγάλου διδασκάλου τῆς ἐκκλησίας Παύλου &c; *sextum*: Ἀπόκρισις καὶ μελέτη τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀντιοχείας κυροῦ Θεοδώρου χάριν τῶν πατριαρχικῶν προνομιῶν. Εἰσῆλθε τὸ ἀξίωμά σου &c; *septimum*: Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου διάγνωσις χάριν τοῦ λαληθέντος συνοδικῶς ζητήματος περὶ τοῦ, εἰ χρὴ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δυσὶ δισεξαδέλφαις συνάπτεσθαι. Οἱ τῶν Ἀθηναίων ἰθαγενεῖς &c; *octavum*: Ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου χάριν τῶν ὀφειλουσῶν τελεῖσθαι νηστειῶν. Ἐκεῖνοι διδάσκουσι περὶ νηστειῶν θεάρεστα διδασκάλια, ὦ θεοφιλέστατον πλήρωμα τοῦ ποτὲ περιωνύμου θρόνου τῆς Θεουπόλεως, ὅσοι &c. Ex his *octo Meditatis* sive *Responsis* extant in *Jure Græco-Romano*, à *Marquardo Frehero* græcè & latinè edito, tantùm *quinque*, nempe *tertium, quartum, quintum, sextum*, & *septimum*, Tomo I à pag. 442 usque ad pag. 478; reliqua autem *tria* ibi desunt.

(1) *In Iure Græco-Romano Freheriano legitur* περιπόθητον.

Quin-

Quintò. & quidem à fol. 575 pag. 1 usque ad fol. 580 pag. 2, *folia sex membranacea pervetusta,* supra memoratis 574 folijs *chartaceis* tegumenti loco partim in principio, partim in fine adjecta, quibus continetur *fragmentum Novi Testamenti de Passione Dominicâ,* totum exaratum literis majusculis.

XVI.

(1) Fuit is olim extra numerum.

Decimus sextus (1) Codex manuscriptus *Juridicus Graecus* est *chartaceus* antiquus & bonae notae in quarto, constátque nunc folijs *trecentis octodecim,* atq; unus est ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipsius Bibliothecâ avulsos *Sebastianus Tengnagelius* redemit, & *Augustissimae Bibliothecae Caesareae* legavit. Continentur eo haec:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 58 pag. 2, *Photij Patriarchae Constantinopolitani Nomocanon,* sed absque (2) suprà memoratis *Theodori Balsamonis* Commentarijs.

(2) Vide suprà pag. 51.

Secundò, & quidem à fol. 59. pag. 1 usq; ad fol. 280 pag. 1, *Canones Sanctorum Apostolorum, variorumq; Conciliorum Generalium & Provincialium, ut & diversorum veterum Sanctorum Patrum Epistolae Canonicae,* sed absq; (3) suprà memoratis *Theodori Balsamonis* Commentarijs.

(3) Vide suprà pag. 52.

Tertiò, & quidem à fol. 280 pag. 1 usq; ad fol. 302 pag. 2, *Novellarum Constitutionum Imp. Justiniani I sive Magni Epitome ecclesiastica,* à *Theodoro Balsamone* composita, & *in Capita octoginta septem divisa,* cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν μετὰ τὸν Κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ διάφοροι διατάξεις, συνᾴδουσαι ἐξαιρέτως τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς κανόσι, καὶ ἐκ περιουσίας τὴν οἰκείαν ἰσχὺν νέμουσαι, αἷς τάξιν τινὰ καὶ ἀριθμὸν ἐπεθήκαμεν πρὸς σύντομον εὕρεσιν τῶν ἐπιζητουμένων κεφαλαίων, διὰ τὸ, ὡς εἴρηται, ἐκ διαφόρων διατάξεων εἶναι τὰ συνταχθέντα, ὡς ὑποτέτακται. Τῆς ἐγκειμένης μετὰ τοὺς κανόνας τῶν Συνόδων διατάξεως τὰ κεφάλαια. Κεφάλαιον α΄. Περὶ τῶν πρώτων καὶ μεγίστων θείων δωρεῶν &c. Finito hoc *Indice octoginta septem Capitum,* sequitur novus hic titulus cum principio *Capitis primi:* Εἰς δόξαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ νῦν συντεθειμένα μετὰ τοὺς ἱεροὺς κανόνας τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Ἀποστόλων, καὶ τῶν τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν καθ᾽ ἑκάστην Σύνοδον ἀκολουθησάντων ὁσίων Πατέρων, μετεγράφη ἐκ τῶν σποράδην κειμένων καὶ ἐκφωνηθέντων ὑπὸ τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ μετὰ τὸν Κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων, αἵ τινες, οὐ μόνον τοῖς τῶν ὀρθοδόξων

ἡμῶν

ἡμῶν Πατέρων ἀκολουθοῦσι κανόσιν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὴν ἐκ βασιλικῆς ἰσχύος αὐθεντίαν χαρίζονται μετὰ προσθήκης ἐννόμου τε καὶ θεαρέτου, τὸ συμφέρον πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ κτίσει θεομιμήτως περισκοποῦσα. Ἀυτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Ἰουστινιανὸς εὐσεβέστατος, Αὔγουστος, Ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ καὶ οἰκουμενικῷ Πατριάρχῃ διάταξις, πῶς δεῖ τοὺς Ἐπισκόπους καὶ κληρικοὺς ἐπὶ τὴν χειροτονίαν ἄγεσθαι, καὶ περὶ τῆς λοιπῆς τοῦ κλήρου καταστάσεως, εἴτε ἀῤῥένων εἴτε θηλείων. Κεφάλαιον α΄. (1) Μέγιστα τῶν ἐν ἀθρώποις ἐστὶ δῶρα Θεοῦ, παρὰ τῆς ἄνωθεν δεδομένα φιλανθρωπίας, &c. Exſtat quidem hoc Opuſculum in Guilielmi Voelli & Henrici Juſtelli Bibliothecæ græco-latinæ Juris Canonici veteris Tomo II, à pag. 1312 uſq; ad pag. 1361, ſed longè aliter, quàm in hoc Codice MSto *Cæſareo*.

(1) *Hæc est inter Novellas Iustinianeas sexta.*

Quartò, & quidem à fol. 302 pag. 2 uſq; ad fol. 307 pag. 1, *Novellarum Conſtitutionum Imp Juſtiniani I ſive Magni Excerpta eccleſiaſtica*, quorum titulus & principium: Διατάξεις νόμων πολιτικῶν ἐκ τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ Βασιλέως, συνηγοροῦσαι καὶ ἐπικυροῦσαι τοὺς τῶν ἁγίων Πατέρων ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας. (2) Αὐτοκράτορες Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς Αὔγουστοι Ὁρμίσδᾳ πραιτωρίῳ ἐπάρχῳ. Θεσπίζομεν πάντα ὅσα Πορφύριος &c.

(2) *Hæc est lex tertia tituli primi libri primi Codicis Iustinianei.*

Quintò, & quidem à fol. 307 pag. 1 uſq; ad fol. 318 pag. 2, Expoſitio ſive Commemoratio *concordiæ Eccleſiaſticæ factæ ſub Imp. Conſtantino Porphyrogenito & Romano Seniore, nondum Imperatore ſed tantùm adhuc Baſileopatore*; cujus titulus & principium: Ἔκθεσις ἤτοι ἀνάμνησις τῆς γενομένης τῆς ἐκκλησίας ἑνώσεως ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ, τοῦ μὲν βασιλεύοντος, τοῦ δὲ τὸ τοῦ Βασιλεοπάτορος ἀξίωμα ἔχοντος. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ Θεὸς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς καὶ Ἀποστόλοις καὶ τοῖς, ὅσοι μετ᾽ ἐκείνων ἄξιοι γεγόνασι τῆς κληρονομίας αὐτοῦ, ἐξαίρετόν τινα κλῆρον, τὴν εἰρήνην κατέλιπε, &c. Vide *Joan. Leunclavij* & *Marquardi Freheri* Jus Græco-Romanum Tom. I pag. 104.

XVII.

Decimus ſeptimus (3) Codex manuſcriptus *Juridicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *centum & decem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centesimus sexagesimus nonus.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 47. pag. 1, *Joannis Scholaſtici, Eccleſiæ Antiochenæ Presbyteri, & poſteà Patriarchæ Conſtantino-*

manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 34 pag. 1, *Michaëlis Pſelli Synopſis Legum, verſibus politicis compoſita juſſu Imp. Michaëlis Ducæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὑπερτίμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ Σύνοψις ἐπίτομος τῶν νομικῶν κεφαλαίων, γεγονυῖα ἐξ ἐπιτάγματος τοῦ ἁγίου Βασιλέως, κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Δούκα.

Πολὺ καὶ δυσθεώρητον τὸ μάθημα τοῦ νόμου,
Ἐν πλάτει δυσπερίληπτον, ἀσαφὲς ἐν συνόψει,
Ἐν λόγῳ δυσερμήνευτον, ἀλλ' ὅμως ἀναγκαῖον·
Καὶ δεῖ τὸν Αὐτοκράτορα τοῦτο μᾶλλον φροντίζειν.
Δικαίως γὰρ τὸ δίκαιον ἐν δίκαις φυλακτέον.
Ὅθεν ἐγώ σοι &c.

Meminit hujus Opuſculi Illuſtriſſimus Epiſcopus Vaſionenſis *Joſephus Maria Suareſius* in Notitiâ Baſilicorum his verbis: *Eodem ferè tempore, nempe circa annum Chriſti 1071 vel 1077, quo Michaël Attaliota ſuum ſcripſit Prochirum Juris, Michaël etiam Pſellus verſibus politicis Legum Synopſin contexuit. Habetur illa in Bibliothecis, Vaticanâ Codice 845, Palatinâ Codice 316, & Conſtantinopolitanâ. In Laurentianâ Florentinarum nobiliſſimâ ſe vidiſſe teſtatur Antonius Auguſtinus, qui eam non magni facit Lib. 4 Emendationum cap. 3.* Hucuſque *Suareſius.*

Secundò, & quidem à fol 35 pag. 1 uſque ad fol. 37 pag. 1, *Gloſſæ Juridicæ*, ſive, *Vocabula Juris Latina cum Interpretatione Græcâ*; quorum titulus & principium: Ἄκτως, ὁ εἰσάγων. Ἀντικίνσως, ἀντιγραφεύς. &c. Vide ſuprà pag. 32.

Tertiò, & quidem à fol. 38 pag. 1 uſque ad fol. 71 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Libellus Synodicus, omnes Synodos, tàm orthodoxas, quàm hæreticas, brevi compendio continens, inde à temporibus Sanctorum Apoſtolorum uſque ad* (1) *Orthodoxiam ſive reſtitutionem ſacrarum Imaginum ſub Imp. Michaële & matre ipſius Theodorâ, atque S. Methodio Patriarchâ Conſtantinopolitano.* Ipſa tituli græci verba cum principio Narrationis ſunt hæc: Συνοδικὸν ἐν ἐπιτομῇ, τὰς ἀπὸ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων γεγονυίας ὀρθοδόξους καὶ αἱρετικὰς μέχρι συνόδους ἕως τῆς ὀρθοδοξίας. Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἱερο-

(1) *Vide R. P. Jacobi Gretſeri S. I. Obſervationes in Georgij Codini Librum de Officijs Aulæ Imperatoriæ & Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ; lib. 3 cap. 10, pag. 250, 251 & 252 editionis Pariſinæ in Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ.*

Ἱεροσολύμοις ὑπὸ τῶν θεοδιδάκτων Ἀποστόλων, &c. Exſtat quidem hoc *Synodicon* græcè & latinè in *Gulielmi Voelli* & *Henrici Juſtelli* Tomo ſecundo Bibliothecæ Juris Canonici Veteris à pag. 1166 uſque ad pag. 1214; ſed diſcrepat illa editio impreſſa valdè ab hoc manuſcripto exemplari *Cæſareo*, ejuſque beneficio plurimis locis inſigniter poteſt ſuppleri.

Quartò, & quidem à fol. 71 pag. 2 uſque ad fol. 78 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Hiſtoria Concilij Chalcedonenſis Oecumenici ſive Generalis quarti, A.C. 451 celebrati*; cujus titulus & principium: Ὑπόθεσις τῆς ἐν Χαλκηδόνι Συνόδου. Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ νέου ἦν τις κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν Ἀρχιμανδρίτης, ὀνομαζόμενος μὲν Εὐτυχής, &c.

Quintò, & quidem fol. 79 pag. 2 & fol. 80 pag. 1, *Officiorum Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Deſcriptio*, cujus titulus & principium: Τὰ Ὀφφίκια τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ αἱ ἐνέργειαι αὐτῶν. Ὁ μέγας Οἰκονόμος κρατεῖ τῶν κτημάτων τῆς Ἐκκλησίας· ὁ μέγας Σακελλάριος, τὰ γυναικεῖα μοναστήρια &c. Vide etiam ſuprà pag. 32 & 45.

Sextò, & quidem à fol. 81 pag. 2 uſque ad fol. 91 pag. 1, anonymi cujuſdam Autoris *Diagramma Graduum cognationis cum ſubjuncto Libello de diſtinctione Nuptiarum legitimarum & prohibitarum*, cujus titulus & principium: Ἀκριβὴς διαίρεσις τῶν ἐννόμων γάμων καὶ κεκωλυμένων. Ὁ Ῥαδηνὸς ἐγήμησε τὸν Μιχαὴλ καὶ τὴν Ἄνναν. κωλύεται ὁ γάμος ἕτος δεύτερον τῷ σώζεσι βαθμὸν πρὸς ἀλλήλας &c.

Septimò, & quidem à fol. 91 pag. 2 uſque ad fol. 95 pag. 1, *ex Siſinnij Patriarchæ Conſtantinopolitani Tomo ſive Deciſione Synodali, ne duo fratres accipiant uxores duas conſobrinas, fragmentum*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου, κυροῦ Σισινίου ἐκ τοῦ συνοδικοῦ τόμου. Ἀπηγόρευται δύο ἀδελφοὺς δύο ἐξαδέλφας λαμβάνειν, &c. Integer ille *Tomus*, anno Mundi 6505 ſive anno Chriſti 997, d. 21 Februarij, Indictione 10, promulgatus, exſtat integer græcè & latinè in *Marquardi Freberi* Jure Græco-Romano, Tom. I à pag. 197 uſque ad pag. 203. Aliud inde deſumptum *fragmentum* exſtat in eodem hoc Codice MSto fol. 97, pag. 2.

Octavò, & quidem à fol. 95 pag. 1 uſque ad fol. 99 pag. 1, *Michaëlis Nomophylacis*, cognomine *Chumni*, qui deinde fuit *Metropolita Theſſalonicenſis*, *Syngramma de Gradibus cognationis*, cujus titulus & prin-

principium: Περὶ τῶν βαθμῶν τῆς συγγενείας σύγγραμμα Μιχαὴλ νομοφύλακος τοῦ Χούμνου, τοῦ γεγονότος Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης. Ἡ συγγένεια ὄνομά ἐστι κοινὸν καὶ καθολικόν. &c. Exſtat quidem hoc Syngramma græcè & latinè in ſuprà citati *Juris Græco-Romani* Tomo primo à pag. 519 & 520; ſed in Codice hoc MSto *Cæſareo* adjuncta illi eſt in fine *Appendix* quædam, *de Nuptijs prohibitis*, cujus principium ſine ullâ peculiari Inſcriptione eſt hoc: Τρεῖς τάξεις εἰσὶ τῶν κεκωλυμένων πρὸς γάμους κοινωνίας. μία μὲν καὶ πρώτη, ἡ ἐκ τοῦ σωτηριώδους καὶ ἁγίου Βαπτίσματος· &c.

Nonò, & quidem à fol. 100 pag. 1 uſque ad fol. 105 pag. 2, *Theodori Balſamonis, Patriarchæ Antiocheni, Reſponſum de diſceptatâ in Synodo quæſtione, an unus & idem duabus ſobrinis jungi debeat.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Reſponſi* ſunt hæc: Διάγνωσις τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀντιοχείας χάριν τοῦ κληθέντος συνοδικῶς ζητήματος περὶ τοῦ, εἰ χρὴ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δυσὶ δισεξαδέλφαις συνάπτεσθαι. Οἱ τῶν Ἀθηναίων ἱεροφάνται &c. Vide ſuprà citati *Juris Græco-Romani* Tomum primum à pag. 463 uſque ad pag. 470, ubi quidem illud *Reſponſum* græcè & latinè exſtat, ſed beneficio hujus Codicis manuſcripti poteſt emendari ac ſuppleri. Exempli gratiâ paginâ 465 circa finem lacuna hæc - - - - ψιν συναγάγῃ, & in verſione latina, - - - - - - - - - - *colliget*, ſupplenda eſt unicâ ſyllabâ hoc modo: μέμψιν συναγάγῃ &c.

Decimò, & quidem à fol. 106 pag. 1 uſque ad fol. 110 pag. 2, *S. Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani*, qui A.C. 828 d. 13 Martij obijt, *Chronographia compendiaria*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Χρονογραφικὸν ἐν συντόμῳ. Ἀδάμ, πρῶτος ἄνθρωπος, γενόμενος ἐτῶν σλ', γεννᾷ τὸν Σὴθ, καὶ &c. Adjuncta autem huic *Chronographiæ* eſt anonymi cujuſdam Autoris *Continuatio* uſque ad *Imp. Manuelem Comnenum*, qui A.C. 1180 d. 24 Septembris obijt. Plura de jam memoratâ *S. Nicephori Chronographiâ* vide Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 235 & 236.

Vndecimò, & quidem à fol. 111 pag. 1 uſque ad fol. 142 pag. 2, *Marci Patriarchæ Alexandrini Quæſtiones Canonicæ ſexaginta ſex cum Reſponſis Patriarchæ Antiocheni, Theodori Balſamonis*; quarum titulus & principium: Ἐρωτήσεις τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀλεξανδρεί-

δρεί-

δϱείας, κυϱίε Μάϱκε, καὶ ἀποκϱίσεις ἐπ' αὐταῖς τοῦ ἁγιωτάτου Πατϱιάϱχου Ἀντιοχείας κυϱίου Θεοδώϱου τοῦ Βαλσαμών. Ὁ μὲν θεοπάτωϱ καὶ Πϱοφήτης Δαβὶδ, &c. Prima autem *Quæstio* sive *Interrogatio* est hæc: Αἱ πεϱὶ τὰ μέϱη τῆς Ἀλεξανδϱείας καὶ τῶν Ἱεϱοσολύμων ἀναγινωσκόμεναι λειτουϱγίαι &c. In fine demùm totius Opusculi exstat hæc subscriptio: Ἐνταῦθα πέϱας ἡ βίβλος εἴληφε τῶν ξς' ἐϱωτήσεων τε καὶ ἀποκϱίσεων. Exstat quidē hic Liber græcè & latinè in *Marquardi Freheri* Tomo primo Juris Græco-Romani à pag. 362 usque ad pag. 394; verùm ibi statim in principio pro θεοπάτωϱ legitur θεόπτης, nec *sexaginta sex* numerantur Quæstiones atque Interrogationes, sed tantùm *sexaginta quatuor*. Finis tamen Libri idem est, atque constat his verbis, κατὰ τὸν εἰπόντα, συσφίγγεται.

Duodecimò, & quidem à fol. 143 pag. 1 usque ad fol. 190 pag. 1, *S. Gregorij Episcopi Nysseni Homiliæ quinque in Orationem Dominicam*, quarum *prima* inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἁγίου Γϱηγοϱίου Ἐπισκόπου Νύσσης εἰς τὸ Πάτεϱ ἡμῶν λόγος α'. Εὐχῆς ἡμῖν διδασκαλίαν &c. Vide Librum quartum horum Commentariorum pag. 25.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 191 pag. 1 usque ad fol. 263 pag. 2, ejusdem *S. Gregorij Episcopi Nysseni Homiliæ octo in totidem Beatitudines Evangelicas apud S. Matthæum cap. 5*, quarum *prima* inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἁγίου Γϱηγοϱίου Ἐπισκόπου Νύσσης εἰς τὸ, Μακάϱιοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, &c. Τίς ἄϱα τοιοῦτος ἐν τοῖς συνειλεγμένοις &c. Vide etiam Librum quartum horum Commentariorum pag. 29.

Decimo quartò, & quidem à fol. 264 pag. 1 usq; ad fol. 316 pag. 1, ejusdem *S. Gregorij Episcopi Nysseni Expositio compendiaria in Psalmos & eorundem Inscriptiones, cum subjunctâ Appendice de Diapsalmate*. Ipsa tituli græci verba cum principio Opusculi sunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατϱὸς ἡμῶν Γϱηγοϱίου Νύσσης Ἐξήγησις εἰς τὰς ἐπιγϱαφὰς τῶν Ψαλμῶν καὶ εἰς τὰ κείμενα ἐν ἐπιτομῇ. Πεϱὶ τοῦ σκοποῦ τοῦ βιβλίου παντὸς τῶν Ψαλμῶν. Ἐδεξάμην σου τὸ ἐπίταγμα &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 317 pag. 1 usque ad fol. 347 pag. 2, *Alexandri Monachi Oratio historica de Inventione S. Crucis*, cujus titulus & principium: Ἀλεξάνδϱου μοναχοῦ λόγος ἱστοϱικὸς πεϱὶ τῆς εὑϱέσεως τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυϱοῦ πϱός τινας ὁσίους πατέϱας, πϱοτϱα-

Constantinus Harmenopulus floruit circa annum Christi 1345.
Matthæus Metropolita Ephesi A. C. 1346.
Athanasius Metropolita Cyzici A. C. 1346.
Laurentius Metropolita universæ Alaniæ & Soteriopoleos A.C. 1346.
Macarius Metropolita Christopoleos A. C. 1346.
Chariton Metropolita Apri A. 1346.
Josephus Metropolita Gani A. C. 1346.
Hierotheus Metropolita Lopadij A. C. 1346.
Synodus Constantinopolitana A. 1347.
Imp. *Joannes Cantacuzenus* ab A. C. 1345 usq; ad annum 1355.
Philotheus, Patriarcha CPnus ab A. C. 1362 usq; ad A. 1375.

AVTORES INCERTÆ ÆTATIS.

Anonymi num. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20.
Athanasius Scholasticus sive *Advocatus Emesenus*.
Datianebes.
Eustathius Antecessor.
Gregorius Archiepiscopus Primæ Justinianæ & totius Bulgariæ.
Joannes Cubidius Antecessor.
Joannes Monachus.
Rufus, autor Legum militarium.
Stephanus Antecessor.
Theodorus Hermopolita.

INDEX SECVNDVS,

EXHIBENS ALPHABETICAM SERIEM ILLORVM AVTORVM, QVORVM OPERA, NEC AD JVS CIVILE, NEC AD JVS CANONICVM PERTINENTIA, SVPRA ENVMERATIS OCTODECIM CODICIBVS MANVSCRIPTIS JVRIDICIS GRÆCIS INCONVENIENTER INSERTA SVNT.

A.

AGAPETI, *Diaconi Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Liber ad Imp. Justinianum Magnum de Imperio benè administrando cum anonymi cujusdã Autoris Commentario græco, singulis Capitibus paræneticis particulatim subjuncto*, exstat in Codice VIImo, num. 13.

ALEXAN-

ALEXANDRI *Monachi Oratio historica de Inventione S. Crucis* exstat in Codice XIIItio, num 15.

Ex S. AMPHILOCHII, *Episcopi Iconiensis*, qui circa annum Christi 393 obijt, *Jambis ad Seleucum de Sacra Scriptura Libris fragmentum* exstat in Codice XVIIIvo, num. 4.

ANASTASII, *Cæsareæ in Palæstinâ Episcopi, Responsum epistolare de Jejunio Festi Assumptionis Beatissimæ Virginis Deiparæ legitimè celebrando* exstat in Codice XVIIIvo, num. 18.

1. ANONYMI cujusdam Autoris *Epitome Sacræ Scripturæ Veteris & Novi Testamenti, in ducentos sexaginta tres Aphorismos sive paragraphos divisa*, exstat in Codice XVIImo, num. 5.

2. ANONYMI cujusdam Autoris *Homilia in Passionem Christi* exstat in Codice XIVto, num. 6.

3. ANONYMI cujusdam *Chartophylacis Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Epistola de varijs Quæstionibus Ecclesiasticis, monasticis & secularibus ad Theodosium Monachum, Corinthi inclusum*, exstat in Codice XVIIIvo, num. 15.

4. ANONYMI cujusdam Autoris *Interrogationes & Responsiones quædam sacræ de varijs ritibus Ecclesiasticis* exstant in Codice XVIIIvo, num. 14.

5. ANONYMI cujusdam Autoris Annotatio quædam *de Jejunio festi Assumptionis Beatissimæ Virginis Deiparæ* exstat in Codice XVIIIvo, num. 6.

6. ANONYMI cujusdam Autoris Narrationes quædam *de Catechumenis* exstant in Codice XVIIIvo, num, 13.

7. ANONYMI cujusdam Autoris fragmentum *de Incruento Sacrificio Missæ, quòd illud ab uno eodem Sacerdote non nisi semel uno eodem die celebrandum sit*, exstat in Codice XVIIIvo, num. 11.

8. ANONYMI cujusdam Autoris Annotamentum Theologicum *de Confessione sacrâ* exstat in Codice XImo, num. 15.

9. ANONYMI cujusdam Autoris *Observatio Medica de generatione hominis* exstat in Codice Imo, num. 9.

10. ANONYMI cujusdam Autoris *Methodus Geometriæ* exstat in Codice XVIIIvo, num. 10.

11. ANONYMI cujusdam Autoris Observatio *de Mensurâ Geometricâ* exstat in Codice IIItio, num. 26.

12. ANONYMI cujusdam Autoris Excerpta quædam *de varijs Mensuris & metiendi modis* exstant in Codice Imo. num. 12.

13. ANONYMI cujusdam Autoris *Methodus sciendi, quot*

horas quâlibet noctè Luna luceat, exstat in Codice IIItio, num. 27.

14. ANONYMI cujusdam Autoris *Dissertatio Geographica de Istro sive Danubio & de Nilo, eorúmq; origine & cursu*, exstat in Codice Imo, num. 10.

15. ANONYMI cujusdam Autoris *Chronologia compendiaria à creatione Mundi usq; ad Imp. Joannem Comnenum*, qui A. C. 1118 cœpit imperare & A. 1143 obijt, exstat in Codice XImo; num. 11.

16. ANONYMI cujusdam Autoris Excerptum historicum *de origine Indictionis, ab Imp. Augusto derivatâ*, exstat in Codice Imo, num. 11.

17. ANONYMI cujusdam Autoris Observatio Chronologica *de Bisexto* exstat in Codice Imo, num. 8.

18. ANONYMI cujusdam Autoris Annotamentum historicum *de Melchisedech* exstat in Codice XImo, num. 17.

19. ANONYMI cujusdam Autoris *Libellus Synodicus, omnes Synodos tàm orthodoxas, quàm hæreticas, brevi compendio continens; inde à temporibus Sanctorum Apostolorum usq; ad restitutionem sacrarum Imaginum sub Imp. Michaele & matre ipsius Theodorâ, atque S. Methodio Patriarchâ Constantinopolitano*; exstat in Codice XIIItio, num. 3.

20. ANONYMI cujusdam Autoris *Historia Concilij Chalcedonensis Oecumenici sive Generalis quarti*, A.C. 451 celebrati, exstat in Codice XIIItio, num. 4.

21. ANONYMI cujusdam Autoris *Recensio eorum, qui ab hæreticis ordinati fuerunt Presbyteri vel Episcopi, collecta ex Historijs Ecclesiasticis*, exstat in Codice XIVto, num. 2.

22. ANONYMI cujusdam Autoris *Expositio sive Commemoratio concordiæ Ecclesiasticæ, factæ sub Imp. Constantino Porphrogenito & Romano Seniore, nondum Imperatore, sed tantùm adhuc Basileopatore*, exstat in Codice XVIto, num. 5.

23. ANONYMI cujusdam Autoris *Catalogus Officiorum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ* exstat in Codice VIImo, num. 10.

24. ANONYMI cujusdam Autoris *Catalogus Officiorum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ab alijs ejusdem generis Catalogis diversus*, exstat in Codice XIImo, num. 4.

25. ANONYMI cujusdam Autoris *Descriptio Officiorum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ* exstat in Codice XIIItio, num. 5.

26. ANONYMI cujusdam Autoris Annotamentum historicum græco-barbarum *de sumptu in ædificationem Magnæ Ecclesiæ Con-*

Constantinopolitanæ S. Sophiæ impenso, exstat in Codice XImo, num. 18.

27, ANONYMI cujusdam Autoris *fragmenta quædam Grammaticæ Græcæ* exstant in Codice XIVto, num. 5.

28. ANONYMI cujusdam Autoris *Exercitia varia, partim sacra, partim profana, quibus erotematicè declaratur usus Grammaticæ Linguæ Græcæ*, exstat in Codice VIImo, num. 11.

C.

CALLISTI *Epistola ad Manuelem cognomine Disypatum, Archiepiscopum Thessalonicensem, de exautoratione & exilio Josephi Galesiotæ, qui A.C. 1267 Patriarcha Constantinopolitanus electus est*, exstat in Codice XIVto, num. 3.

Imp: CONSTANTINI *Magni*, qui A.C. 306 cœpit imperare, & A. 337 obijt, *Donatio S. Silvestro I Papæ facta* exstat *secundùm editionem Constantini Harmenopuli* in Codice Xmo, num. 2; & in Codice XImo, num. 7.

CONSTANTINI *Harmenopuli, Nomophylacis & Judicis Thessalonicensis*, qui circa annum Christi 1345 floruit, *Expositio Fidei orthodoxæ* exstat in Codice Xmo, num. 5. Ejusdem *Liber de Sectis* exstat in eodem Codice, num. 6. Ejusdem *Catalogus Officiorum Aulæ Imperatoriæ Constantinopolitanæ* exstat in eodem Codice, num. 7, Ejusdem *Catalogus Officiorum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ* exstat in eodem Codice, num. 9. Ejusdem *Dissertatio de Jejunij quadragesimalis aliorúmq; nonnullorum solennium Jejuniorum origine ac ratione* exstat in Codice XImo, num. 4. Ejusdem *Liber de Fide orthodoxâ & de Hæresibus* exstat in Codice XImo, num. 6. Ejusdem *Catalogus Officiorum Aulæ Imperatoriæ Constantinopolitanæ* exstat in eodem Codice, num. 9. Ejusdem *Liber de Fide orthodoxâ & de Hæresibus* exstat in Codice XIImo, num. 3. Vide etiam literam C, ubi agitur de *Imp.* CONSTANTINO *Magno.*

S. CYRILLI, *Archiepiscopi Alexandrini*, qui A. C. 444 vel 445 obijt, *Homilia in Nativitatem Christi* exstat in Codice Xmo, num. 12. *Ex* ejusdem *Operibus fragmentum de tempore Sacræ Cœnæ Christi* exstat in Codice XImo, num. 16. *Ex* ejusdem *Epistolâ ad Domnum*, & *ex* ejusdem *Epistolâ ad Episcopos Libyæ & Pentapoleos*, fragmenta exstant in Codice XVIIIvo, num. 4.

D.

DANIELIS, *quarti ex quatuor Prophetis Majoribus*, qui seculo ante Christum *sexto* floruit atque obijt, *suppostitia Visio ultima*, *per Methodium Patarorum in Lyciâ Episcopum divulgata*, exstat in Codice XImo, num. 12.

Ex S. DIONYSII *Areopagitæ*, qui A. C. 50 à S. Paulo Athenis conversus est, *Operibus fragmenta quædam* exstant in Codice VIto, num. 16.

G.

Ex S. GREGORII *Nazianzeni*, *Archiepiscopi Constantinopolitani*, qui A. C. 389 obijt, *Carminibus de Libris Sacræ Scripturæ* fragmenta quædam exstant in Codice XVIIIvo, num. 4.

Ex S. GREGORII, *Nysseni in Cappadociâ Episcopi*, qui A. C. 395 vel 396 obijt, *Oratione in eos, qui ægrè ferunt reprehensionem*, *fragmentum de Excommunicatione* exstat in Codice VIto, num. 10. Ejusdem *Homiliæ quinque in Orationem Dominicam* exstant in Codice XIIItio, num. 12. Ejusdem *Homiliæ octo in totidem Beatitudines Evangelicas* exstant in eodem Codice, num. 13. Ejusdem *Expositio compendiaria in Psalmos & eorundem Inscriptiones* exstat in eodem Codice, num. 14. *Ex* ejusdem *Epistolâ ad Letoium* fragmentum exstat in Codice XVIIIvo, num. 4.

I.

IESV *filij Sirach*, qui seculo ante Christum tertio floruit, *Ecclesiasticus* sive *Sapientia* exstat in Codice XIVto, num. 4.

Ex S. IGNATII *Martyris, Episcopi Antiocheni*, qui A. C. 108 Romæ in Amphitheatro à bestijs discerptus est, *Epistolis* fragmenta quædam exstant in Codice VIto, num. 16.

Ex IGNATII, *Diaconi & Sceuophylacis*, *Historiâ Vitæ S. Tarasij Patriarchæ Constantinopolitani*, qui A. C. 784 electus est, & A. 806 obijt, fragmentum exstat in Codice XIVto, num. 2.

Ex S. JOANNIS *Chrysostomi, Patriarchæ CPni*, qui A. C. 407 obijt, *Operibus* fragmenta quædam exstant in Codice VIto, num. 16.

L.

Imp. LEONIS *Philosophi* seu *Sapientis*, qui A. C. 886 cœpit imperare & A. 911 obijt, *Ordo Thronorum Ecclesiasticorum, Patriarchæ*

triarchæ Conſtantinopolitano ſubjectorum, exſtat in Codice Xmo, num. 8, & in Codice XImo, num. 10. Ejuſdem *Oraculum de reſtitutione Conſtantinopoleos* exſtat in eodem Codice, num. 13.

LIBANII *Sophiſtæ*, qui ſeculo poſt Chriſtum quarto floruit, *Declamationes quinque* exſtant in Codice XIImo, num. 5.

M.

MATTHÆI *Monachi Catalogus Officiorum Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ verſibus politicis* exſtat in Codice XImo, num. 14.

MAXIMI *Monachi Quæſtiones ſacræ miſcellaneæ ad Nicephorum Chartophylacem Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ* exſtant in Codice XVIImo, num. 3.

METHODIVS, *Patarorum in Lyciâ Epiſcopus*; vide DANIEL *Propheta*.

MOSCHIONIS *Præcepta vitæ* exſtant in Codice Imo, num. 7.

N.

S. NICEPHORI *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, qui A. C. 828 d. 13. Martij obijt, *Chronographia compendiaria, cum anonymi cujuſdam Autoris Continuatione uſq; ad Imp. Manuelem Comnenum*, qui A. C. 1180 d. 24. Septembris obijt, exſtat in Codice XIIItio, num. 10.

NICEPHORVS, *Chartophylax Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*; vide MAXIMVS *Monachus*.

NICOLAI *Patriarchæ Conſtantinopolitani Carmen verſibus politicis de Jejunijs & Feſtis totius anni* exſtat in Codice XVIIIvo, num. 17.

Ex S. NICONIS, *Monachi Armenij*, cujus memoria in Martyrologio Romano celebratur die 26 Novembris, *Epiſtolâ* quâdam fragmenta nonnulla exſtant in Codice VIto, num. 16.

NOVI Teſtamenti fragmenta quædam de Paſſione Dominicâ, majuſculis literis exarata, exſtant in Codice XVto, num. 5.

P.

PHILOTHEI, *Patriarchæ Conſtantinopolitani* ab A. 1362 uſq; ad A. 1375, *Oratio encomiaſtica in S. Martyrem Demetrium* exſtat in Codice Xmo, num. 11. Ejuſdem *Philothei Teſtimonium de ætate Conſtantini Harmenopuli* exſtat in Codice XImo, num. 8.

S.

Ex SYMEONIS *Metaphrastæ*, qui ſeculo poſt Chriſtum *decimo* floruit, *Hiſtoriâ Vitæ S. Joannis Chryſoſtomi*, fragmentum exſtat in Codice XIVto, num. 2.

T.

THEODORI *Magiſtri Oratio encomiaſtica in S. Gregorium Nazianzenum* exſtat in Codice Xmo, num. 10.

THEODORI *Prodromi*, qui principio ſeculi poſt Chriſtum duodecimi ſub *Imp. Alexio Comneno* floruit, *Tetraſticha ſacra cum anonymi cujuſdam Autoris Commentario grammaticali* exſtant in Codice VIImo, num. 12.

EIVSDEM INDICIS SECVNDI

Repetitio ſuccincta ſecundùm *differentiam materiarum*, ſimul & *reſpectu temporis*, quo ſuprà memoratorum Operum manuſcriptorum Græcorum, *ad Jurisprudentiam non pertinentium*, Autores vel floruerunt vel obierunt.

Ex jam memoratis Autoribus reſpectu Operum, *ad Jurisprudentiam non pertinentium*, pertinent

AD CLASSEM THEOLOGICAM

DANIEL *Propheta*, qui ſeculo ante Chriſtum *ſexto* floruit;

JESVS *filius Sirach*, qui ſeculo ante Chriſtum *tertio* floruit;

S. DIONYSIVS *Areopagita*, qui A. C. 50. à *S. Paulo* Athenis converſus eſt;

S. IGNATIVS *Martyr*, Epiſcopus Antiochenus, qui A. C 108 Romæ in Amphitheatro à beſtijs diſcerptus eſt;

S. METHODIVS *Martyr*, Patarorum in Lyciâ Epiſcopus, qui A. C. 302 vel 303 ſub *Impp. Diocletiano* & *Maximiano* paſſus eſt;

S. GREGORIVS *Nazianzenus*, Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, qui A. C. 389 obijt;

S. AMPHILOCHIVS, Epiſcopus Iconienſis, qui circa annum Chriſti 393 obijt;

S. GREGORIVS, *Nyſſenus* in Cappadociâ Epiſcopus, qui A. C. 395 vel 396 obijt;

S. JOANNES *Chryſoſtomus*, Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui A. C. 407 obijt;

S. CYRILLVS, Archiepiſcopus Alexandrinus, qui A. C. 444 vel 445 obijt;

THEO-

THEODORVS *Prodromus*, qui principio ſeculi poſt Chriſtum *duodecimi* ſub *Imp. Alexio Comneno* floruit;

CONSTANTINVS *Harmenopolus*, Nomophylax & Judex Theſſalonicenſis, qui circa annum Chriſti 1345 floruit;

ANASTASIVS, Cæſareæ in Palæſtinâ Epiſcopus, ætatis incertæ;

ANONYMI incertæ ætatis Autores num. 1, 2, 3, 4, 5, 7, 8;

MAXIMVS *Monachus* ætatis incertæ;

NICEPHORVS, Chartophylax Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.

NICOLAVS Patriarcha Conſtantinopolitanus;

S. NICON, Monachus Armenius.

AD CLASSEM MEDICAM

ANONYMVS incertæ ætatis Autor num. 9.

AD CLASSEM PHILOSOPHICAM *propriè dictam.*

AGAPETVS, Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diaconus, qui floruit ſeculo poſt Chriſtum *ſexto* ſub *Imp. Juſtiniano Magno*;

ANONYMI incertæ ætatis Autores num. 10, 11, 12, 13;

MOSCHION ætatis incertæ.

AD CLASSEM HISTORICAM

Imp. CONSTANTINVS *Magnus* qui A. C. 306. cœpit imperare, & A. 337 obiit.

IGNATIVS, Diaconus & Sceuophylax Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, qui circa finem ſeculi poſt Chriſtum *octavi* & principio *noni* ſub *Irene* & *Nicephoro Logotbetâ* floruit;

S. NICEPHORVS, Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui A. C. 828 obiit;

Imp. LEO *Philoſophus* ſeu *Sapiens*, qui A. C. 886 cœpit imperare, & A. 911 obiit;

SYMEON *Metaphraſtes*, qui ſeculo poſt Chriſtum *decimo* floruit;

CALLISTVS, qui vixit circa annum Chriſti 1267;

CONSTANTINVS *Harmenopulus*, Nomophylax & Judex Theſſalonicenſis, qui circa annum Chriſti 1345 floruit;

PHILOTHEVS, Patriarcha Conſtantinopolitanus ab A. C. 1362 uſque ad A. 1375;

ALEXANDER *Monachus* ætatis incertæ;

ANONYMI incertæ ætatis Autores num. 6, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26;

MATTHÆVS *Monachus* ætatis incertæ;

THEODORVS *Magiſter* ætatis incertæ.

AD CLASSEM PHILOLOGICAM.

LIBANIVS *Sophiſta*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quarto* floruit;

ANONYMI incertæ ætatis Autores num. 27, 28,

INDEX

INDEX TERTIUS
RERUM OBSERVATU DIGNARUM, QUÆ RECENSIONI SUPRA ENUMERATORUM OCTODECIM CODICUM MANUSCRIPTORUM JURIDICORUM GRÆCORUM SPARSIM INSERTÆ, AUT MARGINATIM ANNOTATÆ SUNT.

A.

Abrahami Ortelij Thesaurus Geographicus illustratur p. 29.
Achridos, Prima Justiniana, p. 22,
Acyndinus; vide *Gregorius*.
Adoptio p. 26.
Alexiados Annæ Comnenæ editio Parisina græco-latina emendatur & illustratur p. 52.
Aloysius Deurostinus Patrensis p. 23.
Anna, Imp. Andronici Palæologi Junioris vidua, p. 27, 28, 29.
Antonius Augustinus corrigitur p. 11.
Assumptio Beatissimæ Virginis Deiparæ p. 58, 60.
Augerij Busbeckij Codices manuscripti Juridici Græci, de quibus Parte primâ Libri sexti horum Commentariorum agitur, sunt Imus, IIdus, IIItius, VItus, VIImus, Xmus, XImus, XIImus, XIIItius, XVtus, XVIImus.
Augustinus; vide *Antonius*.

B.

Barlaam Calaber p. 27, 30.
Basilicorum Juris Romani compositio, emendatio, & redactio in Synopsin seu Epitomen alphabeticam; p. 1, 2, 3, 10, 18, 23, 24, 59.
Basilica repetitæ prælectionis p. 1.
Bibliotheca Juris Canonici veteris, à Gulielmo Voëllo & Henrico Justello edita, illustratur & suppletur p. 47, 55, 56, 58.
Bisextus p. 9.
Bonesidius; vide *Enimundus*.
Busbeckius; vide *Augerius*.

C.

Alecas; vide *Joannes*.
Catechumeni p. 59.
Christi Passio p. 51, 54.
Cœna sacra Christi p. 44.
Confessio sacra p. 44.
De *Constantinopoleos* restitutione Oraculum p. 41, 42.
Constantinopolitana Magna Ecclesia S. Sophiæ p. 32, 36, 43, 44, 45, 47.
Constantinopolitano Patriarchæ subjecti Throni Ecclesiastici p. 36, 40.
Constantinopolitana Aula Imperatoria p. 36, 40, 43.
Constantini Harmenopuli ætas p. 39, 40.
Constantinus Anagnostes, qui manu suâ scripsit Codicem XVIImum A. C. 1191, p. 56, 57.
S. *Crucis* Inventio p. 49.
Cujacius; vide *Jacobus*.

D.

Danubius; vide *Ister*.
Danubij ortus in Paradiso p. 9, 10.
Deurostinus; vide *Aloysius*.
Digami p. 60.
Donatio Imp. Constantini Magni p. 35, 39.

E.

ENimundi Bonefidij Jus Orientale emendatur & illustratur p. 21.
Excommunicatio p. 26.
Ἑξηκοντάβιβλος, Sexaginta Libri Basilicorum Juris, p. 1.

F.

FReherus; vide *Marquardus.*

G.

GEbon, fluvius Paradisi, Nilus, p. 9, 10.
Generatio hominis p. 9.
Georgica sive Colonariæ Leges p. 14, 19, 31, 37, 45.
Georgius Tannerus, Jurisconsultus Austriacus, p. 23.
Glossæ Juridicæ p. 15, 25, 32, 46.
Gothofredus; vide *Jacobus.*
Graduum cognationis Diagramma & Syngramma p. 47.
Gregorius Acyndinus p. 27, 30.

H.

HArmenopulus; vide *Constantinus.*
Hesychastæ Monachi p. 30.

I.

JAcobi Cujacij Tolosani elogium p. 3.
Jacobi Gothofredi Manuale Juris corrigitur pag. 23, 39.
Jejunium Festi Assumptionis Beatissimæ Virginis Deiparæ p. 58, 60.
Jejunium quadragesimale p. 37.
Indictionis origo, ab Imp. Augusto derivata, p. 10.
Joannes Caleca, Patriarcha Constantinopolitanus, p. 27, 28, 29, 30.
Joannis Leunclavij editio Synopseos Basilicorum interpolata p. 3, 4, 5, 6, 7. Ejusdem Epigramma ad Imp. Maximilianum II p. 4. Ejusdem editio Annalium Constantini Manassis suppletur pag. 41, 42.
Joannis Meursij Glossarium græcobarbarum illustratur & suppletur p. 21.
Joannis Sambuci Codices manuscripti Juridici Græci, de quibus Parte primâ Libri sexti horum Commentariorum agitur, sunt IVtus, Vtus, VIIIvus, XIVtus, XVItus.
Josephus Galesiota, Patriarcha Constantinopolitanus, p. 50.
Josephi Mariæ Suaresij Notitia Basilicorum illustratur & suppletur p. 4, 16, 18, 19, 24, 39, 46.
Istri sive Danubij origo, cursus, & nomen in Sacrâ Scripturâ, p. 9, 10.
Jus Græco-Romanum; vide Marquardus Freherus.
Jusjurandum tempore Imp. Justiniani Magni à Magistratibus præstari solitum p. 26.
Imp. *Justiniani* Magni nimia erga uxorem Theodoram indulgentia p. 26.

L.

LEunclavius; vide *Joannes.*
Liutprandi Historia Legationis suæ ad Imp. Nicephorum Phocam illustratur p. 41.

M.

MAnuclavitæ, Janitores Aulæ Imperatoriæ Constantinopolitanæ, p. 22.
Manuel, Archiepiscopus Thessalonicensis, cognomine Disypatus, p. 50.
Marquardi Freheri Jus Græco-Romanum illustratur, emendatur & suppletur p. 5, 6, 7, 8, 12, 13, 18, 19, 20, 33, 38, 39, 48, 49, 53, 55.
Melchisedech p. 44.
Mensuræ variæ, varijq; metiendi modi, p. 10, 22.
Meursius; vide *Joannes.*
Michaelis Attaliotæ Synopsis Synopseos Basilicorum Juris illustratur p. 14.
Militares Leges p. 13, 14, 20.
Missæ Sacrificium incruentum p. 59.

N.

NAucratius p. 60.
Nicolaus Curopalata & Magnus Drungarius Vigiliæ p. 19.
Nili origo, cursus, & nomen in Sacrâ Scripturâ p. 9, 10.
Nomocanon p. 51, 52.
Novellæ Constitutiones variorum Imperatorum p. 5, 6, 7, 11, 13, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 31, 55.

O.

ORtelius; vide *Abrahamus*.

P.

ΠΑρεκτομαί, Indicationes locorum similium, vulgò Remissiones, p. 3.
Paratitlorum Juris priscus usus p. 25.
Phison, fluvius Paradisi, Danubius, p. 9, 10.
Politica, mulier, per Urbem suo corpore quæstum faciens, p. 44.
Politici versus p. 43.

R.

RHodiorum Eunomia & cura rerum navalium p. 11, 12, 13, 31.

S.

SAbbatius Protospatharius p. 1. Vide etiam *Symbatius*.
Sambucus; vide *Joannes*.
Sanctorum Sanctarumq. Vitæ & Encomia: nempe.
S. *Demetrij* Martyris p. 36, 37.
S. *Gregorij* Nazianzeni p. 36.
S. *Joannis* Chrysostomi p. 50.
S. *Tarasij* Patriarchæ Constantinopolitani p. 50.
Suallembergus; vide *Theodoricus*.
Suaresius; vide *Josephus*.
Symbatius, *Sabbatius*, p. 18.

T.

TActica p. 13, 20, 31.
Tannerus; vide *Georgius*.
Temporalia intervalla p. 6, 17, 25.
Testamenti formula vetusta græca S. Gregorij Nazianzeni illustratur & emendatur p. 8.
Theodora, Imp. Justiniani I sive Magni uxor, p. 26.
Theodoricus Adamæus Sualembergus p. 16, 39.
Theodosius, Episcopus Pelagoniæ & Prillapi, p. 22.
Theodosius, Monachus Corinthi inclusus, p. 59.
Τζιμιλάειοι p. 21.

V.

VErsus politici p. 43.

INDICIS TERTII PARTIS PRIMÆ LIBRI SEXTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

FINIS.

COL-

COLLATIO NOVI ET ANTIQVI NVMERI CODICVM MANVSCRIPTORVM JVRIDICORVM GRÆCORVM OCTODECIM, DE QVIBVS PARTE PRIMA SEXTI HVJVS COMMENTARIORVM LIBRI SECVNDVM PRÆSENTEM COLLOCATIONIS EORVM ORDINEM SINGVLATIM ACTVM EST.

Numerus *novus*:	Numerus *antiquus*:	Numerus *novus*:	Numerus *antiquus*:
1	1.	10	6.
2	4.	11	8.
3	3.	12	5.
4	sine numero.	13	Theolog. 313.
5	sine numero.	14	Theolog. 320.
6	2.	15	Theolog. 288.
7	7.	16	sine numero.
8	10.	17	Theolog. 169.
9	9.	18	Theolog. 133.

Ex jam enumeratis

Codicibus manuscriptis Juridicis Græcis

sunt

Membranacei tres:

nempe secundùm Numerum *novum* 1^mus^, 8, 17;

Chartacei autem *quindecim*:

nempe secundùm Numerum *novum* 2^dus^, 3, 4, 5, 6, 7, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 18.

ANTISTHENES ATHENIENSIS
APVD DIOGENEM LAERTIVM LIBRO SEXTO
DE VITIS, DOGMATIBVS ET APOPHTHEGMATIBVS ILLVSTRIVM VETERVM
PHILOSOPHVM:

ΒΑΣΙΛΙΚΟ'Ν,

ΚΑΛΩ'Σ ΠΟΙΟΥ'ΝΤΑ, ΚΑΚΩ'Σ ΑΚΟΥ'ΕΙΝ.

HOC EST:

REGIVM EST,

BENE FACERE ET MALE AVDIRE.

IMP. JVSTINIANVS

L. TANTA CIRCA NOS. II. §. SI QVID AVTEM. XIV. C. DE VET. JVR. ENVCL.

OMNIVM HABERE MEMORIAM,

ET

PENITVS IN NVLLO PECCARE
DIVINITATIS MAGIS,
QVA'M
MORTALITATIS EST.

PETRI LAMBECII HAMBVRGENSIS LIBRI SEXTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI PARS SECVNDA,

quâ continetur

Catalogus Manuſcriptorum Codicum *Medicorum Græcorum* ſecundùm præſentem collocationis eorum ſeriem & novum ordinem numerorum, quibus ijdem nunc notati ſunt.

I.

PRimus (1) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, principio & fine mutilus, conſtátq; nunc folijs *quadringentis octodecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolita propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 46 pag. 1, *Hippocratis Liber* περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, ſive, *de Internis Affectionibus*, ſed principio mutilus. Incipit is in editionibus impreſſis hoc modo: (2) Ἢν ἡ τοῦ πλεύμονος ἀρτηρίη &c.

Secundò, & quidem à fol. 46 pag. 1 uſq; ad fol. 72 pag. 1, *Hippocratis Liber* περὶ παθῶν, ſive, *de Affectionibus*, cujus principium: (3) Ἄνδρα χρὴ ὅστις ἐστὶ συνετὸς, &c.

(1) *Fuit is etiam olim inter Codices MStos Medicos Græcos* primus.

(2) *Vide Operum* Hippocratis *editionem græco latinam Genevensem A. 1657 in folio, pag. 531.* (3) *Vide ſuprà citatam Operum* Hippocratis *editionem pag. 516.*

Tertiò,

image
not
available

Ἱπποκράτους ἀφορισμῶν βιβλίον δεύτερον. *Expositio* autem *primi Aphorismi* incipit, ut in suprà memoratis editionibus impressis: (1) Ὅτι μὲν αὐτὸς ὁ πόνος τὴν βλάβην σημαίνει νῦν, ἔνδηλον ἐκ τῆς ἀντιθέσεως &c. Cæterùm quod *Liber Aphorismorum* sit genuinus ipsius *Hippocratis* fœtus, affirmatur ac demonstratur in suprà memoratâ *Galeni Præfatione* his verbis: Ὅτι δὲ γνήσιον Ἱπποκράτους τὸ σύγγραμμα, ἐμαρτύρησε Ῥοῦφος τε καὶ Σαβῖνος, καὶ Σωρανὸς καὶ Πέλοψ (2) ἐστὶ γνήσιον ὥς τε γνώμονι τούτῳ κεχρημένοι ἐξηγηνται· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ εἶδος τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ἡ ἀγχίνοια τῶν λεγομένων, καὶ τὸ ἡδὺ τῆς φράσεως τῆς Ἱπποκράτους μεγαλονοίας ἀποδείκνυσι τὸ σύγγραμμα.

Secundò, & quidem fol. 223 pag. 1 & 2, *anonymi* cujusdam Autoris *Quæstio Medica* cum subjunctâ *Expositione*: Τί δήποτε τῆς σελήνης μειουμένης τὰ φάρμακα περιστρέφεσθαι ἐπιτέτακται. Ἑρμηνεία. Ὅτι κατ' ἐκείνην συνδιαπιθεμένων τῶν σωμάτων καὶ συνελαττομένων &c.

Tertiò, & quidem à fol. 223 pag. 2 usq; ad fol. 225 pag. 1, *anonymi cujusdam Grammatici Explicationes quorundam vocabulorum & Observationes syntacticæ*; quarum titulus & principium: Λέξεις μεθερμηνευμέναι διάφοραι καὶ ἀναγκαιόταται. Ἐφηλία, ἡ ἐξ ἡλίου καῦσις· Ἐχθροπάθεια, &c.

Quartò, & quidem à fol. 225 pag. 1 usq; ad fol. 228 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Excerpta* quædam *Medica de victûs ratione*, quorum principium: Περὶ ῥοδακίνων. Ὁ μέλλων ἐσθίειν ῥοδάκινα, ὀφείλει &c.

Sextò, & quidem à fol. 229 pag. 1 usq; ad fol. 230 pag. 2, *Galeni Commentarius in Hippocratis Librum* περὶ διαίτης ὑγιεινῆς, sive, *de salubri victûs ratione*; cujus titulus & principium: Γαληνοῦ εἰς τὸ περὶ διαίτης ὑγιεινῆς Ἱπποκράτους. (3) Ἐν τούτο ἐστὶ βιβλίον, ἰδίαν ἐπαγγελίαν ἔχον, &c.

Septimò, & quidem à fol. 231 pag. 1 usq; ad fol. 236 pag. 2, *anonymi* cujusdam Autoris Excerpta miscellanea *de Creatione Mundi*, quorum principium: Ἀπὸ ποίου πρώτου στοιχείου ἤρξατο τὸν κόσμον ποιεῖν ὁ Θεός; Μωυσῆς μὲν ὁ θεόπτης &c.

III.

Tertius, (4) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque nunc folijs *trecentis quatuor*,

(1) *Vide jam citatam Operum Galeni editionẽ Tom. V pag. 256.*

(2) *Hìc in Manuscripto est spatium vacuum, ac si aliquid deesset.*

(3) *Vide suprà citatam Operum Galeni editionem Græcã Basileensem Tom. V pag. 29.*

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos no*nus.

tuor, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 126 pag. 2, *Stephani Athenienſis* Ἐξήγησις ſive *Expoſitio Aphoriſmorum Hippocratis*, ſingulis *Aphoriſmis* ſubjuncta, ſed principio mutila uſq; ad *Aphoriſmum ſecundum*: Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης &c; cujus *Expoſitio* incipit his verbis: Περὶ κενώσεως φυσικῆς καὶ τεχνικῆς διαλαβεῖν προθέμενος, ἠναγκάσθη ὑπὸ τῆς ἀκολουθίας &c. In fine autem hujus *Commentarij* exſtat hæc ſubſcriptio: Τέλος τῆς τῶν Ἀφορισμῶν Ἱπποκράτους ἐξηγήσεως Στεφάνου.

Secundò, & quidem à fol. 127 pag. 1 uſq; ad fol. 135 pag. 2, *Libellus de Febrium differentiâ, exceptus ex ore Theophili*, cujus titulus & principium: Περὶ διαφορᾶς πυρετῶν τὸ μικρὸν ἀπὸ φωνῆς Θεοφίλου. (1) Σκοπὸν ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς σύντομον ἐκθέσθαι παράδοσιν, &c. Deeſt hoc Opuſculum in Syntagmate veterum Autorum Græcorum, Arabum & Latinorum de Febribus, Venetijs à Gaſpare Bindono apud Gratioſum Perchacinum A. 1576 edito in folio.

(1) *Vide infrà Codicem XIIII, num. 13, ubi idem Libellus in margine ab anonymo quodam annotatore attribuitur* Stephano Archiatro; *atq; inſuper conſule Codicem XIX num, num. 20, ubi Stephanus Theophilo, tanquam ſynchronus quidem, ſed paulò junior, ſubjungitur.*

Tertiò, & quidem à fol. 136 pag. 1 uſq; ad fol. 230 pag. 1, *Joannis* cognomine *Actuarij, filij Zachariæ, Libri ſeptem de Vrinis*, quorum *primus* inſcribitur atq; incipit his verbis: Τοῦ Ἀκτουαρίου, κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Ζαχαρίου, Σύνταγμα περὶ οὔρων. Βιβλίον α΄ περὶ οὔρων διαφορᾶς. Πίναξ τῶν κεφαλαίων. Κεφάλαιον α΄, ὅτι χρήσιμος ἡ ἐκ τῶν οὔρων ἐπίσκεψις. Κεφάλαιον β΄, ὅτι οὐδεὶς τῶν παλαιῶν &c. Finito hoc Capitum Libri primi *Indice*, incipit ipſum *Caput primum* hoc modo: Πάλαι μὲν ἴσως φιλοτιμίας ἔργον τιθέμενος περὶ ἐκείνους μᾶλλον ἀναστρέφεσθαι τῶν λόγων, ὧν τὴν χάριν &c. Operæ pretium profectò fuerit, cum præſtantiſſimo hoc exemplari manuſcripto *Cæſareo* diligenter & accuratè conferri *latinam* iſtius Operis translationem *Ambroſij Leonis Nolani*, à *Jacobo Goupylo* recognitam, & Pariſijs apud Jacobum Gazellum A. 1548 primùm in octavo abſq; contextu græco ſeparatim editam, poſteà autem A. 1567 ab *Henrico Stephano* Syntagmati Pariſino veterum Medicæ Artis Principum itidem abſq; contextu græco inſertam.

Quartò, & quidem fol. 231 pag. 1 & 2, *Alexandri Aphrodiſienſis Problemata quædam Phyſico-Medica*, quorum titulus & principium:

Ἀλε-

Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως ἀπορίαι καὶ λύσεις. Διατί τῶν ὀλίγων ζώων ἡ κόπρος ἧττον δυσώδης ἐξέρχεται &c.

Quintò,& quidem fol. 231 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Verſus Jambici de utilitatibus Balnei*; quorum titulus & principium: Στίχοι ἰαμβικοὶ περὶ λουτροῦ. Πολλῶν τὸ λουτρὸν αἴτιον δωρημάτων &c.

Sextò, & quidem à fol. 232 pag. 1 uſque ad fol. 304 pag. 2, *Galeni Commentarius tripartitus in Librum Prognoſticorum ſive Prænotionum Hippocratis*, cujus titulus & principium: Γαληνοῦ εἰς τὸ προγνωστικὸν Ἱπποκράτους. (1) Τὸν ἰατρὸν δοκέει μοι ἄριστον εἶναι πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν. Ὅτι μὲν ἀντὶ τῆς προγνώσεως εἴρηκε τὴν πρόνοιαν &c.

(1) *Vide Operum* Galeni *ſuprà citatam editionem græcam Baſileenſem Tom. V pag. 117.*

IV.

Quartus, (2) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus & perelegans in *octavo*, conſtátque folijs *triginta*. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim extra numerum.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 21 pag. 1, *Hippocratis Liber Aphoriſmorum cum anonymi cujuſdam Autoris Præfatione*, quæ incipit his verbis: Οἱ πλεῖστοι τῶν παλαιοτέρων ἰατρῶν ἀφορμὴν ἐξεῦρον τινὰ τῆς ἰατρικῆς, &c.

Secundò, & quidem à fol. 22 pag. 1 uſque ad fol. 30 pag. 1, *Claudij Ptolemæi Alexandrini Centiloquium*, ſive, *Liber centum Aphoriſmorum ſeu Sententiarum ad Syrum fratrem*, ab ipſo *Ptolemæo* inſcriptus Καρπὸς, hoc eſt, *Fructus*, quia videlicet in eo indicat, *quis ſit fructus* τῆς τετραβίβλου Συντάξεως, ſive, *quadripartitæ Compoſitionis Apoteleſmaticæ*, ad eundem *Syrum* ſcriptæ. Inſcribitur iſte Liber atque incipit in Codice hoc manuſcripto Cæſareo his verbis: Κλαυδίου Πτολεμαίου βιβλίων ὁ Καρπός. Προεκτεθειμένοι, ὦ Σύρε, τὰς (3) ἐνεργείας τῶν ἀστέρων &c. Vbi obiter notandum eſt, in Inſcriptione hâc rectè legi βιβλίων, non autem, ut in *Joachimi Camerarij* editione græcâ Norimbergenſi anni 1535 in quarto, βιβλίον. Intelliguntur enim *Libri quatuor quadripartitæ Syntaxeos*, ideóque etiam operculo hujus Codicis ſimiliter majuſculis literis aureis impreſſum legitur: Ὁ ΚΑΡΠΟΣ ΤΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ. Plura de hoc *Libro centum Aphoriſmorum*, qui à nonnullis perperàm *Hermeti Triſmegiſto* attribuitur, ut & de ejuſdem translationibus latinis & Expoſitionibus *Georgij Trapezuntij* & *Joannis Joviani Pontani* videſis apud doctiſſimum *Gerardum Joannem Voſſium* Operis eruditiſſimi de Scientijs Mathematicis capite trigeſimo ſeptimo, § 9 & 10.

(3) *Ita hîc omninò legendũ eſt, nempe* ἐνεργείας, *non autem ut in* Joachimi Camerarij *editione græcâ Norimbergenſi A. 1535 in 4to perperàm legitur,* ἐναργεῖς.

V.

Quintus (1) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquiſſimus & optimæ notæ in folio, totus, præter pauca recentiora folia, *majuſculis literis ſine accentibus* & diſtinctione ſingularum vocum ante (2) *mille & centum ſexaginta novem* annos curâ & liberalitate *Julianæ Aniciæ, Imp. Flavij Anicij Olybrij filiæ*, exaratus, conſtátque nunc folijs *quadringentis nonaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 387 pag. 1, *Deſcriptio Plantarum alphabetica*, præcipuè quidem & maximâ parte ex (3) *Pedanij Dioſcoridis Anazarbenſis* Libris quinque de Materiâ Medicâ, ſecundariò autem ex *Crateuæ, Pamphili Alexandrini*, & *Claudij Galeni* Operibus collecta, nec ſolum *figuris plantarum* ad vivum depictis exornata, verùm etiam *effigie* ipſius (4) *Julianæ Aniciæ*, & *Iconiſmo Pavonis*, (5) tanquam ſymbolo rei herbariæ & conſecrationis Auguſtarum; atque inſuper (6) *Imaginibus quatuordecim illuſtrium veterum Medicorum Græcorum*; nempe *Chironis Hippocentauri, Machaonis, Pamphili Grammatici Alexandrini, Xenocratis Aphrodiſienſis, Sextij Nigri, Heraclidæ Tarentini, Mantiæ, Claudij Galeni, Crateuæ, Apollonij Memphitæ, Andreæ, Pedanij Dioſcoridis Anazarbenſis, Nicandri Colophonij*, & *Rufi Epheſij*. Titulus Operis, in fundo *cæruleo* intra *coronam lauream inauratam* majuſculis literis *aureis* exaratus, eſt talis: (7) ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΠΕΔΑΝΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΣ ΠΕΡΙ ΒΟΤΑΝΩΝ ΚΑΙ ΡΙΖΩΝ ΚΑΙ ΧΥΛΙΣΜΑΤΩΝ ΣΥΝ ΦΥΛΛΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΦΑΡΜΑΚΩΝ. ΑΡΞΩΜΕΘΑ ΤΟΙΝΥΝ ΑΚΟΛΟΥΘΩΣ ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΛΦΑ. In ipsâ porrò *Deſcriptione Plantarum alphabeticâ*, primum tenet locum ΑΕΙΖΩΟΝ ΤΟ ΜΕΓΑ, ſive, *Sempervivum magnum*, ultimum autem ΩΚΙΜΟΝ ſive *Ocimum*.

Secundò, & quidem à fol. 388 pag. 1 uſque ad fol. 392 pag. 1, ex (8) *Pamphili Grammatici Alexandrini Hiſtoriâ herbarum* Fragmenta quædam de *Chamæmelo, Rhamno, Artemiſiâ, Pentadactylo, Verbenacâ, Dictamno, Salviâ, Cupreſſo, Centaurio, Buphtalmo, Pæoniâ, Polio, Moly, Marinâ quercu, Chryſanthemo*, & *Eryſimo*.

Tertiò,

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* tertius.

(2) *Nempe reſpectu intervalli inter annum Chriſti* 505, *in cujus actu* Theophanes *Chronographus Templi Beatiſſimæ Deigenitricis à* Julianâ Aniciâ *Conſtantinopoli extructi meminit*, & *præſentem annum* 1674. *Vide Lib. II horũ Commentarior. pag.* 489. 572, 573 & 590.

(3) *Ita hoc nomen rectè ac verè ſcribendum eſt, nempe* Pedanius, *non autem, ut vulgò perperàm fit*, Pedacius. *Quâ de re vide plura Lib. II horum Commentar. pag.* 590 & 591. (4) *Vide Lib. II horum Commentar. pag.* 488, 489, & *à pag.* 571 *uſq; ad pag.* 590. (5) *Vide Lib. II horum Commentar. pag.* 524, 525. (6) *Explicationem harum Imaginum vide Lib. II horum Commentar. à pag.* 525 *uſq; ad pag.* 571. (7) *Vide Lib. II horum Commentar. pag.* 590, 591, 592; (8) *Vide Lib. II horum Comment, à pag.* 528 *uſq; ad pag.* 542, *atq; inſuper etiam vide ibidem pag.* 593.

Tertiò, & quidem à fol. 393 pag. 1 usq; ad fol. 485 pag. 1, (1) *Eutecnij Sophistæ* antiqua græca & hactenùs inedita *prosaica Paraphrasis in Nicandri Theriaca & Alexipharmaca*; ut & *in Oppiani Halieutica* sive *Poema de Piscatione*, quod, in quinque Libros divisum, etiamnunc integrum exstat, & *in ejusdem Ixeutica* sive *Poema de Aucupio*, quod vel injuriâ temporis omninò perijt, vel quasi deperditum alicubi forsan adhuc latitat. Scripta autem est quadruplex hæc *Paraphrasis*, æquè ac præcedens *Descriptio Plantarum alphabetica*, *literis majusculis* & *sine accentibus*. Insertæ etiam sunt *animalium cæterarúmq; rerum*, de quibus agitur, elegantissimæ *Icones*, quæ vivacitate colorum lucem & ornatum descriptioni afferunt.

(1) *Vide Lib. II horum Commentar. pag. 594, 595, 596.*

Quartò, & quidem à fol. 486 pag. 1 usque ad fol. 491 pag. 2, *Fragmentum Vitæ* (2) *S. Antonij Eremitæ, à S. Athanasio, Archiepiscopo Alexandrino conscriptæ*, ante quingentos circiter annos minusculis literis & cum accentibus exaratum, quod præcedentibus quadringentis octoginta quinque vetustissimis folijs pro tegumento in fine annexum est.

(2) *Vide Lib. V horum Commentar. pag. 297.*

Plura de hoc præstantissimo Codice manuscripto Cæsareo, inter Codices MStos Medicos Græcos *quinto*, vide Libro *secundo* horum Commentariorum, utpote ubi toto *Capite septimo* à pag. 519 usque ad pag. 608 de eo prolixè & accuratè agitur. Consule etiam *Catalogum Librorum à me editorum*, Vindobonæ sive VViennæ Austriæ, typis Matthæi Cosmerovij, superiori 1673 anno in quarto editum, pag. 21, 22 & 23, ubi jam memorati *Capitis septimi* succincta exstat Epitome.

VI.

Sextus (3) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátque folijs *decem*. Continentur eo hæc:

(3) *Fuit is olim extra numerum.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 8 pag. 2, (4) *Excerpta quædam de herbis ex Cratevâ, Dioscoride & Galeno*, à recentiori quodam Græculo descripta ex illo ipso antiquissimo *Codice manuscripto Dioscoridiano Julianæ Aniciæ*, qui nunc inter Codices MStos Medicos Græcos est *quintus*.

(4) *Vide Lib. II horum Commentar. pag. 599.*

Secundò, & quidem fol. 9 pag. 1, *Eutecnij Sophistæ Hypothesis sive Argumentum Theriacorum & Alexipharmacorum Nicandri*. Integram hanc Hypothesin vide Libro secundo horum Commentariorum pag. 594.

Tertiò, & quidem fol. 9 pag. 1, *Excerpta quædam ex Antonij*

Cantacuzeni Observationibus Medicis, quorum titulus & principium: Ἐκ τοῦ κυρίου Ἀντωνίου τοῦ Καντακουζηνοῦ. Περὶ οἴνου καλαμινθίτου. Ὁ δὲ καλαμινθίτης &c.

Quartò, & quidem fol. 10 pag. 2, *Vocabula quædam Medica Græca cum explicatione itidem Græcâ*; ut exempli gratiâ: Ἐχῖνος, ὁ ἐρῖνος· Καλλίτριχον, τὸ ἀδίαντον· &c.

VII.

(1) *Fuit is olim extra numerum.* *Septimus* (1) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & elegans in *folio*, constátque folijs *quadraginta septem*, & à *Petro Victorio Florentino*, doctissimo celeberrimoque Philosopho ac Philologo, A. C. 1570 Florentiâ missus est ad *Joannem Sambucum*; posteà autem quâ nescio ratione pervenit in potestatem *Sebastiani Tengnagelij*, & denique post illius mortem in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream*. Continentur eo hæc:

(2) *Vide etiam Lib. III horum Commentar. pag.* 344. *Primò*, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 46 pag. 2, (2) *Dioscoridis de Materiâ Medicâ Liber primus, & Libri secundi Capita priora viginti sex, cum anonymi cujusdam Autoris antiquis Græcis Scholijs marginalibus.* Huc insuper accedunt *Variantes Lectiones ex duobus vetustis Codicibus MStis Bibliothecæ Venetæ Cardinalis Bessarionis, & ex tertio quodam Nicolai Leonici*, quæ propriâ *Petri Victorij* manu itidem in margine adscriptæ sunt. Is enim *quatuor* illos Codices MStos diligentissimè accuratissiméque inter se contulit.

Secundò, & quidem fol. 46 pag. 1 & 2, *Hippocratis Libellus de fœtûs in utero mortui exsectione*, qui inscribitur atq; incipit his verbis: Ἱπποκράτους περὶ ἐγκατατομῆς παιδίου λόγος νέ. Ἐγκατατομὴν παιδίου ποιήσεις οὕτως. Πρῶτα μὲν ἐπὶ τὴν γυναῖκα σινδόνα ἐπιβαλών, &c. Primâ hujus Libelli paginâ indicat *Sambucus* propriâ manu, se illum curâsse describi *Florentiæ ex Bibliothecâ Medicæâ* A. 1559; sequenti autem paginâ itidem propriâ manu significat, se ejusdem Libelli exemplar misisse *Juntis* Venetias d. 15 Januarij A. 1575. Exstat hic Libellus græcè & latinè in Operum Hippocratis editione græco-latinâ Anutij Foesij Genevensi anni 1657 in folio, pag. 914 & 915, & inscribitur ibi atque incipit hoc modo: Ἱπποκράτους περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου. Περὶ δὲ τῶν μὴ κατὰ τρόπον κυϊσκομένων, ἀλλ' ἐγκατατεμνομένων, οὕτως. Πρῶτον μὲν ἐπὶ τὴν γυναῖκα σινδόνα ἐπιβαλών, &c.

VIII.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos vigesimus octavus.* *Octavus*, (3) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs centum viginti quatuor. Continentur eo hæc:

Primò,

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 9 pag. 2, Symeonis Sethi *Lexicon Botanicum*, cujus titulus & principium: Συμεὼν τοῦ Σὴθ Λεξικὸν κατὰ ἀλφάβητον, ἑρμηνεῦον ἀκριβῶς τὰς βοτάνας. Ἄμωμον ἐστὶ ῥίζα τοῦ πενταφύλλου. Ἄγχουσα ἐστὶ &c.

Secundò, & quidem à fol. 10 pag. 1 usque ad fol. 11 pag. 1, *Excerpta quædam de Characteribus sive Notis ponderum & mensurarum Medicarum ex Pauli Æginetæ Capite vigesimo sexto sive ultimo Libri septimi*; quorum titulus & principium: Περὶ τῶν δηλούντων τοὺς σταθμοὺς καὶ τὰ μέτρα χαρακτήρων. Ἀλλ' ἐπειδὴ τινὲς οὐχ' ὁλογραμμάτως, ἀλλὰ διὰ χαρακτήρων &c.

Tertiò, & quidem à fol. 11 pag. 1 usque ad fol. 121 pag. 1, *Excerpta varia ex Galeno*, inter quæ præcipuè est *Epitome alphabetica* (1) *Libri sexti, septimi, octavi & noni* περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως, sive, *de Simplicium medicamentorum facultatibus*; quæ inscribitur atque incipit hoc modo: Περὶ τῶν ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἁπλοῖς φαρμάκων δυνάμεων. Ἀβρότονον θερμαίνει καὶ ξηραίνει &c.

Quartò, & quidem à fol. 122 pag. 1 usque ad fol. 124 pag. 2, *Lexici Botanici fragmentum*, cujus principium: Ἀκάνθιον ἐμφερῆ τὰ φύλλα ἔχει τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ, &c.

IX.

Nonus (2) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constatque folijs ducentis triginta sex

Continentur eo *Galeni Liber sextus, septimus, octavus, nonus, decimus* & *undecimus de Simplicium medicamentorum facultatibus. Sextus* Liber ob defectum aliquot foliorum caret principio usque ad Caput (3) περὶ Ἀβροτόνου κεκαυμένου. Ἀβρότονον δὲ κεκαυμένον θερμὸν καὶ ξηρόν ἐστι τὴν δύναμιν, ἔτι μᾶλλον κολοκύνθης ξηρᾶς κεκαυμένης, &c. *Vndecimus* autem Liber pertingit usque ad Capitis (4) περὶ ἁλὸς ἄχνης hæc verba: τὸ δὲ ὑπόλοιπον τῆς οὐσίας συνάγειν καθάπερ.

X.

Decimus (5) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus in *quarto*, sed injuriâ temporis passim mutilus & pessimè habitus, constátque nunc folijs *ducentis sexaginta duobus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

(1) *Vide suprà citatam Operum Galeni editionem Græcam Basileensem Tom. II à pag. 67 usq. ad pag. 130.*

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* trigesimus.

(3) *Vide suprà citatam Operum Galeni editionem Græcam Basileensem Tom. II pag. 70.*

(4) *Vide jam citatam Galeni editionem Tom. II pag. 151.*

(5) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* duodecimo.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 31 pag. 2, *Galeni Therapeuticorum* ſive *de Curatione ad Glauconem Libri duo*, quorum *primus* caret principio uſque ad hæc verba: (1) τὸν κάμνοντα καὶ θαῤῥεῖν κελεύειν &c; *ſecundus* autem caret fine, & pertingit tantùm uſque ad hæc verba: (2) θεραπεύεσθαι τὸ ἕλκος.

Secundò, & quidem à fol. 31 pag. 2 uſque ad fol. 33 pag. 1, ejuſdem *Galeni Libellus de Febri*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἀποσημειώσεις πυρεκτικῶν. Κατεκλίθη ὁ νοσῶν ἐν ἀρχῇ τῆς α΄ ἡμέρας &c.

Tertiò, & quidem à fol. 33 pag. 2 uſque ad fol. 35 pag. 2, ejuſdem *Galeni Libellus de Pulſu*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἑρμηνεία περὶ σφυγμοῦ καὶ θεωρία. Ὁπόταν ἰατρὸς ἐπ᾽ ἀῤῥωστῳ κληθῇ, &c.

Quartò, & quidem à fol. 35 pag. 2 uſque ad fol. 38 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Collectio variorum Medicamentorum, diviſa in Capita triginta novem*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ὀφθαλμικά. Πρὸς ἀρχομένους ὀφθαλμιᾶσαι &c. In Inſcriptione autem Capitis trigeſimi ſeptimi fit mentio Valentis Archiatri his verbis: (3) Ἀνώδυνον τοῦ κυροῦ Οὐάλεντος ἀρχιατροῦ.

Quintò, & quidem à fol. 38 pag. 2, uſque ad fol. 44 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Collectio variarum rerum Medicarum, diviſa in Capita triginta duo*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἀντίδοτος ἡ διὰ θείου ἀπύρου. Κρόκου &c. Penultimum autem ſive trigeſimum primum Caput inſcribitur atque incipit his verbis: Ὀνομασία τῶν ἐκτὸς μορίων τοῦ σώματος. Κεφαλὴ μὲν καλεῖται τὸ πρῶτον μέρος &c. *Vltimum* denique ſive *trigeſimum ſecundum* Caput continet *Petoſiris, Philoſophi Ægyptij, Epiſtolam Aſtrologicam ad Nechepſon Regem*(4) *Aſſyriorum cum adjunctâ figurâ Organi Aſtrologici, per quod de vitâ & morte ægrotantium poteſt judicari.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Epiſtolæ* ſunt hæc: Ὄργανον ἀστρονομικόν. Ἐπιστολὴ Πετοσίρεως πρὸς Νεχεψῶ Βασιλέα Ἀσσυρίων. Ψῆφος σεληνιακὴ, δι᾽ ἧς ἐστὶ τὸν ἐπισκεπτόμενον τοὺς νοσοῦντας &c. Meminit hujus *Petoſiris* & *Nechepſi Plinius* Hiſtoriæ Naturalis lib. 7 cap. 49 his verbis: *Epigenes centum viginti duos annos impleri negavit poſſe;*

(1) *Vide ſuprà citatam Operum* Galeni *editionem Græcam Baſileenſem Tom. IV pag.* 198, *verſ.* 10.

(2) *Vide jam citatam Operum* Galeni *editionem Tom. IV pag.* 216, *verſu ultimo.*

(3) Ἀνώδυνον *vocatur Medicamentum mediocriter calidum, dolorem leniens.*

(4) *A* Julio *autem* Firmico *appellatur* Imperator Ægypti. *Similiter etiam ab* Aëtio Amideno *Tetrabibli primæ Sermone primo, paginâ primâ folij quinti editionis græcæ Venetæ Aldinæ A.*1534 *in folio, appellatur* Νεχεψὼν ὁ Αἰγύπτιος, *hoc eſt,* Nechepſon Ægyptius. *Vide etiam eundem* Aëtium *Tetrabibl.* 2. *Sermon.* 2, *fol.* 121 *pag.* 1, *ubi vocatur* Νεχεψ ὁ Βασιλεύς, *hoc eſt,* Necheps Rex.

posse; Berosus excedi centum septendecim. Durat & ea ratio, quam PETOSIRIS *ac* NECEPSOS *tradiderunt, & Tetartemorion appellant à trium signorum portione, quâ posse in Italiæ tractu centum viginti sex annos vitæ contingere apparet. Negavêre illi quenquam nonaginta partium exortivam mensuram (quod Anaphoras vocant) transgredi, & has ipsas incidi occursu maleficorum siderum, aut etiam radijs eorum, Solisque.* Item *Juvenalis* Satyrâ sextâ, ubi mulierem superstitiosam & Astrologiæ deditam describit his versibus:

Ad primum lapidem vectari cùm placet, hora
Sumitur ex libro; si prurit frictus ocelli
Angulus, inspectâ genesi collyria poscit;
Ægra licet jaceat, capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, nisi quam dederit PETOSIRIS.

Huc quoque pertinet *Suidæ* locus, ubi de Petosiri agit his verbis: Πετόσιρις, Αἰγύπτιος φιλόσοφος, καθὰ καὶ Ἕλληνες καὶ Αἰγύπτιοι τὰς περὶ Θεῶν διετάξαντο ἐπιλογάς· ἐκ τῶν ἱερῶν βιβλίων ἀστρολογούμενα, καὶ περὶ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις μυστηρίων. Hoc est secundùm *Æmilij Porti* versionem latinam: PETOSIRIS, *Ægyptius Philosophus, scripsit quemadmodum & Græci & Ægyptij Deorum delectus instituerint; è sacris Libris Astrologica, & de Ægyptiorum mysterijs.* Cujus loci explicationem, quid nempe per Θεῶν ἐπιλογὰς sive *Deorum delectus* hîc re verâ intelligatur, vide apud *Claudium Salmasium* Plinianarum Exercitationum in *Solinum* Tomo I, pag. 654, ubi prolixè exponit & illustrat *Julij Firmici Materni* insignem locum Lib. 4 Astronomicorum cap. 16: (1) *Sic &* (2) NEKEPSO, *Ægypti justissimus Imperator, &* (3) *Astrologus valdè bonus per ipsos Decanos* (hoc est, Deos ὀρθοκόπους, qui nascentiæ præerant) *omnia vitia valetudinésque collegit, ostendens, quam valetudinem quis Decanus efficeret, & quia* (4) *natura aliâ à naturâ vincitur, & quia Deum frequenter alius Deus vincit, ex contrarijs ideò naturis contrarijsque potestatibus omnium ægritudinum medelas divinæ rationis magisterijs invenit. Triginta sex itaque Decani omnem Zodiaci possident circulum, ac per duodecim Signorum numerum iste* (5) *Deorum numerus, id est Decanorum, dividitur.* Quibus *Julij Firmici* verbis *Salmasius* inter alia lectu dignissima subjungit hæc: *Vetustissima hac Decanorum observatio, & cum ipsis γενεθλιαλογικῆς incunabulis apud Græcos & Chaldæos nata. Nam &* NECEPSO *&* PETOSIRIS *eos noverunt,*

(1) *Ita hunc locum ex veteri Codice MSto legendum esse monet jam citato loco* Salmasius. (2) *In Nicolai Prucneri editione Basileensi Hervagianâ A.* 1551 *in folio pro* Nekepso *legitur, ut apud Plinium,* Necepso. (3) *In eâdem editione Basileensi legitur:* optimus quoq; Astronomus. (4) *In eâdem editione legitur:* quia una natura ab aliâ vincitur, unusq; Deus ab altero. (5) *In eâdem editione Basileensi legitur:* Deorum seu Decanorum hæc multitudo dividitur.

runt, & de his scripsit Teucer Babylonius. Hucusque *Salmasius.* Consule insuper etiam *Ottonis Heurnij* Librum primum Antiquitatum Philosophiæ Barbaricæ, qui inscribitur *Chaldaicus*, pag. 47.

Sextò, & quidem à fol. 45 pag. 1 usque ad fol. 60 pag. 1, *Hippocratis Aphorismi in Tmemata sive Sectiones septem divisi*, quarum *ultima* integro ferè folio in fine auctior est, quàm in ultimâ editione *Foesianâ* Genevensi græco-latinâ anni 1657 in folio.

Septimò, & quidem à fol. 60 pag. 1 usque ad fol. 69 pag. 2, ejusdem *Hippocratis Prognosticon*, sive, *Liber Prænotionum*, divisus in tria *Tmemata* sive *Sectiones*, quarum *prima* inscribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ Προγνωστικόν. Τμῆμα α΄. (1) Τὸν ἰητρὸν δὲ δοκέει μοι &c.

(1) *Vide suprà pag.* 89.

Octavò, & quidem fol. 69 pag. 2, *Hippocratis Epistola ad Ptolemæum Regem*, cujus inscriptio & principium: Ἐπιστολὴ Ἱπποκράτους πρὸς Πτολεμαῖον. Ἐπιμελούμενοι τῆς σῆς ὑγείας ὦ Βασιλεῦ, &c. Deest autem finis.

Nonò, & quidem à fol. 70 pag. 1 usque ad fol. 92 pag. 1 *Galeni* Ὅροι ἰατρικοὶ, sive, *Definitiones Medicæ*, quarum principium deest usque ad hæc verba: - - - (2) σαντο τὰ κατὰ τὴν ἰατρικήν. Ὅτι δὲ (3) φιλαλήθως λεγόμενον δυνατὸν μανθάνειν. In suprà citatâ autem Operum *Galeni* editione græcâ Basileensi incipiunt illæ his verbis: (4) Τὴν τῶν ὅρων πραγματείαν &c. Quod porrò ad finem earundem *Definitionem* attinet, differunt illæ non mediocriter ab editione impressâ, & aliquanto auctiores sunt, clauditúrq; totum Opusculum hâc subscriptione: Τέλος σὺν Θεῷ τῶν ὅρων.

(2) *Vide suprà citatam Operum Galeni editionem græcam Basileensem Tom. IV pag. 391, vers. 8.*
(3) *In jam citatâ editione legitur* ἀληθῶς.
(4) *Vide ibidem Tom. IV pag. 390.*

Decimò, & quidem à fol. 91 pag. 1 usque ad fol. 92 pag. 1, *Galeni Libellus de optimis secundùm naturam urinis*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν ἀρίστων κατὰ φύσιν οὔρων. Ἐπὶ τῶν πυρεκτικῶν &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 92 pag. 1 usque ad fol. 95 pag. 1, *Galeni Liber de Vrinarum differentiâ*, cujus titulus & principium: Σύνοψις περὶ τῆς τῶν οὔρων διαφορᾶς. Τῶν οὔρων πολλαὶ μὲν κατὰ ἐνίους διαφοραὶ, &c. Vide suprà citatam Operum *Galeni* editionem græcam Basileensem Tom. IV pag. 410; ubi pro κατὰ ἐνίους perperàm legitur κατὰ μέρος.

Duodecimò, & quidem à fol. 95 pag. 1 usque ad fol. 106 pag. 2, ejusdem

ejusdem *Galeni Liber de Pulsu* (1) *ad Teuthran*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ σφυγμοῦ πρὸς Τεύθραν. (2) Ὅσα τοῖς εἰσαγομένοις, φίλτατε Τεύθραν, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 107 pag. 1 usq; ad fol. 113 pag. 2, *Libellus de Febrium differentiâ*, qui sine nomine Autoris inscribitur, atque incipit his verbis: Περὶ διαφορᾶς πυρετῶν ἐν ἐπιτομῇ. Σκοπὸν ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι, περὶ τὴν τῶν πυρετῶν διαφορὰς σύντομον ἐκθέσθαι παράδοσιν, &c. In margine autem recentiori manu adscriptum est Στεφάνου ἀρχιάτρου, hoc est, *Stephani Archiatri*; nempe *Atheniensis* illius, cujus (3) suprà in Codice IIItio, num. 1, exstat *Expositio Aphorismorum Hippocratis*. Subjungitur quoque ibidem idem *Libellus de Febrium differentiâ*, sed in Inscriptione ejus sive Titulo expresse indicatur, *eum fuisse excerptum ex ore Theophili*.

Decimo quartò, & quidem à fol. 113 pag. 2 usque ad fol. 145 pag. 2, *Pauli Æginetæ Rei Medicæ Liber sextus de Chirurgiâ*, qui sine ullâ Autoris mentione inscribitur atque incipit hoc modo: Ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ περὶ τῶν χειρουργουμένων λέγεται, τῶν κατὰ σάρκα, καὶ τῶν ἐν τοῖς ὀστοῖς θεωρουμένων, ἅπερ ἐν τῷ περὶ καταγμάτων καὶ τῶν ἐξαρθρημάτων συμπεραίνεται λόγῳ. Προοίμιον τῶν χειρουργουμένων. Τὸν περὶ τῶν χειρουργουμένων λόγον διχῇ διελόντες, εἴς τε τὰ κατὰ σάρκα χειριζόμενα, καὶ εἰς τὰ τῶν ὀστῶν, ἔν τε κατάγμασι καὶ ἐξαρθρήμασι θεωρουμένων, ἀπὸ τοῦ κατὰ σάρκα νῦν ἀρχόμεθα, &c. Pertingit autem ibi tantùm usque ad Caput περὶ κιρσοκήλης καὶ πνευματοκήλης, hoc est, *de varicosâ & flatuosâ herniâ*; quod quidem in hoc Codice MSto Cæsareo est *quinquagesimum quintum*, in impressis verò editionibus græcis & latinis Venetis & Basileensibus est *sexagesimum quartum*. De reliquo notandum hìc obiter est, exstare quidem in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* editionem græcam *Pauli Æginetæ*, Basileæ typis Andreæ Cratandri A. 1538 in folio impressam, cui ex varijs antiquis Codicibus manuscriptis innumeræ propemodùm *variantes Lectiones* propriâ *Joannis Sambuci* manu in margine adnotatæ sunt, adeò ut integræ novæ editioni adornandæ sufficiant, attamen ex suprà memoratâ differentiâ divisionis Libri sexti in Capita, & ex alijs nonnullis indicijs manifestè liquere, quòd *Joannes Sambucus* Codice illo MSto *Cæsareo*, de quo in præsens ex professo agitur, ad collationem istam minimè usus sit.

Decimo quintò, & quidem à fol. 146 pag. 1 usque ad fol. 168

(1) *Inscribitur in vulgò* Liber de pulsibus ad tyrones, *vel*, ad eos, qui introducuntur.

(2) *Vide suprà citatam Operum* Galeni *editionem græcam Tom. III pap. 1.*

(3) *Vide suprà pag.* 88.

pag. 1, *Leonis Philoſophi & Medici Synopſis* ſive *Compendium Medicinæ ad* quendam *Georgium* diviſa in *Libros ſeptem*, qui in univerſum conſtant *ſeptuaginta ſeptem Capitibus*. *Index* toti Operi præfixus inſcribitur atque incipit hoc modo: Λέοντος Φιλοσόφου καὶ Ἰατροῦ Σύνοψις Ἰατρικῆς. Κεφάλαια τοῦ α΄ λόγου. Κεφάλαιον α΄ Σύνοψις ἤτοι Προοίμιον. Κεφάλαιον β΄. Περὶ πυρετῶν συνεχῶν. Κεφάλαιον γ΄ &c. Clauditur autem his verbis: Λόγοι ζ΄· κεφάλαια οζ΄. Hinc porrò ſequitur ipſa *Synopſis* hoc modo: Λέοντος Φιλοσόφου Προοίμιον ἤτοι Σύνοψις τῆς Ἰατρικῆς. Οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις ᾔτησάς με, γνησιώτατε Γεώργιε, &c.

Decimò ſextò, & quidem à fol. 168 pag. 1 uſque ad fol. 262 pag. 2, ex (1) *Oribaſij* (2) *Pergamenſis*, qui *Imp. Juliani Apoſtatæ* fuit Medicus, familiaris & promotor ad Imperium *magno* (3) *ſeptuaginta Librorum Syntagmate Medico*, jam memorati *Imp. Juliani* juſſu collecto, anonymi cujuſdam Autoris *Ecloga* ſive *Excerpta variorum Remediorum*, quæ inſcribuntur atque incipiunt hoc modo: Ἐκ τῶν βίβλου Ὀρειβασίου τῶν πρὸς Ἰουλιανὸν τὸν Βασιλέα Ἐκλογαὶ βοηθημάτων. Κεφάλαιον α΄ περὶ Κεφαλαλγίας. Εἰ μὲν ἐν πυρετοῖς κεφαλαλγεῖν συμβαίνει, φλεβοτομεῖν &c. Diviſæ ſunt hæ *Ecloga* in *Capita*, ſed injuriâ temporis in fine ſunt mutilæ, ultimúmque Caput ibi nunc eſt *centeſimum quadrageſimum octavum*.

XI.

Vndecimus (4) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in quarto, conſtátque nunc folijs *centum quadraginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 37 pag. 1, *Galeni Libri duo de curatione ad Glauconem*; quorum *primus* principio caret uſque ad hæc verba: (5) οὐ δεῖται τὸ πλῆθος, ἀλλά τι καὶ τῷ συμπτώματι καταλειπτέον, &c; *ſecundus* autem pertingit tantùm uſq; ad hæc verba: (6) εἰ δ' ἐξ ἀχλυῦς σίτου λαμβάνεις τὸ ἄλευρον.

Secundò, & quidem à fol. 38 pag. 1 uſque ad fol. 53 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Miſcellanea quædam Medica*, quorum principium: Περὶ κατόχου καὶ καταλήψεως, ὃ δὴ καὶ ἄγρυπνον κῶμα λέγεται. Κατοχός ἐστιν, ὅταν ἀγρυπνῶσιν οἱ κάμνοντες &c.

Tertiò,

(1) *Vide Vitam ipſius ab* Eunapio Sophiſtâ, *autore ſynchrono, conſcriptā.* (2) *Nempe ſecundum* Eunapium; *cui major hâc in re habenda eſt fides, quàm* Suidæ, *qui ipſum cognominat* Sardianum, *confundens videlicet* Oribaſium Pergamenſem *cum* Jonico Sardiano, *Medico itidem clariſsimo, quo* Oribaſij *fuit familiaris, ut teſtatur* Eunapius, *in vitâ* Zenonis *&* Jonici. (3) *Vide Operum* Oribaſij *editionem latinam* Joannis Baptiſtæ Raſarij *Baſileenſem A.* 1557 *in octavo, Tomo ſecundo.*

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* decimus. (5) *Vide ſuprà citatam Operum* Galeni *editionem græcam Baſileenſem Tom. IV pag.* 203, *verſ.* 53. *Sed, quod valdè notandum eſt, pro* οὐ δεῖται τὸ πλῆθος *legitur ibi* οὔπω δεῖται τὸ πάθος. (6) *Vide eandem jam citatam editionem græcam Tom IV pag.* 216, *verſ.* 23.

Tertiò, & quidem à fol. 54 pag. 1 uſque ad fol. 64 pag. 2, *Calliſti Liber de Antidotis*, cujus titulus & principium: Καλλίϛȣ. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ περὶ τῶν Ἀντιδότων. Ἀντίδοτος ἡ Θεοδώρητος. Αὕτη ὠφελεῖ πρὸς πᾶσαν κεφαλαλγίαν &c. Meminit hujus Libri, ut & trium ſequentium *Calliſti* Librorum, tanquam in *Bibliothecâ Regiâ Pariſinâ* exſtantium, *Joannes Jacobus Friſius* in Bibliothecâ Geſnerianâ, à ſe auctâ, his verbis: *Calliſti Monachi de Pulſibus, de Antidotis, de Emplaſtris, de Vnguentis, de Oleis, in Bibliothecâ Regis Galliæ græcè.* Hæc *Friſius*. Vide etiam *Joannis Georgij Schenckij* Bibliothecam Medicam literâ C, ubi agitur de eodem *Calliſto*, & *Iſraelis Spachij* Nomenclatorem Scriptorum Medicorum ſecundùm Locos Communes Materiarum, pag. 186, 188 & 189, ubi agitur de *Antidotis, Emplaſtris, Oleis* & *Vnguentis*.

Quartò, & quidem à fol. 64 pag. 2 uſque ad fol. 77 pag. 1, ejuſdem *Calliſti Liber de Trochiſcis varijs*, cujus principium: Ἑτέραι σκευασίαι Τροχίσκων διαφόρων. Τροχίσκος διὰ φυσαλίδος. Σικύου ἡμέρου &c.

Quintò, & quidem à fol. 77 pag. 2 uſque ad fol. 89 pag. 1, ejuſdem *Calliſti Liber de Emplaſtris*, cujus principium: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῶν Ἐμπλάστρων. Ἔμπλαστρος ἡ ἀνηθίνη μαλάσσουσα &c.

Sextò, & quidem à fol. 89 pag. 1 uſque ad fol. 94 pag. 1, ejuſdem *Calliſti Liber de Compoſitione Oleorum*, cujus titulus & principium: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῆς συνθέσεως τῶν ἐλαίων. Τὸ χαμαιμήλινον ἔλαιον καὶ τὸ ῥόδινον &c.

Septimò, & quidem à fol. 94 pag. 1 uſque ad fol. 141 pag. 2, *Dioſcoridis Anazarbenſis & Stephani Athenienſis Alphabetum Medicum Empiricum*, cujus titulus & principium: Βίβλος Διοσκορίδου καὶ Στεφάνου Ἀθηναίου τοῦ Φιλοσόφου, περιέχουσα φαρμάκων ἐμπειρίας, κατὰ ἀλφάβητον σοφῶς ἐκτεθεῖσα. Ἀρχὴ τοῦ α. (1) Ἄβρωτα διατηρεῖ ἀπὸ μυῶν καὶ σκωλήκων τά τε βιβλία, ἱμάτια καὶ χαρτία ἀψίνθιον ξηρὸν ὑποστρωννύμενον ἐν τοῖς κιβωτίοις. Ἄδηλον διαφυλαχθῆναι εἰ θέλεις, &c. Certò autem conſtat, *Alphabetum* hoc *Empiricum*, nec ab ipſo (2) *Dioſcoride Anazarbenſi*, nec à *Stephano Athenienſi*, compoſitum, ſed tantùm ex utriuſque ſcriptis ab aliquo recentiori autore collectum eſſe, ideóque ubivis in margine nominatim annotatum eſt, quid ex alterutro deſumptum ſit. Aliud quoddam ejuſdem *Alphabeti Medici* exemplar manuſcriptum, quo *Conradus Geſnerus* olim uſus eſt,

(1) Vide Dioſcorid. de Mater. Med. lib. 3 cap. 26.

(2) Vide Lib. II horum Commentar. pag. 565.

N 2 exſtitit

exſtitit apud *Caſparum Wolphium* Tigurinum Medicum, ut teſtatur *Joannes Jacobus Friſius* in Bibliothecâ Vniverſali Geſnerianâ, à ſe auctâ, his verbis: *Stephani Athenienſis Philoſophi Explanationes in Galeni priorem Librum Therapeuticum ad Glauconem græcè editæ ſunt Venetijs, & eædem latinè quoque ibidem excuſæ ſunt A. 1554, Auguſtino Gadaldino Mutinenſi interprete, cum Scholijs, quibus Caſtigationes in his Explanationibus factæ explicantur; & Lutetiæ à Sylvio anno 1555. Ejuſdem & Dioſcoridis Alphabetum Medicum Empiricum manuſcriptum græcè exſtat apud Caſparum Wolphium, emendatum à Conrado Geſnero.* Hæc *Friſius.* Haud contemnendus ergo nec inutilis foret labor, ſi quis Vir doctus, & in re Medicâ benè verſatus, Opus illud hactenùs ineditum in latinam verteret linguam, & tàm græcè quàm latinè publicaret, ut olim *Conradus Geſnerus* facere conſtituerat. Vide etiam Librum *ſecundum* horum Commentariorum pag. 598 & 599.

XII.

Duodecimus (1) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátque folijs *centum nonaginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo *Galeni* περὶ τῶν πεπονθότων τόπων, ſive, *de Locis affectis Libri ſex* integri, cum *anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholijs græcis marginalibus.* Primus eorum Librorum ſine ullâ Inſcriptione ſive Titulo, incipit, ut in impreſſis editionibus, his verbis: (2) Τόπους ὀνομάζουσι τὰ μόρια τοῦ σώματος οὐχ' οἱ νεώτεροι μόνον, ἀλλὰ &c.

XIII.

Decimus tertius (3) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátque folijs *ducentis quinquaginta ſex* in folio, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo *anonymi cujuſdam Autoris Eclogæ ſive Excerpta ex varijs Hippocratis & Galeni Operibus*, ut & *ex* (4) *Ariſtotelis Problematibus Phyſicis.* Primum inter haſce Eclogas tenent locum *Eclogæ ex Galeni Libris de Locis affectis*, quorum in recenſione proximè præcedentis Codicis XIImi jam eſt facta mentio.

XIV.

Decimus quartus (5) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *octavo*, conſtátque folijs *centum octoginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs

(1) *Fuit is etiam olim inter Codices MStos Medicos Græcos* duodecimus.

(2) *Vide ſuprà citatam Operum* Galeni *editionem græcam Baſileenſem Tom. III pag.* 248.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* trigeſimus quintus.

(4) *Vide ibi fol.* 201 *pag.* 2.

(5) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* vigeſimus tertius.

manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 8 pag. 2 uſque ag fol. 11 pag. 1, *anonymi cujuſdam Autoris Opuſculum græco-barbarum de Structurâ hominis ex Galeno, Hippocrate, &* (1) *Meletio Philoſopho collectum*, cujus titulus & principium: Διαθήκη τῶν τριῶν Ἰατρῶν, Γαληνοῦ, Ἱπποκράτους, καὶ Μελετίου τοῦ σοφοῦ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς. Πᾶσι τοῖς θέλουσιν ἐνδιάγειν περὶ τῆς αὐτῶν ὑγείας &c.

(1) Hujus Meletij Philoſophi Opus de Naturâ ſtructuráq; hominis, à Nicolao Petrejo Corcyræo è græcâ linguâ in latinam tranſlatum, prodijt in lucem Venetijs ex Officinâ Gryphij A. 1552 in 4to.

Secundò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 8 pag. 1, & à fol. 11 pag. 1 uſque ad fol. 59 pag. 1, ejuſdem *anonymi Autoris Ecloga græco-barbara ex Galeno, in Capita centum ſeptuaginta ſex diviſa*, quarum titulus & principium: Ἀρχὴ τοῦ Γαληνοῦ. Κεφάλαιον α΄ περὶ πόνον κεφαλῆς. Ὅταν ποιέσει τ' ἀνθρώπου ἡ κεφαλὴ, &c. In fine Capitis centeſimi ſeptuageſimi ſexti ſive ultimi legitur hæc ſubſcriptio: Τέλος τῶν ρος΄ κεφαλαίων τοῦ Γαληνοῦ, καὶ ἀρχὴ τοῦ Ἱπποκράτους.

Tertiò, & quidem à fol. 59 pag. 2 uſque ad fol. 128 pag. 2, ejuſdem *anonymi Autoris Ecloga græco-barbara ex Hippocrate, in Capita ducenta viginti duo diviſa*, quarum titulus & principium: Ἀρχὴ τοῦ Ἱπποκράτους. Κεφάλαιον α΄ περὶ ἀπηγάνου εἰς κρίον. Ἀπήγανος ἔχει οὕτως· &c. In fine Capitis ultimi legitur hæc ſubſcriptio: Τέλος τῶν σκβ΄ κεφαλαίων τοῦ Ἱπποκράτους περὶ ὕλης ἰατρικῆς, καὶ ἀρχὴ Μελετίου τοῦ σοφοῦ.

Quartò, & quidem à fol. 129 pag. 1 uſque ad fol. 189 pag. 1, ejuſdem *anonymi Autoris Ecloga græco-barbara ex Meletij Philoſophi Jatroſophio, in Capita ducenta ſeptendecim diviſa*, quarum titulus & principium: Ἀρχὴ τοῦ Μελετίου Ἰατροσοφίου. Κεφάλαιον α΄ περὶ ἐντέρων. Ὅταν ἐξέβουν τὰ ἔντερα τοῦ ἀνθρώπου &c.

XV.

Decimus quintus (2) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *ſedecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *Alexandri Aphrodiſienſis Medici Liber de Febribus ad Apollonium*, qui inſcribitur atque incipit his verbis: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως ἰατροῦ περὶ πυρετῶν πρὸς Ἀπολλώνιον. Ἤπειξας ἡμᾶς, Ἀσκληπιαδῶν ἄριστε Ἀπολλώνιε, περὶ πυρετῶν σοι τοσαῦτα διὰ γραφῆς παραδοῦναι, ὅσα σχεδὸν παρ' ἡμῖν φοιτῶντι διὰ γλώττης παρεδηλώσαμεν, ἵν' ὥσπερ &c. Exſtat is, ſed *latinè* tantùm, Georgio

(2) Fuit & olim extra numerum.

Georgio Vallâ Placentino interprete, in Volumine variorum Opuſculorum *Symphoriani Champerij*, Phyſici Lugdunenſis, Lugduni A. 1506 edito in octavo. Idem autem omninò deeſt in Syntagmate veterum Autorum Græcorum, Arabum & Latinorum de Febribus, Venetijs à Gaſpare Bindono apud Gratioſum Perchacinum A. 1576 edito in folio.

XVI.

Decimus ſextus (1) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *trecentis triginta quatuor*. Continentur eo *Oribaſij Pergamenſis Synopſeos Medicæ ad filium Euſtathium Libri novem*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit his verbis: Ὀρειβασίου πρὸς Εὐστάθιον τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σύνοψις καὶ ἐκλογαὶ ὑγιειναὶ, προφυλακτικαί τε καὶ σύνθετοι, ἔτι δὲ σημειωτικαὶ καὶ θεραπευτικαὶ, καὶ ἀνατομικαὶ, ἀπὸ διαφόρων ἀρχαίων. Κελεύσαντος τοῦ Ἰουλιανοῦ ποτὲ τοῦ θειοτάτου Αὐτοκράτορος συναγαγεῖν με τῶν ἀρίστων ἰατρῶν τὰ, ὅσα χρήσιμα καὶ ἀναγκαῖα πρὸς τὴν κτῆσιν τῆς ὑγείας, προθύμως συνήγαγον ἐν (2) ἑβδομήκοντα βίβλοις, &c. Eidem Libro *primo* præfixum etiam eſt *Argumentum totius Operis* hoc modo: Σύνοψις τῶν Ὀρειβασίου ἐννέα λόγων πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Εὐστάθιον. Ἐν τῷ πρώτῳ διδάσκει, ὅσα προφυλακτικὰ ἐν γυμνασίοις, κενώσεσι καθολικαῖς καὶ μερικαῖς ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, &c. Exſtat hæc *Synopſis* in *Joannis Baptiſtæ Raſarij* Baſileenſi Operum *Oribaſij* editione A. 1557 in octavo, & quidem Tomo primo, ſed, ut reliqua ejuſdem Opera, tantùm *latinè*.

XVII.

Decimus ſeptimus (3) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* pervetuſtus & bonæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *ducentis ſeptuaginta duobus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *Aetij* (4) *Amideni, Medici celeberrimi & Comitis* (5) *Opſicij*, Τετράβιβλος, ſive, *Syntagma Medicinæ ex veteribus contracta*, diviſum *in quatuor primarias Partes* ſeu *Sectiones*, quarum quælibet *quatuor Libros* complectitur, ita ut totum Syntagma in univerſum conſtet

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducentesimus trigeſimus primus.*

(2) *Ita quoque ſcriptum fuit in antiquis illis Codicibus MStis, quibus* Raſarius *uſus eſt; nempe* οʹ *ſive ſeptuaginta, non autem* οβʹ *ſive ſeptuaginta duobus, ut perperàm legitur apud* Suidam.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos decimus* quartus.

(4) *Ab* Amidâ, *Vrbe Meſopotamiæ ad Tigrim fluvium, de quâ vide* Procopium *Lib. 3 de Ædificijs cap. 2.* (5) Κόμης Ὀψικίου *ſive* Comes Obſequij *in Aulâ Imperatoriâ Conſtantinopolitanâ appellabatur is, qui* Obſequio, *hoc eſt, Anteambulonibus, qui Imperatorem ordinis tuendi & honoris causâ antecedebant, præerat, habebátque idem ſub ſe in Aſiâ integrum aliquod* Thema, *ſive peculiarem quandam* Provinciam, *dictam* τὸ Ὀψίκιον *ſive* Obſequium, *ut prolixè & accuratè docet* Imp. Conſtantinus Porphyrogenitus *Libro primo de Thematibus ſive Provincijs Imperij Orientalis. Corrigendus igitur eſt* Petri Caſtellani *Liber de Vitis Illuſtrium Medicorum pag.* 130, *ubi pro* Coes Opſicij *perperàm legitur* Comes Opificij.

conſtet *Libris* (1) *ſedecim*. *Argumentum totius Operis* inſcribitur atq; incipit his verbis: Δήλωσις τῶν ἐμπεριεχομένων ἐν τοῖς ιϛ΄ βιβλίοις τοῦ Ἀετίου. Ἐν μὲν τῷ πρώτῳ καὶ δευτέρῳ λόγῳ σύνοψίς ἐστι τοῦ περὶ τῶν ἁπλῶν Φαρμάκων Γαληνοῦ, καὶ τοῦ περὶ τροφῶν δυνάμεων, &c. Quo finito, ſequitur *Liber primus* hoc modo: Ἀετίου Ἀμιδηνοῦ βιβλίον πρῶτον. σύνοψις τῶν τριῶν βιβλίων (2) Ὀρειβασίου· λέγω δὴ τῶν πρὸς Ἰουλιανὸν, καὶ τῶν πρὸς Εὐστάθιον, καὶ τῶν πρὸς Εὐνάπιον· καὶ τῶν θεραπευτικῶν βιβλίων Γαληνοῦ, καὶ Ἀρχιγένους, καὶ Ῥούφου, καὶ ἑτέρων τινῶν ἀρχαίων ἐπιστήμων. Σύνοψις τῶν ἁπλῶν Γαληνοῦ πρῶτον. Αἱ διαφοραὶ τῶν κατὰ μέρος ἐνεργειῶν ἑκάστῳ τῶν φαρμάκων γίνονται, &c. Exſtant hi *ſedecim Libri latinè* interprete *Jano Cornario*; *græcè* autem prodierunt hactenùs in lucem *priores* tantùm *octo* Venetijs apud Aldum Manutium A. 1534 in folio. Poteſt igitur *Aldina* illa editio græca beneficio hujus Codicis MSti *Cæſarei* non ſolùm plurimis locis emendari & illuſtrari, verùm etiam integris *octo poſterioribus Libris* ſuppleri.

XVIII.

Decimus octavus (3) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *folio*, principio & fine mutilus, conſtátque nunc folijs *ducentis ſexaginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo ſuprà memorati *Aetij Amideni Medicinæ contractæ Liber nonus, decimus, undecimus, duodecimus, decimus tertius, decimus quartus*, & *decimus quintus*, ita tamen, ut Liber *nonus* principio, *decimus quintus* autem fine careat. Poteſt ergò etiam hic Codex ad ſupplendam ſuprà memoratam *Aldinam editionem græcam* utiliter adhiberi.

XIX.

Decimus nonus (4) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *folio*, conſtátque folijs *trecentis ſeptuaginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 53 pag. 1, *Meletij Monachi Liber de Naturâ ſtructurâq; hominis*, cujus titulus & principium: Μελετίου μοναχοῦ περὶ φύσεως ἀνθρώπου. Τὰ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς καὶ ἐξ ὅσων ἐστὶ φύσεων, καὶ τίς ἡ τῆς ψυχῆς οὐσία, &c. Exſtat quidem hoc Opuſculum impreſſum Venetijs A. 1552 in quarto, ſed

(1) *Apud Caſtellanum ſuprà citato loco perperàm legitur Libris ſeptendecim.*

(2) *Ex hoc atque alijs nonnullis* Aetij *locis manifeſtè apparet*, Aetium Oribaſio *aliquanto Juniorem eſſe, ideóq;* Wolfgangum Juſtum *in Chronologiâ Medicorum Illuſtrium &* Joannem Antonidem Lindanum *Libro primo de Scriptis Medicis errare, qui* Aetium *ad tempora* Imp. Conſtantini Magni *referunt, & perperàm confundunt cum* Aetio Antiocheno, *Hæreſiarchâ*, Eunomij *Hæreſiarchæ Magiſtro, de quo conſulendus eſt* Suidas.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* ſecundus.

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* undecimus.

sed *latinè* tantùm *Nicolao Petrejo Corcyræo* interprete, potéstque beneficio hujus Codicis manuscripti *Cæsarei* non mediocriter augeri, quia ibi *Caput trigesimum quintum de Animâ* quintuplo majus est, quàm in jam memoratâ editione impressâ.

Secundò, & quidem à fol. 53 pag. 1 usque ad fol. 57 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris (1) Παρεκβολαὶ παλαιῶν ἰατρῶν περὶ διαχωρημάτων, hoc est, *Excerpta* seu *Selecta veterum Medicorum de excrementis*. Incipiunt ea his verbis: Οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν οἱ ἐξαίρετοι παρέδωκαν ἡμῖν κανόνας διαγνωστικοὺς, δι' ὧν &c.

(1) *Sic etiam* Georgius Codinus *Excerpta sive Selecta sua de Originibus Constantinopolitanis inscripsit* Παρεκβολάς.

Tertiò, & quidem à fol. 57 pag. 2 usque ad fol. 63 pag. 2, *Theophili Liber de excrementis*, cujus titulus & principium: Θεοφίλου περὶ διαχωρημάτων. Ἐπεὶ τὰς θέσεις τῶν ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος κειμένων μορίων, τάς τε κατὰ φύσιν καὶ τὰς παρὰ φύσιν, ἐκ τῶν ἐκκρινομένων περιττωμάτων διαγινώσκομεν, &c.

Quartò, & quidem à fol. 64 pag. 1 usque ad fol. 278 pag. 2, *Pauli Æginetæ Rei Medicæ Libri sex priores*, quorum *Proemium* incipit his verbis: Οὐχ' ὡς τῶν παλαιοτέρων ἐν τοῖς κατὰ τὴν τέχνην τι παραλελοιπότων τὴν δὲ τὴν πραγματείαν ἐποιησάμην, ἀλλὰ &c. *Libri* autem *sexti Caput centesimum vigesimum secundum* sive *ultimum* inscribitur: (2) Περὶ τῆς σὺν κατάγματι γινομένης ἐξαρθρήσεως, hoc est, *De luxatione cùm fracturâ factâ*.

(2) *Vide suprà citatam editionem græcam Basileensem pag. 227.*

Quintò, & quidem à fol. 278 pag. 2 usque ad fol. 280 pag. 1, *Antylli fragmentum Medicum*, cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν Ἀντύλλου περὶ ἑψήσεως τῶν ἐμβαλλομένων εἰς τὰ ἔμπλαστρα φαρμάκων. Λιθάργυρος ἐν ταῖς ἑψήσεσι τῶν φαρμάκων &c. Vide *Aetium Amidenum*, apud quem varia hujus *Antylli* exstant fragmenta.

Sextò, & quidem à fol. 280 pag. 1 usque ad fol. 281 pag. 2, *Excerpta ex Galeno de Medicinis succedaneis*, quorum titulus: Περὶ ἀντεμβαλλομένων ἐκ τῶν Γαληνοῦ. Vide etiam infrà Cod. XXI, num. 6.

Septimò, & quidem fol. 281 pag. 2 & fol. 282 pag. 1, *Excerpta ex Paulo Ægineta de Ponderibus & Mensuris Medicis* generatim, *de Characteribus* sive *Notis Ponderum & Mensurarum* conjunctim, *de Ponderibus* separatim, *de Mensuris liquidorum* separatim, *de Mensuris aridorum* separatim. Principium horum Excerptorum est tale: Περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων. Ὁ σταθμὸς βάρει μετρούμενος &c. Vide suprà Codicem VIIIvum, num. 2.

Octavò,

Octavò, & quidem à fol. 282 pag. 1 usque ad fol. 283 pag. 1, *Hippocratis Liber Mysteriorum de præsignificatione vitæ & mortis humanæ*, in sepulchro ipsius, jussu *Imp. C. Julij Cæsaris* aperto in pulpito sub capite inventus, & ab ipsius Medico *Modonosio* publicatus. *Præfatio anonymi autoris* inscribitur atque incipit his verbis: Ἱπποκράτους νόηματε καὶ σημείωσις περὶ ζωῆς καὶ θανάτου. Ὁ ἐμπειρικώτατος ἁπάντων καὶ ὀξεία σοφία τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων θεραπευτὴς ἐκελεύει Ἱπποκράτης, ἵνα ἐν τῷ ταφιασμῷ αὐτοῦ τεθῇ ἐν τῷ ἑαυτοῦ τάφῳ ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν (1) ἀναλογεῖον μετά τινος βιβλίου, οὗ τὴν διεξοδικὴν ἔκδοσιν οὐ πεποίηται. εἶχε γὰρ ἐν ἑαυτῷ ἐγκεκρυμμένα θεῖα μυστήρια. ποτὲ οὖν &c. Ipse autem Libellus, in *novendecim Aphorismos* divisus, incipit hoc modo: Ἐι κεφαλαλγίαν ἔξει ἡ οἴδημα εἰς τὸ πρόσωπον &c. Est autem revera figmentum suppostititium recentioris cujusdam *græco-barbari* tenebrionis, qui illud satis ineptè conflavit ex *Hippocratis* genuino *Prognostico* sive *Libro Prænotionum*.

(1) Ἀναλογεῖον, pulpitum. *Vide Glossarium græco-barbarum Joannis Meursij.*

Nonò, & quidem à fol. 283 pag. 1 usque ad fol. 287 pag. 2, (2) *Rufi Ephesij Erotemata Medica undecim græco-barbara*, quorum titulus & principium: Ῥούφου ἰατροῦ ἐρωτηματικὰ ιά. Ἐρωτήματα χρὴ τὸν νοσοῦντα ἐρωτᾶν &c.

(2) *Vide de eo Lib. II horum Commentar. pag.* 566.

Decimò, & quidem à fol. 287 pag. 2 usque ad fol. 291 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Lexicon Botanicum græco-barbarum ordine alphabetico*, cujus titulus & principium: Λέξικον βοτάνων κατὰ στοιχεῖον. Ἅλας ἀμμωνιακὸν, τὸ (3) τζαπαρικὸν &c.

(3) *Vide* Joan. Meursij *Glossarium græco-barbarum, ubi agitur de vocibus* τζάπον τζάππα, & τζαπαρικός.

Vndecimò, & quidem fol. 292 pag. 1 & 2, anonymi cujusdam Autoris *Observationes quædam Medico-Astrologicæ*, quarum principium: Ἰστέον, ὅτι ὁ ἐνιαυτὸς διαιρεῖται εἰς καιροὺς τέσσαρας, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 294 pag. 1 usque ad fol. 296 pag. 2, *Petosiris Philosophi Ægyptij Epistola Astrologica ad Nechepsum Regem de vitâ & morte humanâ, varijsque vitæ humanæ accidentijs, cum subjunctis septem Diagrammatibus, ad eandem pertinentibus.* Inscribitur ea atque incipit his verbis: Προγνωστικὸν ἠκριβωμένον βιωφελὲς καὶ χρήσιμον, ἀντιγραφὲν ἐξ Αἰγυπτιακῆς παλαιᾶς βίβλου. Πετόσιρις Νεχεψῷ τῷ τιμιωτάτῳ Βασιλεῖ χαίρειν. Ἐπειδὴ βεβάρηταί σου θεία ψυχὴ, σοφώτατε Βασιλεῦ, πολυπραγμονεῖν ἐν ταῖς τῶν ἄστρων κινήσεσιν, ζητοῦσα τῶν ἐσομένων τὴν ἔκβασιν· πολυσχεδὴς γὰρ καὶ δυσκατάληπτος· ἠξίωσας ἡμᾶς σύντομον κανόνιον ἐκθεῖναι περὶ ἑνὸς ἑκάστου

τῶν ὑπ' ἐμοῦ εὑρισκομένων πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον. ἐξακριβωσάμενος δὲ &c. Plura hâc de re vide (1) suprà in recensione Codicis Xmi, num. 5.

(1) Vide suprà pag. 94 & 95.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 297 pag. 1 usque ad fol. 305 pag. 2, *Aristotelis Liber de Mundo ad Alexandrum Magnum*, cujus titulus & principium: Ἀριστοτέλους περὶ κόσμου πρὸς Ἀλέξανδρον. Πολλάκις ἔμοιγε θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον χρῆμα, ὦ Ἀλέξανδρε, ἡ φιλοσοφία ἔδοξεν εἶναι, &c. Optima & præstantissima Opusculi hujus doctissimi & verè genuini editio est illa *Bonaventuræ Vulcanij*, quæ cum ipsius eruditissimis Scholijs & *duplici Interpretatione Latinâ*, priore quidem *L. Apuleij*, alterâ verò *Guilielmi Budæi*, Lugduni Batavorum typis Plantinianis apud Franciscum Raphelengium A. 1591 in octavo in lucem prodijt. Adjunctum etiam isti editioni est *Gregorij Cyprij Patriarchæ Constantinopolitani Encomium Maris*; ut & *Pauli Silentiarij Semi-Jambi in Thermas Pythias*, quorum principium: Βούλει μαθεῖν ἄνθρωπε Θερμῶν ἄτεχνον ῥεῦμα, &c. Quod propterea obiter moneo, quia Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 251, ubi eorundem *Semi-Jamborum* fit mentio, pro Θερμῶν legitur Θερμόν.

Decimo quartò, & quidem à fol. 305 pag. 2 usque ad fol. 308 pag. 1, *ex S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini Opere contra Imp. Julianum Apostatam fragmentum*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουλιανὸν βίβλου &c. Τοιγαροῦν Νῶε μὲν, γεγονὼς ἀνὴρ τῶν ὄντι μάλιστα θεοφιλεστάτων, &c.

Decimo quintò, & quidem fol. 308 pag. 1 & 2, anonymi cujusdam Autoris *Annotamentum Chronologicum de Origine supputationis temporum secundùm Olympiades à Manasse Rege Juda usque ad principium Imperij Theodosij Magni.* Ipsa istius Annotamenti Inscriptio cum principio suo est hæc: Ἱστορία περὶ τοῦ μέτρου τῆς Ὀλυμπιάδος. Κατὰ τὸν χρόνον, ὅτε Θεοδώσιος ὁ Βασιλεὺς ἐκέλευσε μὴ ἔχειν συναγωγὴν Ἰουδαίους ἐν Κωνσταντινουπόλει, &c.

Decimo sextò, & quidem à fol. 308 pag. 2 usq; ad fol. 315 pag. 1, *S. Anastasij Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni*, *Quæstiones & Responsiones quædam sacræ*, quarum Libro *tertio*, *quarto* & *quinto* horum Commentariorum jam aliquoties mentio facta est.

Decimo septimò, & quidem à fol. 316 pag. 1 usque ad fol. 318 pag. 2, *anonymi cujusdam Autoris Introductio in Artem Medicam*, cujus principium: Μέλλοντας ἡμᾶς ἰατρικῶν λόγων ἄρχεσθαι, ἀναγκαῖον ἐστὶ &c.

Decimò

Decimo octavò, & quidem à fol. 318 pag. 2 usque ad fol. 320 pag. 1, *Excerpta quædam ex Galeno*, quorum principium: Γαληνοῦ περὶ τέχνης ἰατρικῆς. Τρεῖς εἰσιν αἱ πᾶσαι διδασκαλίαι &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 320 pag. 2 usque ad fol. 329 pag. 2, *Theophili Monachi Liber de Vrinis*, cujus titulus & principium: Θεοφίλου μοναχοῦ περὶ οὔρων. Τὴν περὶ τῆς τῶν οὔρων διαφορᾶς πραγματείαν &c. Edidit hunc Libellum *græcè* & *latinè*, sed sub generali *Jatrosophistæ* nomine, *Federicus Morellus* Parisiis A. 1608 in 12mo. Vide etiam ibidem ejusdem *Morelli Notas* pag. 63, 65, 66, ubi ipse agnoscit & ingenuè fatetur, autorem hujus Libelli esse *Theophilum*.

Vigesimò, & quidem à fol. 330 pag. 1 usque ad fol. 334 pag. 1, *Joannis Episcopi* (1) *Presdrianorum Liber de Vrinis*, cujus titulus & principium: Τοῦ ταπεινοῦ Ἰωάννου Ἐπισκόπου Πρεσδριάνων συγγραφὴ περὶ οὔρων, συλλεγεῖσα ἀπὸ πολλῶν καὶ διαφόρων παλαιῶν καὶ νέων ἰατρῶν περὶ οὔρων εἰπόντων, οἷον Ἱπποκράτους τοῦ Κώου, Πολύβου τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ, Γαληνοῦ τοῦ Περγαμηνοῦ, Μάγνου, Ὀριβασίου, Ἀετίου, Παύλου τοῦ Αἰγινήτου, Ἀλεξάνδρου Τραλλιανοῦ, Θεοφίλου, (2) Στεφάνου, καὶ τῶν λοιπῶν. Ἐπειδὴ προτεθέμεθα εἰπεῖν περὶ οὔρων &c.

Vigesimo primò, & quidem à fol. 334 pag. 2 usque ad fol. 355 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Miscellanea Medica*, inter quæ sunt *fragmenta quædam ex Paulo Æginetâ* & *Alexandro Tralliano*.

Vigesimo secundò, & quidem à fol. 355 pag. 1 usque ad fol. 373 pag. 1, *anonymi cujusdam Autoris Opus tripertitum græco-barbarum de Compositione variorum Medicamentorum Capitibus centum & tribus; de Compositione Emplastrorum Capitibus septuaginta quatuor; & de Compositione Oleorum Capitibus novem*. Titulus primus ac generalis totius Operis cum principio *Indicis* ejusdem est talis: Τῶν σκευασιῶν ἡ βίβλος αὐτη πέλει. Α', Σκευασία τοῦ νάρδου· Β', Σκευασία ἡ θηριακή· Γ' Σκευασία ἡ Μιθριδάτιος· &c. Notabile autem ibi inprimis est *Caput nonagesimum sextum de compositione* τοῦ ἁλατίου Λουκᾶ τοῦ ἁγίου Εὐαγγελιστοῦ, hoc est, *Embammatis salsi* sive (3) *salsi Intinctûs S. Lucæ Evangelistæ*; qui fuit professione *Medicus*, ut Epistolæ *S. Pauli* ad Colossenses cap. 4 vers. 14 videre est. Quòd porrò ad utilitatem & efficaciam istius *Embammatis* attinet, magna profectò & multiplex ea (4) ibi prædicatur ad conservandam sanitatem & prolongandam vitam, si quis piè vivat, & cibos in illud quotidiè intingat.

Vigesimo tertiò, & quidem à fol. 374 pag. 1 usque ad fol. 376 pag. 2,

(1) *Ortelius in Thesauro Geographico*: Prisdriana, circa Bulgariam Oppidum Curopalati.

(2) *Vide suprà Cod. III, num. 2 & Cod. X, num. 13.*

(3) *Ab Italis simpliciter vocatur* Salsa, *& à Gallis* Sausse.

(4) *Vide etiam* Nicolai Myrepsi Alexandrini o*pus de compositione Medicamentorum Sect. 2 de Salibus cap. 16, ubi de eodem* Sale S. Lucæ *iisdem ferè verbis agitur.*

pag. 2, *Miscellanea quædam Medico-Astrologica*, quorum principium: Γνωςέον δὲ τοῦτο, ὅτι ιβ' εἰσὶ ζώδια, καὶ τὰ μὲν ἓξ &c. Exstant etiam ibi eadem *Diagrammata*, quæ suprà in eodem Codice, num. 12, *Petosiris Epistolæ* subjuncta sunt.

XX.

Vigesimus (1) *Codex* manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *centum septuaginta septem* & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 27 pag. 1, *Meletij, Monachi Monasterij Sanctæ Trinitatis apud Tiberiopolim in Phrygiâ Majore, Liber de Naturâ structurâque hominis*, cujus Inscriptio rubricata est talis: Πόνημα εἰς σύνοψιν περὶ φύσεως ἀνθρώπου, ἐξερανισθὲν καὶ συντεθὲν παρὰ Μελετίου μοναχοῦ ἐκ τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἐνδόξων καὶ τῶν ἔξω λογάδων Φιλοσόφων. In margine autem ibidem adscripta sunt hæc: Μελέτιος πόνημα τοῦτο συμπλέκει εἰς γνῶσιν εὐσύνοπτον εὐμαθεςάτων, τὸ γνῶθι σαυτὸν εὐσκοπὸν τεθειμένος. Sequitur deinde anonymi cujusdam Autoris *Præfatio*, quæ in (2) suprà citatâ *Nicolai Petreij Corcyræi editione Venetâ latinâ* perperàm attribuitur ipsi *Meletio*, & principio suo ibi caret, ut manifestè constat ex sequenti Codicis hujus manuscripti *Cæsarei* principio: Ἡ παροῦσα σύνοψις περὶ φύσεως ἀνθρώπου διενοήθη καὶ συνελέγη καὶ συνετέθη παρὰ Μελετίου μοναχοῦ Θέματος τοῦ (3) Ὀψικίου βάνδου (4) ἀκρογχοῦ χωρίου (5) Τιβεριουπόλεως, μονῆς λεγομένης Τριὰς ἤτοι τῆς ἁγίας Τριάδος, οὐχ ὡς καινόν τι ἐπινοήσαντος περὶ ἀνθρώπου φυσιολογῆσαι, ἀλλὰ (6) σύντομον καὶ ἀνελλιπῆ πραγματείαν ἐκθέσθαι τοῖς φιλομαθέσι καὶ φιλοπόνοις βουλομένου. Εἰ γὰρ καὶ πολλοὶ τῶν ἀρχαίων σοφῶν πολλοὺς κατὰ ἀποτάδην ἢ ἐν συντόμῳ περὶ τῆς φύσεως ἡμῶν λόγους ἐξέθεντο, ἀλλ' οὐδεὶς ἀνελλιπῆ καὶ ἀνυπέρβλητον ταύτην ἀπήρτισεν. Ὁ μὲν γὰρ Ἱπποκράτης περὶ φύσεως παιδίου &c. Ipsa porrò genuina *Meletij Præfatio*, incipit, ut in (7) proximè præcedenti Codice, his verbis: Τὰ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς &c. Quod porrò ad finem hujus Opusculi attinet, pertingit illud in hoc Codice *Cæsareo* tantùm usque ad illum locum, ubi post generalem de Homine & toto Corpore humano tractationem

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* decimus octavus.
(2) *Vide suprà pag.* 103 *&* 104.
(3) *De hoc Themate, sive Provinciâ Imperij Romani Orientalis, dictâ* Opsicio *sive* Obsequio, *ad quam etiam utraque Phrygia pertinuit, vide suprà pag.* 102.
(4) *Locus obscurus, de quo nondum mihi satis liquet, præterquàm quod* Βάνδον *græco-barbarè usurpatur pro* Vexillo *sive* Signo militari; *cujus rei exempla vide apud Joannem Meursium in Glossario græco-barbaro. Vide etiam Joan. Gerard. Voßium de Glossematis Latino-barbaris Lib. 2 cap. 3.* (5) *Vide Ortelij Thesaurum Geographicum lit. T, ubi agitur de* Tiberiopoli. (6) *Hinc incipit suprà memoratæ editionis Venetæ latinæ mutila & interpolata Præfatio.* (7) *Vide suprà pag.* 103.

tionem incipit Dissertatio specialis de *Capite* his verbis: Τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τῶν ὑψηλοτάτων κειμένην τοῦ σώματος τόπων &c. Quibus verbis in proximè præcedenti (1) Codice præfixus est hic titulus: Κεφάλαιον πρῶτον, sive, *Caput primum*. (1) *Vide ibi fol.* 19 *pag.* 1.

Secundò, & quidem à fol. 28 pag. 1 usque ad fol. 82 pag. 2, *Nicephori Blemmidæ Opuscula quatuor Medica*: quorum *primum*, Εἴδησις τῶν ἰατρικῶν μέτρων, sive, *Notitia Mensurarum Medicarum*, cujus principium: Τῶν ἰατρικῶν μέτρων εἰσὶ ταῦτα. Τὸ Ἰταλικὸν κεράμιον &c; *secundum*, Κανὼν εἰς τὰς κρίσεις τῶν αἱμάτων τῆς φλεβοτομίας τῶν ἀσθενῶν, hoc est, *Canticum* seu *Carmen de judicando de sanguine phlebotomiæ ægrotorum*, cujus principium: Μάθε καὶ τὰ αἵματα λοιπὸν τῆς φλεβοτομίας ὁπόσα, &c; *tertium*, Κανὼν εἰς τὰς κρίσεις τῶν ὑελίων τῶν δεκατεσσάρων, τῶν θεωρουμένων ἐπὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἀσθενείαις, hoc est, *Canticum* seu *Carmen de Urinis ægrotorum*, cujus principium: Τῶν ἀσθενῶν ὑελία μάθε τεσσαρακαίδεκα. τὸ μὲν λευκὸν τὸ πρῶτον &c; *quartum*, Διαγνώσεις καὶ θεραπεῖαι τῶν ἀσθενιῶν τῶν ἀνθρώπων, hoc est, *Cognitiones & Curationes morborum humanorum*, in *centum triginta Capita* divisæ, quarum titulus & principium: Ἕτερον τοῦ αὐτοῦ Βλεμμίδου περὶ ἰατρικῆς διδασκαλίας. Κεφάλαιον α΄ περὶ πόνου ἡμικρανίου. Κοπάνισον ψίχας ἄρτου &c. Titulus horũ *quatuor Opusculorum* conjunctim est talis: Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου εἴδησις τῶν ἰατρικῶν μέτρων, καὶ Κανὼν εἰς τὰς κρίσεις τῶν αἱμάτων τῆς φλεβοτομίας τῶν ἀσθενῶν, καὶ Κανὼν εἰς τὰς κρίσεις τῶν ὑελίων τῶν δεκατεσσάρων, τῶν θεωρουμένων ἐπὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἀσθενείαις, ἀλλὰ δὴ καὶ εἰς τὰς διαγνώσεις καὶ θεραπείας αὐτῶν, πάνυ ἀναγκαιότατα. Notandum autem est, *secundum* & *tertium* horum Opusculorũ, nempe de *Sanguine phlebotomiæ*, & *de Urinis*, in Augustissimæ Bibliothecæ *Cæsareæ* Codice manuscripto Theologico Græco *ducentesimo sexagesimo nono*, non *Nicephoro Blemmidæ*, sed *Maximo Planudi* attribui, ut Libro *quinto* horum Commentariorum pag. 218 videre est. Pro *Nicephoro* tamen *Blemmidâ* stant etiam alij nonnulli aliarum Bibliothecarum antiqui Codices manuscripti, quorum mentionem faciunt *Joannes Jacobus Frisius* in Bibliothecâ Gesnerianâ à se auctâ & *Joannes Georgius Schenckius* in Bibliothecâ Medicâ, & quidem uterque literâ N, ubi agitur de *Nicephoro Blemmidâ*. Notandum prætereà & hoc est, quod in *quarto* suprà memoratorum

Opusculorum, nempe *de Curationibus morborũ*, fol. 73 pag. 2 & fol. 74 pag. 2, *Magistriani* cujusdã *duplex curatio Leprosorũ* exstat hoc modo: Περὶ θεραπείας λεπρῶν τοῦ Μαγιστριανοῦ δόκιμον. Πρῶτον δεῖ ποτίζειν &c; item: Ἕτερον τοῦ αὐτοῦ Μαγιστριανοῦ δόκιμον. Σκλώου ἄνθη οὐγγείας γʹ, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 82 pag. 2 usque ad fol. 102 pag. 1, *anonymi cujusdam autoris* Ἰατρικὸν sive *Opus medicinale*, quo præter *Dioclis Caristij Epistolam ad Antigonum Regem de tuendâ sanitate* continentur *Curationes variorum morborum*, quibus etiam *superstitiosa nonnulla & magica remedia* permixta sunt. Inscribitur illud atque incipit hoc modo: Ἰατρικόν. Δεῖ εἰδέναι, ὅτι (1) ἀπὸ πλοιάδος δύσεως μεχρὶ τροπῆς χειμερινῆς &c.

(1) *Hoc est principium suprà memoratæ* Epistolæ Dioclis, *sed* Præfatione mutilæ. *Integram autem eam edidit latinè* Nicolaus Petrejus Corcyræus *cum suprà memorato* Meletij *Libro de Naturâ structurâq; hominis.*

Quartò, & quidem à fol. 102 pag. 2 usque ad fol. 130 pag. 1, *Symeonis Sethi Antiocheni, Magistri & Philosophi, Liber de Alimentorum facultatibus ordine alphabetico*, cujus titulus & principium: Συμεὼν, Μαγίστρου καὶ Φιλοσόφου, τοῦ Σὴθ, τοῦ Ἀντιοχίτου, περὶ ὑγιεινῆς πραγματείας διὰ τῆς τῶν ἐξαιτίων συμμετρίας. Στοιχεῖον αʹ. Ἡ ἐκ τῶν ἄρτων τροφὴ διαφέρει τετραχῶς, παρά τε τὴν τούτων ὕλην ἤτοι τὸν σῖτον, καὶ τὴν τούτων ἐργασίαν, καὶ τὸ πῦρ, ἐν ᾧ &c. Edidit quidem hunc Librum *græcè* & *latinè* in lucem *Lilius Gregorius Gyraldus* Basileæ A. 1538 in octavo, eundémque emendatum, auctum & novâ versione latinâ, atq; difficilium Locorum explicatione illustratum denuò publicavit *Martinus Bogdanus Drisna-Marchicus* Parisijs A. 1658 in octavo; sed operæ pretium fuerit, utramque illam editionem impressam cum Codice hoc manuscripto *Cæsareo* diligenter & accuratè conferri.

Quintò, & quidem à fol. 130 pag. 2 usque ad fol. 132 pag. 1, *Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani Oneirocriticon*, sive, *Interpretatio Somniorum, versibus Jambicis secundum ordinem alphabeti*, cujus titulus & principium: Ὀνειροκρίτης διὰ στίχων ἰαμβικῶν κατὰ ἀλφάβητον. Ἀετὸν ἰδὼν, ἄγγελον Θεοῦ νόει. Ἄνακτι προσλαλῶν τις ἄπρακτος μένει. (2) Ἄνθραξι βαίνειν ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην. Ἀνδρὶ πλακεὶς φιλοῦντι &c. Vide Librum *quintum* horum Commentariorum pag. 237 & 238.

(2) *In Rigaltianâ Oneirocritici* Nicephori *editione pro* Ἄνθραξι βαίνειν *legitur* Ἄνθρακας βλέπειν.

Sextò, & quidem à fol. 132 pag. 2 usque ad fol. 177 pag. 2, *Miscellanea quædam Medica*, inter quæ est *anonymi cujusdam Autoris Liber Therapeuticus* sive *de Curationibus morborum ordine alphabetico*, cujus principium sine ullâ inscriptione est hoc: Ἀποσήματα

παντοῖα

παντοῖα θεραπεύσῃς οὕτως &c; *secundum Caput* inscribitur περὶ Ἄνθρακας; *tertium*, περὶ Ἀρμοπόνιον. Ἀρμόπονον θεραπεύσῃς οὕτως &c.

XXI.

Vigesimus primus (1) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque nunc folijs *quadringentis quadraginta tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* vigesimus secundus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 119 pag. 2, *Joannis* cognomine *Actuarij, filij Zachariæ Libri septem de Vrinis*, quorum *primus* principio caret Præfationis usque ad hæc verba: λεγόντων τε καὶ πειθόντων, οὐχ' ἥκιστ' αὐτις &c. Vide suprà memoratum Codicem *tertium* fol. 136 pag. 2, versu penultimo. Notandum tamen est, exemplar hoc manuscriptum, de quo in præsens agitur, melius esse priori.

Secundò, & quidem à fol. 120 pag. 1 usque ad fol. 173 pag. 1, ejusdem *Actuarij Libri duo de Spiritûs animalis actionibus & nutritione ad* (2) *Josephum Rhacendytam*, quorum *primus* inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἐνεργειῶν τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος πρὸς τὸν φιλοσοφώτατον κύριον Ἰωσήφ. Ἐπειδὴ δέ σου ταῖς ἐναγχός τε καὶ πρότριτα περὶ φιλοσόφοις θεωρήμασι συνουσίαις &c; secundus autem: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν περὶ διαίτης τροφῶν. Ὁποῖόν τι ἐν ταῖς κατὰ τὸν βίον ἡμῶν χρήσεσι &c. Exstant ij in *Henrici Stephani Syntagmate veterum Medicæ Artis Principum Græcorum & Latinorum*, Parisijs A. 1567 edito in folio, sed tantùm *latinè Julio Alexandrino Tridentino* interprete; *græcè* autem seorsùm prodierunt curâ ac studio *Jacobi Goupyli* Parisijs apud Martinum Juvenem A. 1557 in 8vo.

(2) *De hujus* Josephi Rhacendytæ *seu* Rhacenditæ *varijs scriptis Philosophicis consule* Joan. Jacobi Frisij *Bibliothecam Vniversalem lit. I. Vide etiam ipsius Actuarij Præfationem Libri secundi de Methodo medendi.*

Tertiò, & quidem à fol. 173 pag. 1 usque ad fol. 244 pag. 1, ejusdem *Actuarij Epitome* sive *Compendium totius Artis Medicæ*, in *Capita nonaginta novem* divisum, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ βιβλίον ἰατρικὸν περιέχον πᾶσαν τέχνην ἐν ἐπιτόμῳ. Ἐπειδή σοι εἰς τὴν ὑπὲρ τοῦ γένους ἡμῶν σταλλομένῳ πρεσβείαν ἐπὶ τοὺς ὑπερβορείους Σκύθας &c. Continet autem hæc *Epitome Librum primum* & *secundum de Methodo medendi*, conflatos in unum, ita ut finis Libri *primi* & initium *secundi* in Capite *quinquagesimo octavo*, περὶ ἰδρώτων inscripto, sine ullâ distinctione cohæreant hoc modo: Ἀλλ' οἷα τινὸς ὑποσχέσεως φίλοι ἤδη σοι ἡμεῖς, καὶ τὸ λοιπὸν ὧδε τῆς ὑποσχέσεως ἐκπεραίνοντες.

τες. Ἐπειδὴ καὶ γοῦν ἀγαθῇ τινι τύχῃ νότου πνεύσαντος εἰς ἣν ἐστέλλου πρεσβείαν ἄρας ἱστία ἔπλευσε, &c. Posteriora enim hæc verba, Ἐπειδὴ καὶ γοῦν &c, in suprà memoratâ *Henrici Stephani* editione latinâ Parisinâ sunt *principium Præfationis Libri secundi de Methodo medendi*, quæ secundùm *Cornelij Henrici Mathisij Brugensis* versionem incipit his verbis: *Quoniam, cùm felicibus avibus ad eam, ob quam mittebaris, Legationem navigaturus, flante austro è portu solveres*, &c. Valdè porrò notandum est, in Codice hoc manuscripto *Cæsareo* post suprà memoratam *Libri primi Præfationem Caput primum* inscribi atque incipere hoc modo: Τῷ παρακοιμωμένῳ τῷ (1) ἈΠΟΚΑΥΚΩ τῷ Κοιαίστορι χρηματίσαντι Μεγάλῳ Δουκί. Κεφάλαιον α΄ περὶ τοῦ ποῖα χρὴ προευτρεπίσασθαι τὸν ἰατρόν. Ἐπεὶ τῷ βουλομένῳ διαγινώσκειν εἴδη νοσημάτων &c. Hinc enim apparet *Actuarium* Opus suum *de Methodo medendi* scripsisse ad *Apocaucum* seu *Apocauchum*, qui (2) *obscurus ex obscuris* in *Bithyniâ* natus, & primùm quidem sub (3) *Josepho Rhacendytâ Philosophiæ* ac (4) *Medicinæ* deditus, posteà autem, mutato genere vitæ, Aulam Imperatoriam Constantinopolitanam secutus, ex (5) *mercenario Publicanorum scribâ* per varias artificiosas ambages & subdolam rerum acquirendarum dexteritatem non solùm permissu *Imp. Andronici Palæologi Senioris* (6) *Præfectus rei sabinariæ* & (7) *Princeps omnium Publicanorum* evasit, verùm etiam, (8) postquam metu meriti supplicij à jam memorato *Imp. Andronico Seniore* ad *nepotem* ipsius *Imp. Andronicum Juniorem* transfugit, (9) *Præfectus Sacri Cubiculi Imperatorij*, mox (10) *Quæstor Imperatoris*, deinde (11) *Præfectus Urbis Constantinopolitanæ*, & tandem (12) *Magnus Dux* atque *Gubernator totius Aulæ & Imperij* creatus est; ut prolixè & accuratè refert antagonista ipsius *Imp. Joannes Cantacuzenus* in Historiâ

(1) *A* Joanne Cantacuzeno *semper is appellatur* Ἀπόκαυχος. (2) Ἄσημος ἐξ ἀσήμων. *Vide* Joan. Cantacuz. *lib.* 1 *cap.* 23, *pag.* 74 *editionis gr. lat. Parisinæ Luparæ, & lib.* 3 *cap.* 14. *pag.* 392. (3) *Vide* Actuarij *Præfationem libri secundi de Methodo medendi* & Joann. Cantacuzen. *lib.* 3 *cap.* 36, *pag.* 469, *ubi* Apocauchus *ironicè vocatur* ὁ διδάσκαλος τῆς οἰκουμένης καὶ μαθητὴς τοῦ πράου καὶ φιλανθρώπου, *hoc est*, Magister Orbis & discipulus mitis illius ac benigni Præceptoris; *nempe* Josephi Rhacendytæ, *cujus nomen ibi subaudiendum est.* (4) *Vide* Actuarij *Præfationem Libri primi de Methodo medendi, ubi is expreßè testatur, se* Apocauchum *sæpè adhortatum esse, ut Medicæ Artis sacris initiaretur, quòd eam non mediocriter percepisset & amplexus esset. Huc etiam pertinet, quod* Joannes Cantacuzenus *lib.* 3 *cap.* 10, *pag.* 383 *refert,* Apocauchum *metaphoricis loquendi modis à Medicinâ desumptis uti consuevisse, &* Joannem Cantacuzenum *suum appellâsse* Medicum, *utpote cujus operâ multis sæpenumerò implicatus periculis & miseris affectus modis, ereptus atque curatus fuisset.* (5) *Vide* Joan. Cantacuzen. *Lib.* 1 *cap.* 23, *pag.* 74, *ubi ab ipso* Imp. Andronico Seniore *appellatur* τοῖς τῶν δημοσίων φόρων πράκταις ὑπογραμματεύων, *& lib.* 3 *cap.* 14, *pag.* 392, *ubi vocatur* ὑπογραμματεύων πολλοῖς τῶν τὰ δημόσια χρήματα εἰσπραττόντων ὀλίγου ἕνεκα μισθοῦ. (6) *Vide* Joan. Cantacuzen. *lib.* 1 *cap.* 23, *pag.* 74, *ubi appellatur* τῶν δημοσίων ἁλῶν ἔφορος. (7) *Vide* Joan. Cantacuz. *lib.* 3 *cap.* 14 *pag.* 392, *ubi appellatur* τὰ πρῶτα φέρων τελωνῶν. (8) *Vide* Joan. Cantacuz. *lib.* 1 *cap.* 23 *pag.* 75, *& lib.* 3 *cap.* 14 *pag.* 392. (9) Παρακοιμώμενος. *Vide* Joan. Cantacuz. *lib.* 1 *cap.* 23 *pag.* 73. (10) Ταμίας τῶν βασιλικῶν χρημάτων. *Vide* Joan. Cantacuz. *lib.* 3 *cap.* 14 *pag.* 392. (11) Ἄρχων Βυζαντίου. *Vide* Joan. Cantacuz. *lib.* 3 *cap.* 22 *pag.* 419. (12) Μέγας Δοὺξ καὶ πάντα. *Vide* Joan. Cantacuz. *lib.* 3 *cap.* 36 *pag.* 467.

Historiâ Byzantinâ sui temporis, cujus præcipua loca hîc in margine citata sunt. Cum hoc igitur *Apocaucho*, tùm adhuc privato, tùm ad suprà memoratos honores paulatim evecto, ob communia studia & communem Præceptorem *Josephum Rhacendytam*, magna *Joanni Actuario* fuit familiaritas, ut elucet ex Præfationibus, quæ Libris de Methodo medendi præfixæ sunt. Hoc enim Opus *Actuarius* rogatu *Apocauchi* cœpit componere, cùm is in principio fortunæ suæ aulicæ ab *Imp. Andronico Seniore* Legatus missus est (1) ad *Hyperboreos Scythas*, hoc est, ad (2) *Tocharos* sive *Tattaros Septentrionales* sive *Europæos*, qui *Tattariam Europæam* sive *Minorem*, suprà *Pontum Euxinum* sitam, & in *Præcopensem* ac *Cremeam* divisam, incolunt. Errant itaq; *Wolfgangus Justus* in Chronologiâ Illustrium Medicorum, *Joannes Antonides Lindanus* in Opere de Scriptis Medicis, & cæteri, eorum autoritatem secuti, qui *Joannem Actuarium* ad seculum à Christo nato *duodecimum* referunt, utpote cùm is reverà ad seculũ *decimum quartum* pertineat, tanquam *Apocaucho* & *Joanni Cantacuzeno* synchronus.

Quartò, & quidem à fol. 244 pag. 1 usque ad fol. 267 pag. 2, ejusdem *Actuarij Liber tertius de Methodo medendi*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου (3) Ὀκταρίου κυρίου Ἰωάννου βιβλίον θεραπευτικῆς μεθόδου Ἐπειδὴ πᾶσα διδασκαλία καὶ μέθοδος πρός τι τέλος &c. Vide suprà citatam *Henrici Stephani* editionem latinam Parisinam pag. 191.

Quintò, & quidem à fol. 268 pag. 1 usque ad fol. 303 pag. 1, ejusdem *Actuarij Liber sextus de Methodo medendi*, cujus titulus & principium: Θεραπευτικῆς μεθόδου βιβλίον (4) δεύτερον. Ἐδόκει μοι διὰ βραχέων πάντων ἐπιμνησθῆναι &c. Vide suprà citatam *Henrici Stephani* editionem latinam Parisinam pag. 289.

Sextò, & quidem à fol. 303 pag. 1 usque ad fol. 306 pag. 2, *ex Pauli Æginetæ Libro septimo Rei Medicæ Caput vigesimum quintum de Medicamentis succedaneis*, sive, *quorum usus habetur reciprocus*, ex *Galeno*. Inscribitur autem illud atque incipit hoc modo: Παύλου Αἰγινήτου ἰατροσοφιστοῦ κεφάλαιον κε' ἐκ τοῦ ζ' βιβλίου, οὗ ἐπιγράφοντος, (5) ἐκ τῶν Γαληνοῦ περὶ ἀντεμβαλλομένων. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φησὶ &c. Vide etiam suprà Cod. XIX, num. 6.

P *Septimò*,

(1) Ἐπὶ τοὺς Ὑπερβορείους Σκύθας. *Vide* Actuarij *Præfationem libri primi de Methodo medendi.*

(2) *Vide* Georgij Pachymeris *Historiam Imperij Andronici Senioris lib. 3 cap. 26 & 27, ubi appellantur* Βορεῖοι Τόχαροι ἄνω Εὐξείνου, *hoc est*, Septentrionales Tochari supra Pontum Euxinum. *Quòd autem* Tocharij*idem sint atque* Tattari *sive* Tartari, *eruditè ac solidè demonstrat* R. P. Petrus Possinus *S. I. in Glossario suprà citatæ* Georgij Pachymeris *Historiæ subjuncto, ubi agitur de* Mugulijs *sive* Mogulensibus, *qui sunt* Tochari *sive* Tattari Orientales *sive* Asiatici. (3) Ὀκτάριος *corruptè pro* Ἀκτουάριος; *quæ vox tùm apud* Latinos, *tùm apud* Græco-barbaros *significat scribam, qui Acta publica vel Actiones causidicorum in Judicio velociter excipit, ideóque apud* Quintilianum *à* Notis, *sive abbreviatâ scripturâ, etiam vocatur* Notarius. (4) *Vide suprà memoratam* Pauli Æginetæ *editionem græcam Basileensem A. 1538 in folio pag. 302.*

Septimò, & quidem à fol. 307 pag. 1 usq; ad fol. 350 pag. 1, *Actuarij Liber quartus de Methodo medendi*, cujus titulus & principium: Περὶ θεραπευτικῆς μεθόδου τῶν κατὰ μέρος παθῶν. Ἡ μὲν παροιμία φησὶ, χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν, &c. Vide suprà citatam *Henrici Stephani* editionem latinam Parisinam pag. 213.

Octavò, & quidem à fol. 350 pag. 1 usque ad fol. 415 pag. 2, *Actuarij Liber quintus de Methodo medendi, in Capita trecenta viginti divisus*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ σοφωτάτου Ὀκταρίου θεραπευτικῆς μεθόδου βιβλίον πέμπτον. Ἤδη σοι καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς τέσσαρσι βιβλίοις ἐπιτίθεμεν λόγον, ὃς πέμπτος &c. Vide suprà citatam *Henrici Stephani* editionem latinam Parisinam pag. 249. In fine ejusdem Libri exstat in hoc Codice manuscripto *Cæsareo* hæc subscriptio: Τέλος ἀπάσης τῆς πραγματείας τοῦ σοφωτάτου Ὀκταρίου.

Nonò, & quidem à fol. 416 pag. 1 usque ad fol. 444 pag. 2, *Theophanis Synopsis compendiaria totius Medicæ Artis*, jussu *Imp. Constantini Porphyrogeniti ex Oribasij* potissimùm scriptis collecta, & in *quatuor Libros* divisa, quorum *primus* incipit hoc modo: Πίναξ σὺν Θεῷ τοῦ πρώτου λόγου. Κεφάλαιον α΄ περὶ τριχῶν ῥευσῶν. Κεφάλαιον β΄, διαφυλακτικὰ τριχῶν. &c. Προοίμιον. Τὰς προσταγείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος ἐκ Θεοῦ Αὐτοκράτορ, περὶ τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῆς ἔσπευσα κατὰ τὸ δυνατὸν, &c. Κεφάλαιον α΄ περὶ τριχῶν ῥευσῶν. Ἀπορρέουσιν αἱ τρίχες ἀραιότητι μὲν τοῦ δέρματος &c. Vide etiam infra Cod. XXIII & XXIV.

XXII.

Vigesimus secundus (1) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátque folijs *sexaginta*. Continentur eo hæc:

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos trigesimus septimus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 48 pag. 2, *Actuarij Liber quartus de Methodo medendi*, cujus titulus & principium: Ὀκταρίου φιλοσόφου περὶ τῆς κατὰ μέρος θεραπείας. Ἡ μὲν παροιμία φησὶ, χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν, &c. Vide proximè præcedentem Codicem XXImum, num. 7.

Secundò, & quidem à fol. 49 pag. 1 usque ad fol. 55 pag. 2, ejusdem *Actuarij Liber quintus de Methodo medendi*, cujus principium: Ἤδη σοι καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς τέταρσι βιβλίοις συντίθεμεν λόγον, ὃς πέμπτος &c. Vide proximè præcedentem Codicem XXImum, num. 8.

Tertiò, & quidem à fol. 56 pag. 1 usque ad fol. 60 pag. 1, *Dioclis*

Caristij

Cariſtij Epiſtola ad Antigonum Regem de morborum præſagijs & eorundem extemporaneis remedijs, cujus titulus & principium: 'Επιστολὴ Διοκλέους πρὸς 'Αντίγονον Βασιλέα. Διοκλῆς 'Αντιγόνῳ Βασιλεῖ. 'Επειδή σοι συμβαίνει μουσικωτάτῳ πάντων Βασιλέων γεγονέναι, &c. Exſtat ea *græcè* & *latinè* in fine *Syllogarum Phyſicarum Michaelis Naundri*, Lipſiæ typis Abrahami Lambergi A. 1591 impreſſarum in octavo.

XXIII.

Vigeſimus tertius (1) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *ducentis quadraginta tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *Joannis Actuarij* (2) *Libri ſex de Methodo medendi*, quorum *primus* fol. 1 pag. 1 incipit his verbis: 'Επειδὴ σοι εἰς τὴν ὑπὲρ τοῦ γένους ἡμῶν στελλομένῳ πρεσβείαν ἐπὶ τοὺς ὑπερβορείους Σκύθας &c; *ſecundus* fol. 32 pag. 1, (3) 'Ου κατ' ἐκείνους τῶν φίλων ἡμεῖς &c; *tertius* fol. 55 pag. 1, 'Επειδὴ πᾶσα διδασκαλία καὶ μέθοδος &c; *quartus* fol. 76 pag. 1, 'Η μὲν παροιμία φησί, χελώνης &c; *quintus* fol. 112 pag. 2, "Ηδη σοι καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς τέτταρσι βιβλίοις &c; *ſextus* fol. 167 pag. 1, 'Εδόκει διὰ βραχέων πάντων ἐπιμνησθῆναι &c. Folio denique 243 ſive ultimo indicatur, *Codicem hunc ſcriptum eſſe manu Simonis Macroducæ*. Ipſa verba græca ſunt hæc: 'Ετελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος διὰ χειρὸς Σίμωνος τοῦ Μακροδούκα τῇ κς´ τοῦ παρόντος Φεβρουαρίου τῆς παρούσης πρώτης 'Ινδικτιῶνος. Valdè porrò notandum eſt, *primum* jam memoratorum ſex Librorum in Codice hoc manuſcripto majuſculis literis inſcribi: ΠΥΡΟΠΟΥΛΟΥ ΝΕΟΥ 'ΑΡΧΙΗΤΡΟΥ 'ΙΑΤΡΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Α´. Hoc eſt: *PYROPVLI*, *novi ſive recentis Archiatri, de Arte Medicâ Liber primus. Pyropulus* enim ille hoc loco reverà idem eſt atque *Joannes Actuarius*. Fit tamen *Pyropuli Medici* etiam infrà mentio in Codice XXVto, num. 6 & 7.

XXIV.

Vigeſimus quartus (4) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *centum & octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 68 pag. 2, *Theophanis*

P 2

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* decimus ſextus.

(2) *Vide duos proximè præcedentes Codices, nempe XXImum & XXIIdum.*

(3) *In ſuprà citatâ* Henrici Stephani *editione latinâ pertinent hæc verba adhuc ad præcedentem Librum* primum; ſecundus *autem incipit his verbis:* 'Επειδὴ καὶ τὸ ἀγαθῇ τινὶ τύχῃ *&c. Mihi tamen varior ac melior ea videtur diviſio, quæ exſtat in hoc Codice; nempe propter particulas* καὶ τὸ *quibus hæc periodus,* 'Επειδὴ καὶ τὸ *&c, annectitur præcedenti.*

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* vigeſimus ſextus.

phanis Synopsis compendiaria totius Medicæ Artis, jussu Imp. Constantini Porphyrogeniti ex Oribasij potissimùm scriptis collecta, & in septem Libros divisa, quorum *primus* inscribitur atque incipit hoc modo: Θεοφάνης πρὸς Κωνσταντῖνον Δεσπότην τὸν Πορφυρογέννητον Βασιλέα. Τὰς προσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος, ἐκ Θεοῦ Αὐτοκράτορ, περὶ τῆς τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῆς ἔσπευσα κατὰ τὸ δυνατὸν &c. Vide suprà Codicem XXImum, num. 9, ubi eadem exstat *Synopsis Medica*, sed in *Libros* tantùm *quatuor* divisa, & sine nomine *Theophanis*.

Secundò, & quidem à fol. 69 pag. 1 usque ad fol. 84 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Libellus de curationibus morborum ordine alphabetico*, cujus titulus & principium: Ἰατρικὸν κατὰ ἀλφάβητον. Ἀρχὴ τοῦ α. (1) Ἁλάπιον σκευασθὲν τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, συγγραφὲν παρὰ τοῦ ἁγίου ἐνδόξου Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ, ἔχον ὠφελείας τῶν ὑποτεταγμένων κεφαλαίων. &c.

Tertiò, & quidem à fol. 85 pag. 1 usque ad fol. 108 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Liber de Compositione variorum Medicamentorum, in Capita centum & novem divisus*, cujus titulus & principium: Αἱ σκευασίαι σὺν Θεῷ τοῦ Ἰατρικοῦ. Ἡ ἀνηθίνη. Κηροῦ &c.

XXV.

Vigesimus quintus (2) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est chartaceus mediocriter antiquus in *quarto*, constátque folijs *centum viginti tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 90 pag. 1, *Theophanis Synopsis compendiaria totius Artis Medicæ, jussu Imp. Constantini Porphyrogeniti ex Oribasij potissimùm scriptis collecta*, & non in *Libros*, sed tantùm in *Capita ducenta nonaginta sex* divisa, cujus *Præfatio* inscribitur atque incipit hoc modo: Πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν Πορφυρογέννητον Βασιλέα Σύνοψις ἐν ἐπιτομῇ τῆς ἰατρικῆς ἁπάσης τέχνης Ὀρειβασίου. Τὰς προσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος, ἐκ Θεοῦ Αὐτοκράτορ, περὶ τῆς τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῆς ἔσπευσα κατὰ τὸ δυνατὸν &c. In fine autem Capitis ultimi legitur hæc subscriptio: Τέλος τῆς παρούσης βίβλου Ὀρειβασίου. Vide etiam suprà Codicem XXI & XXIII, ubi eadem exstat Synopsis, sed divisa in *Libros*, ac subdivisa in *Capita*.

(1) De eodem Halatio sive Embammate salso S. Lucæ Evangelistæ vide suprà Cod. XIX, num. 22.

(2) Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos octavus.

Secundò,

Secundò, & quidem fol. 90 pag. 2. *veterum quorundam Scriptorum Græcorum ethnicorum Prædictiones & Testimonia de Christo & Christianâ Religione:* nempe (1) *Aristotelis, Plutarchi, Sibyllæ, Platonis, Thucydidis*, & *Sophoclis*. Inscribuntur ea atque incipiunt hoc modo: Τῶν σοφωτάτων ἑλλήνων περὶ ῥήσεις. Ἀριστοτέλους. Ἀκάματος Θεοῦ φύσις· ἐξ αὐτοῦ γὰρ ὁ αὐτός. &c.

Tertiò, & quidem à fol. 91 pag. 1 usque ad fol. 99 pag. 2, *Symeonis Sethi Lexicon botanicum græco-barbarum*, cujus titulus & principium: Ἑρμηνεία καὶ λέξις τῶν βοτανῶν κατὰ (2) ἀλφαβήτου. Ἄμωμον ἐστὶ ῥίζα τῆς πενταφύλλου. &c. Vide *Joan. Jacobi Frisij* Bibliothecam Vniversalem literâ S, ubi agitur de *Setho*, & *Leonis Allatij* Diatribam de *Symeonum* scriptis pag. 181. Consule etiam suprà Codicem VIII, num. 1.

Quartò, & quidem à fol. 99 pag. 2 usque ad fol. 100 pag. 2, *Symeonis Sethi Synopsis de Vrinis*, cujus titulus & principium: Σύνοψις περὶ οὔρων. Οὖρον καθαρὸν καὶ νέφος ἐπάνω αὐτοῦ &c.

Quintò, & quidem à fol. 101 pag. 1 usque ad fol. 104 pag. 2, *Dioclis Caristij Epistola ad Antigonum Regem de morborum præsagijs & eorundem extemporaneis remedijs*, cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Διοκλέους προφυλακτικὴ πρὸς Ἀντίγονον Βασιλέα. Διοκλῆς Ἀντιγόνῳ Βασιλεῖ. Ἐπειδή σοι συμβαίνει (3) μουσικωτάτῳ πάντων Βασιλέων γεγονέναι, &c. Vide suprà Codicem XXIIdum, num. 3.

Sextò, & quidem à fol. 104 pag. 2 usque ad fol. 106 pag. 1, *Excerpta tria de Ponderibus Medicis ex Hermete Trismegisto, Paulo Æginetâ, & Pyropulo;* quorum *primum* inscribitur atque incipit hoc modo: Ἐκ τοῦ Τρισμεγίστου Ἑρμοῦ περὶ σταθμῶν. (4) Ὁ σταθμὸς βαρεῖ μετρούμενος κεῖται. τὸ δὲ μέτρον &c; *secundum*, Περὶ τῶν δηλούντων τὰ σταθμοὺς διὰ τῶν χαρακτήρων. (5) Ἀλλὰ διὰ τῶν χαρακτήρων ταῦτα σημαίνουσι, βέλτιον ἂν εἴη τοῖς παλαιοῖς &c; *tertium*, Ἐξήγησις τοῦ (6) Πυροπούλου περὶ τῶν σταθμῶν, τῶν νῦν διαγόντων ἐπὶ τὰς χώρας καὶ πόλεις τὰς ἡμετέρας. Τὸ οὕτως ἔχον &c.

Septimò, & quidem à fol. 106 pag. 2 usque ad fol. 116 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Collectanea Medica græco-barbara*, inter quæ est *Fragmentum* (7) *Severiani Gabalorum in Syriâ Episcopi de nomine primi hominis Adami:* cujus titulus & principium: Σεβηριανοῦ

(1) Recensentur ea nomina hîc eo ordine, quo exstant in ipso illo Codice MSto; confuso videlicet & præpostero, non autem chronologico.

(2) Ita ibi scriptum est, non autem ἀλφαβήτου.

(3) In ipso illo Codice pro μουσικωτάτῳ *perperàm scriptum est* μουσικωτάτι.

(4) Exstant hæc ijsdem verbis capite 26 sive ultimo Libri septimi Pauli Æginetæ, *sed sine ullâ mentione* Hermetis Trismegisti.

(5) Exstant hæc ibidem apud Paulum Æginetâ, *sed hoc modo:* Ἀλλ' ἐπειδή τινες κατ' ὀλιγωρίαν, ἀλλὰ διὰ χαρακτήρων ταῦτα σημαίνουσι βέλτιον ἂν εἴη &c.

(6) Vide suprà Cod. XXIII.

(7) Vide Lib. IV horum Commentar. pag. 30 & 58.

ελανῦ Ἐπισκόπου Γαβάλων περὶ τῆς προσηγορίας τοῦ ἀνθρώπου. Τοῦ ἀνθρώπου προσηγορία τῇ ἑβραΐδι διαλέκτῳ πῦρ ἑρμηνεύεται. τοῦτο τὸ ὄνομα οὐκ ἐδόθη τῷ Ἀδὰμ λέγω, ἀλλὰ &c. Exſtat etiam inter eadem Collectanea *Remedium purgandi Capitis & ſtomachi*, quod inſcribitur Ποίημα Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ, hoc eſt, *Compoſitio Joannis Damaſceni;* item alterum ejuſdem generis, quod inſcribitur Ποίημα (1) Ἰσαὰκ καὶ τοῦ Ἰμιάν; nec non *Remedia duo contra dyſuriam*, quæ (2) *Pyropulo Medico* attribuuntur his verbis: Ἑρμηνεία ἐκ τοῦ Πυρροπούλου ἰατροῦ εἰς τὴν δυσουρίαν.

Octavò, & quidem à fol. 116 pag. 2 uſque ad fol. 119 pag. 1, *S. Epiphanij, Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro Inſulâ Epiſcopi Liber de duodecim Gemmis in Rationali Summi Sacerdotis Hebræorum*, cujus titulus & principium: Ἐπιφανίου περὶ τῶν δώδεκα λίθων, τῶν ἐν τῷ λογίῳ τοῦ ἱερέως ἐμπεπορπημένων. Κεφάλαιον α΄. Σάρδιον ὁ Βαβυλώνιον καλούμενον &c. Vide Operum *S. Epiphanij* editionem græco-latinam Petavianam Pariſienſem Tom. II pag. 225, & Librum *quintum* horum Commentariorum pag. 39.

Nonò, & quidem à fol. 119 pag. 1 uſque ad fol. 123 pag. 1, *Miſcellanea quædam Medica & Aſtrologica*, inter quæ eſt *Eſdræ Prophetæ ſuppoſititia Recenſio dierum infauſtorum cujuſque menſis*, cujus titulus & principium: Ἔσδρα τοῦ Προφήτου περὶ τῆς ἐπιβάσεως ἡμερῶν τῶν δώδεκα μηνῶν. Μὴν Σεπτέμβριος γ΄ καὶ κδ΄ &c; item *Recenſio dierum Lunæ ſecundùm uſum phlebotomiæ*, cujus titulus: Περὶ τῶν ἡμερῶν τῆς σελήνης εἰς φλεβοτόμισμα; nec non *Obſervationes quædam aliæ de Sanguine humano*, & *Remedium ſuperſtitioſum ad ſiſtendum ſanguinem.*

XXVI.

Vigeſimus ſextus (3) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *centum ſexaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 8 pag. 2, *ex Theophili Monachi* (4) *Libro de Vrinis Synopſis*, cujus titulus & principium: Ἐκ τοῦ Θεοφίλου μοναχοῦ περὶ οὔρων σύνοψις. Ἐρώτησις πῶς γίνεται τὸ οὖρον; Ἀπόκρισις Ἔστι ἡ γένεσις αὐτοῦ τοιάδε. Τοῦ αἵματος κατασκευασθέντος, καὶ ταραχῆς πολλῆς &c.

(1) *Hic eſt* Iſaacus *ille* Judæus, Salomonis *Arabiæ Regis filius adoptivus, cujus* Libri duo de Diætis univerſalibus & particularibus *editi ſunt latinè Baſileæ typis Sixti Henricpetri A. 1570 in octavo.*

(2) *Vide ſuprà pag.* 115.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* trigeſimus ſecundus.

(4) *Vide ſuprà Cod.* XIX, *num.* 19, *& citatam ibidem editionem græco-latinam Pariſinam Morellianam pag.* 15.

Secundò,

Secundò, & quidem à fol. 9 pag. 1 usque ad fol. 13 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Libellus de Pulsu*, cujus titulus & principium: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ σφυγμικαρίου. Ἐρώτησις. Διὰ πόσας αἰτίας ἐφαπτόμεθα τοῦ καρποῦ τῆς χειρός; Ἀπόκρισις· διὰ τρεῖς. ἢ διὰ τὸ ἕτοιμον, ἢ διὰ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 13 pag. 2 usque ad fol. 22 pag. 2, *Miscellanea quædam Medica*, inter quæ primum tenent locum *Pauli Æginetæ Excerpta de Phlebotomiâ ex Galeno*, quorum titulus & principium: Ὁ Παύλου λόγος ἐκ τῶν Γαληνοῦ περὶ πάσης φλεβοτομίας. (1) Ὁ τῆς φλεβοτομίας τρόπος πᾶσι κατάδηλος, ἀλλὰ &c.

Quartò, & quidem à fol. 22 pag. 2 usque ad fol. 73 pag. 1, *Lexicon Batanicum, ex Dioscoridis Libris quinque de Materiâ Medicâ, ab anonymo quodam Autore ordine alphabetico collectum*, cujus principium: Ἀψίνθιον δύναμιν ἔχει συπτικὴν &c. Vide etiam Librum *secundum* horum Commentariorum pag. 599.

Quintò, & quidem à fol. 74 pag. 1 usque ad fol. 117 pag. 1, *ex Symeonis Sethi Translatione græcâ Apologorum Indicorum*, (2) *Cylile & Dimne, seu, Stephanites & Ichenalates inscriptorum, Capita novem*, quæ hîc attribuuntur *Secundo Philosopho*, & inscribuntur atque incipiunt hoc modo: Σεκούνδου Φιλοσόφου ἱστορία ἐνεχθεῖσα ἀπὸ τῆς τῶν Ἰνδῶν εὐδαιμονεστάτης χώρας, ἡ λεγομένη τὰ κατὰ Στεφανίτην καὶ Ἰχνιλάτην ἔστι δὲ ἡ πραγματεία αὕτη τοιαύτη. Ἐρωτήσεις Βασιλέως τινὸς τῶν Ἰνδῶν πρός τινα τῶν ὑπ' αὐτοῦ Φιλοσόφων, Σεκοῦνδον καλούμενον, διαλυόμεναι παρ' αὐτοῦ, καὶ ἐν κεφαλαίοις ἐννέα περιεχόμεναι. Κεφάλαιον α΄, περὶ τοῦ πῶς ὁ δόλιος καὶ πονηρὸς ἀνὴρ μεσολαβῶν, εἰς ἔχθραν μεταβάλλει τὴν μεταξὺ τινῶν συστᾶσαν φιλίαν. Κεφάλαιον β΄, περὶ τινῶν ἀντιφιλούντων &c. Ἀρχὴ τοῦ πρώτου ὑποδείγματος. Ὁ τῶν Ἰνδῶν Βασιλεὺς Ἀβεσαλὼν ἐπήρετό τινα τῶν περὶ αὐτὸν Φιλοσόφων, λέγων· βούλομαί σε ὑποδειγματίσαι μοι, ὅπως ὁ δόλιος ἀνὴρ &c. Plura de his *Apologis* sive *Parabolis Indicis* vide Libri *quinti* horum Commentariorum paginâ 241, ubi versu 14 & 15 pro, *eorúmque variis Translationibus ex linguâ Indicâ in Persicam, Arabicam & Græcam*, lege auctiùs, *eorumque variis Translationibus ex linguâ Indicâ in Persicam, Arabicam, Græcam & Italicam.* Quod porrò ad *Secundum Philosophum* attinet, floruit sub *Imp. Hadriano* celeberrimus hujus nominis Philosophus, patriâ *Atheniensis*, cujus elegantissimas *Sententias* Avunculus meus *Lucas Holstenius* græcè & latinè edidit Romæ typis

(1) *Vide* Pauli Æginetæ *Lib. 6 cap.* 40.

(2) *Apud* Leonem Allatium *in Dissertatione de Symeonum scriptis pag.* 183 *&* 184 *legitur* Cybile & Dimne. *In alio autem quodam* Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ *Codice MSto Historico, olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimo trigesimo nono, legitur* Κυλιλὰ *per duplex* λ *in tertiâ syllabâ.*

typis Mascardi A. 1618 in 12mo, cum præfixis veterum Autorum de illo testimonijs. Hic igitur *Secundus Atheniensis* in suprà exhibito titulo fingitur fuisse *Gymnosophista Indicus* ob singularem in respondendo ad proposita quæsita ingeniositatem extemporaneam, quæ elucet ex suprà memoratis *Sententijs*, quibus ad varias *Imp. Hadriani* interrogationes acutissimè respondit.

Sextò, & quidem à fol. 117 pag. 1 usq; ad fol. 123 pag. 1, *S. Epiphanij, Constantiæ sive Salaminis in Cypro Insulâ Episcopi, Physiologus*, sive, *Excerpta ex Libris Aristotelis de Animalibus cum Expositione & Applicatione Theologicâ.* Ipsa tituli græci verba cum principio Opusculi sunt hæc: Τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου Ἐπισκόπου Κύπρου περὶ τῆς λέξεως πάντων τῶν ζώων. Φυσιολόγος. Ἀρξώμεθα τοίνυν λαλῆσαι περὶ τοῦ λέοντος, βασιλέως τῶν θηρίων, &c. Plura de hoc *S. Epiphanij* Libro vide Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 280 & 281.

Septimò, & quidem à fol. 124 pag. 1 usque ad fol. 125 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris, qui A. C. 1192 vixit, *Methodus Chronologica inveniendi Cycli Solis, Cycli Lunæ & Cycli Indictionis, cum adjunctis eò pertinentibus tabulis.* Ipsa tituli & principij verba græca sunt hæc: Μέθοδος ἐν συντομίᾳ, πῶς δεῖ εὑρεῖν τοὺς κύκλους τοῦ ἡλίου,
(1) A. M. 6700. τῆς σελήνης, καὶ τῆς ἰνδικτου. Ὑφεῖλον τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἤγουν τὰ (1) ,ςψʹ ἔτη &c.

Octavò, & quidem à fol. 126 pag. 1 usque ad fol. 129 pag. 1, *Selectæ Philosophorum veterum Sententiæ ordine alphabetico*, quarum titulus & principium: Γνῶμαι Φιλοσόφων κατ' ἐκλογὴν καὶ κατὰ στοιχεῖον. Ἄριστον μάθημα ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις, τὸ ἀπομαθεῖν τὰ κακά. Ἃ μὴ δεῖ ποιεῖν, &c.

Nonò, & quidem à fol. 129 pag. 1 usq; ad fol. 134 pag. 2, *Democriti, Epicteti, aliorúmque veterum Sapientûm Sententiæ*, quarum titulus & principium: Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν Δημοκρίτου καὶ Ἐπικτήτου, καὶ ἑτέρων σοφῶν. Ἀνανεούσθω ὁ περὶ Θεὸν λόγος καθ' ἡμέραν μᾶλλον, ἢ τὰ σιτία. Συνεχέστερον νόει τὸν Θεὸν, &c.

Decimò, & quidem à fol. 134 pag. 2 usque ad fol. 151 pag. 2, ex *Imp. Leonis Philosophi Tacticis, sive Opere de Re militari, Caput vigesimum*, quod in *Joannis Meursij* editione græco-latinâ Lugduno-Batavâ A. 1612 in quarto inscribitur: Περὶ διαφόρων γνωμικῶν κεφαλαίων, hoc est secundùm *Joannis Checi* versionem latinam, *Diversarum sententiarum militarium summa.* In Codice autem hoc manuscripto

ſcripto *Cæſareo* inſcribitur illud hoc modo : Πολεμικῶν παρασκευῶν διατάξεις διὰ διαφόρων κεφαλαίων· hoc eſt: *Bellicorum apparatuum Conſtitutiones, in varia Capita diviſæ.* Principium *primi* Capitis eſt hoc : Ὦ στρατηγὲ, χρεὼν τῇ σῇ ἐνδοξότητι καὶ τὰς ἤδη ῥηθησομένας ἐγκύψαι γνώμαις, ἃς ἐκ πολλῶν παλαιῶν &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 152 pag. 1 uſq; ad fol. 160 pag. 1, ex eiſdem *Imp. Leonis Philoſophi Tacticis Caput decimum nonum*, quod inſcribitur περὶ ναυμαχίας, ſive, *De navali prælio*, atque incipit his verbis: Ἐφεξῆς δὲ τούτων ἤδη καὶ περὶ ναυμαχίας διαταξόμεθα. οὐδὲν μὲν ἐν τοῖς παλαιοῖς τακτικοῖς &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 160 pag. 1 uſque ad fol. 161 pag. 1, *Appendix præcedentis Capitis de Naumachiâ*, continens *Stratagemata quædam navalia ex* (1) *Polyæni Stratagematum Libris octo, ſed verbis aliquantùm diverſis, excerpta*, quorum titulus & principium: Στρατηγήματα ἀνδρῶν παλαιῶν, γενομένων εἰς τὴν θάλασσαν. Ὀφείλει &c. Prima duo Stratagematum Cononis exempla exſtant apud Polyænum lib. 1 pag. 77 & 79 editionis græco-latinæ *Iſaaci Caſauboni* Lugdun. ad Rhodan. typ. Joan. Tornæſij A. 1589 in 12mo.

(1) *Vixit is ſub* Impp. M. Antonino Philoſopho *&* L. Ælio Vero. *Vide Ger. Joan. Voſſ. de Philoſophiâ cap.* 19 *§.* 30.

XXVII.

Vigeſimus ſeptimus (2) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtatq; folijs *ducentis quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* trigeſimus quartus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 17 pag. 2, *Theophili Liber de Pulſibus*, excerptus ex *Galeni* Operibus, & quidem præcipuè ex illius *Prognoſtico* ſive *Libro Prænotionum*, ut ex ſequenti titulo videre eſt: Θεοφίλου ἐκ τοῦ Προγνωστικοῦ Γαληνοῦ περὶ σφυγμῶν. In fine autem exſtat hæc ſubſcriptio: Τέλος σὺν Θεῷ ἁγίῳ τοῦ περὶ σφυγμῶν ἀπὸ φωνῆς Θεοφίλου ἐκ Προγνωστικοῦ Γαληνοῦ. Principium Opuſculi eſt: Τί ἐστι σφυγμός; &c.

Secundò, & quidem à fol. 18 pag. 1 uſq; ad fol. 26 pag. 2, ejuſdem *Theophili Liber de Febrium differentiâ*, cujus titulus & principium: Πόσαι διαφοραὶ τῶν πυρετῶν; Διαφοραὶ τῶν πυρετῶν· αἱ μὲν &c. Vide ſuprà pag. 88.

Tertiò, & quidem à fol. 27 pag. 1 uſque ad fol. 66 pag. 2, *Miſcellanea Medica de compoſitionibus Antidotorum, Trochiſcorum, Oleorum, emplaſtrorum, aliorúmq; variorum medicamentorum.* Vide ſu-

prà Cod. XI, num. 3, 4, 5, 6; Cod. XIX, num. 22; Cod. XXIV, num. 3; atq; insuper consule *Nicolai Myrepsi Alexandrini Opus de compositione medicamentorum, in Sectiones quadraginta octo digestum*, quod à celeberrimo Medico *Leonhardo Fuchsio* è græco in latinum conversum, Annotationibus illustratum, & Basileæ apud Joan. Oporinum A. 1549 in folio editum est.

Quartò, & quidem à fol. 67 pag. 1 usq; ad fol. 115 pag. 1, *Lexicon Botanicum ex Dioscoridis Libris quinque de Materiâ Medicâ ab anonymo quodam Autore ordine alphabetico collectum*, cujus principium: Ἀψίνθιον δύναμιν ἔχει συπτικὴν &c. Vide proximè præcedentem Codicem XXVItum, num. 4.

Quintò, & quidem à fol. 115 pag. 2 usq; ad fol. 139 pag. 2, *Miscellanea Medica*, inter quæ sunt *Excerpta ex Aetij Libro secundo de speciebus terræ, de metallicis, & de animalibus*; item *Excerpta ex* (1) *Pauli Æginetæ Libro septimo de Medicamentis succedaneis secundùm Galenum*.

Sextò, & quidem à fol. 140 pag. 1 usque ad fol. 156 pag. 2, *Hippocratis Aphorismi in septem Tmemata sive Sectiones divisi*, quorum suprà jam aliquoties facta est mentio.

Septimò, & quidem à fol. 156 pag. 2 usq; ad fol. 161 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Libellus de varijs Medicamentis*, inter quæ primum tenet locum Ἁλάτιον sive *Embamma salsum S. Lucæ Evangelistæ*, cujus etiam suprà in recensione Cod. XIX num. 22 & Cod. XXIV num. 2, facta est mentio.

Octavò, & quidem à fol. 161 pag. 2 usq; ad fol. 163 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Libellus de Pulsu*, cujus titulus & principium: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ σφυγμικαρίου. Ἐρώτησις. Διὰ πόσας αἰτίας ἐφαπτόμεθα τοῦ καρποῦ τῆς χειρὸς; &c. Idem Libellus exstat etiam suprà in proximè præcedenti Codice XXVIto, num. 2.

Nonò, & quidem à fol. 164 pag. 1 usq; ad fol. 183 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Epitome Libri Meletij Monachi de Naturâ structurâq; hominis*, quæ incipit à Dissertatione speciali de *Capite* his verbis: Ἀρχὴν δὲ τοῦ θαυμασίου Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ποιησόμεθα λόγον· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος, Τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τὸν ὑψηλότατον θεὶς τόπον τοῦ σώματος &c. Plura de hoc *Meletij* Libro vide (2) suprà in recensione Codicis XIXni num. 1, & Codicis XXmi num. 1.

Decimò, & quidem à fol. 184 pag. 1 usq; ad fol. 185 pag. 2, *Galeni Libellus de Humoribus ex* (3) *Hippocrate*; cujus titulus & principiũ: (4) Γαληνοῦ

(1) *Vide suprà Cod. XIX, num. 6. & Cod. XXI, nũ. 6.*
(2) *Vide suprà pag. 103.*
(3) *Vide Operum* Hippocratis *editionem græco-latinã Genevẽsẽ A. 1657 in folio, pag. 47.*
(4) *Vide* Joannis Antonidæ Lindani *Librũ primũ de Scriptis Medicis pag. 278, ubi à* Renato Charterio, *Doctore Medico Parisiẽsi, inter Opera* Galeni *latinè tantùm edita commemorantur* Γαληνοῦ εἰς τὸ περὶ χυμῶν Ἱπποκράτους βιβλίον ὑπομνήματα τρία, *hoc est*, Galeni Commentarij tres in Hippocratis Librum de Humoribus.

Γαλίωῦ περὶ χυμῶν ἐκ τῶν Ἱπποκράτους. Κόσμος ἐκ δ' στοιχείων συνέστηκε, πυρὸς, ἀέρος, γῆς, ὕδατος· συνέστηκε δὲ ὁ κόσμος ὁ μικρὸς ἐκ δ' χυμῶν, &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 185 pag. 2 uſque ad fol. 186 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Erotemata Medica*, quorum principium: Πόσα τὰ τῆς ψυχῆς μέρη; τρία· &c.

Duodecimò, & quidem à fol, 186 pag. 2 uſque ad fol. 187 pag. 2, *Excerpta ex Galeno de Phlebotomiâ ſive Sanguinis miſſione*, quorum titulus & principium: Γαλίωῦ περὶ Φλεβοτομίας. Οἱ πρῶτοι καὶ κυριώτατοι σκοποὶ τῆς Φλεβοτομίας &c.

Decimò tertiò, & quidem à fol. 187 pag. 2 uſque ad fol. 191 pag. 2, *Pauli Æginetæ Excerpta de Phlebotomiâ ex Galeno*, quorum titulus & principium: Παύλου λόγος ἐκ τῶν Γαλίωῦ περὶ πάσης Φλεβοτομίας. Ὁ τῆς Φλεβοτομίας τρόπος πᾶσι κατάδηλος, ἀλλὰ &c. Vide *Pauli Æginetæ* cap. 40 Libri ſexti, & proximè præcedentem Codicem XXVItum num. 3.

Decimo quartò, & quidem à fol. 192 pag. 1 uſque ad fol. 194 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *ſuperſtitioſæ quædam Obſervationes Aſtrologicæ & Medicæ*, quarum principium: Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς σελήνης &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 195 pag. 1 uſque ad fol. 205 pag. 2, *S. Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani Oratio dramatica de Annunciatione Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, in quâ *Archangelus Gabriel, Beatiſſima Virgo Deipara* & *S. Joſephus* introducuntur inter ſe colloquentes. Principium ejus eſt hoc: Τῆς παρούσης τιμίας καὶ βασιλικῆς συνάξεως τὴν φαεινὴν τε καὶ ὑπερένδοξον ἀνάμνησιν &c. Attribuitur autem ea in hoc Codice manuſcripto perperàm *S. Joanni Chryſoſtomo* his verbis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Plura de hâc Oratione vide Libri *quinti* horum Commentariorum paginâ 26, in recenſione Codicis MSti Theologici Græci *ducenteſimi decimi*, num. 18, ubi ea eodem modo multo exſtat auctior, quàm in Tomo primo Combefiſiani Auctarij Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſinæ.

XXVIII.

Vigeſimus octavus (1) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *octavo*, conſtátque folijs *centum & duobus*. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MSstos Medicos Græcos* trigeſimus nonus.

Primò,

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 22 pag. 2, *Theophili & Stephani Athenienſis Libellus de Febrium differentiâ ex Hippocrate & Galeno*, cujus titulus & principium; Θεοφίλου καὶ Στεφάνου ἐκ τε Ἱπποκράτους καὶ Γαληνοῦ περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς. Τίς ὁ σκοπὸς τῆς ὅλης πραγματείας; Σκοπὸν ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς σύντομον ἔκθεσιν παραδόσιν, &c. Vide ſuprà Codicem IIItium num. 2.

Secundò, & quidem à fol. 23 pag. 1 uſque ad fol. 35 pag. 2, *Galeni Epiſtola de pulſibus ad Teuthranem*, cujus titulus & principium: Γαληνοῦ ἐπιστολὴ περὶ σφυγμῶν πρὸς Τεύθραντα. Ὅσα τοῖς εἰσαγομένοις, φίλτατε Τεῦθραν, χρήσιμα ἐπίστασθαι περὶ σφυγμῶν, &c. Vide ſuprà Codicem Xmum, num. 12.

Tertiò, & quidem fol. 36 pag. 1 & 2, anonymi cujuſdam Autoris *Synopſis accuratiſſima de Vrinis, translata ex Arte Medicâ Perſarum;* cujus titulus & principium: Σύνοψις ἀκριβεστάτη περὶ οὔρων, ἑρμηνευθεῖσα ἐξ ἰατρικῆς τέχνης τῶν Περσῶν. Δεῖ γινώσκειν, ὡς, ὅτε τὸ οὖρον ἐστὶν ἐρυθρὸν καὶ θολὸν, δηλοῖ ἀπὸ αἵματος εἶναι· ἡ μὲν γὰρ ἐρυθρότης &c.

Quartò, & quidem à fol. 36 pag. 2 uſque ad fol. 38 pag. 2, *Excerpta quædam de Phlebotomiâ*, & quidem præcipuè *ex Galeno*.

Quintò, & quidem à fol. 39 pag. 1 uſque ad fol. 48 pag. 1, *Dioſcoridis Anazarbenſis* & *Stephani Athenienſis* hactenùs ineditum *Alphabetum Medicum Empiricum*, cujus titulus & principium: Βίβλος Διοσκουρίδους. Αὕτη ἡ βίβλος περιέχει τέχνην ἐμπειρίας ἰατρικῆς περὶ ἁπλῶν τε καὶ συνθέτων φαρμάκων κατὰ ἀλφάβητον ὑποτεταγμένων. Ἀρχὴ τοῦ ἄλφα στοιχείου. Περὶ ἀβρώτων. Ἄβρωτα διατηρεῖ ἀπὸ μυῶν καὶ σκωλήκων τάτε βιβλία, ἱμάτια καὶ χαρτία ἀψίνθιον ξηρὸν &c. Vide Librum *ſecundum* horum Commentariorum pag. 598 & 599, & ſuprà Codicem XI, num. 7.

Sextò, & quidem à fol. 49 pag. 1 uſque ad fol. 55 pag. 1, *Hippocratis Epiſtolæ duæ ad Ptolemæum*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἐγκύκλιος ἐπιστολὴ Ἱπποκράτους πρὸς Πτολεμαῖον Βασιλέα, πῶς ἐπεισέρχεται τῷ τοῦ ἀνθρώπου σώματι νόσος· διαφέρεται γὰρ εἰς τήρησιν τῶν εὐχρήστων τε καὶ γνῶσιν τῶν ἀχρήστων. Προοίμιον. (1) Ἐπιμελούμενοι τῆς σῆς ὑγιείας, ὦ Βασιλεῦ, καὶ ταύτης φροντίδα &c; *ſecunda* autem, Τοῦ αὐτοῦ περὶ διαφορᾶς τροφῶν πρὸς Πτολεμαῖον. Τῶν δὲ τροφῶν διαφορὰς περὶ πάντων &c.

(1) Vide ſuprà pag. 96.

Septimò,

Septimò, & quidem à fol. 55 pag. 1 usque ad fol. 60 pag. 1, *Hierophili Sophistæ Liber de Diætâ secundùm duodecim menses*, cujus titulus & principium: Ἱεροφίλου σοφιστοῦ περὶ τροφῶν δυνάμεων κύκλος καθ' ἕκαστον μῆνα, ὁποίοις δεῖ φαρμάκοις χρῆσθαι, καὶ τίνων ἀπέχεσθαι χρή. Ταύτης τῆς ἐπιτρέψεως μὴ καταφρονητέον &c. Ἰανουάριος. Μηνὶ Ἰανουαρίῳ ἁρμόζει ἀπὸ κοίτης λαμβάνειν οἶνον γλυκὺν, &c. In fine Libelli legitur hæc subscriptio: Τέλος τῆς διαίτης τῶν δώδεκα μηνῶν. Meminit hujus Libelli *Joannes Jacobus Frisius* in Bibliothecâ Vniversali, tanquam in Bibliothecâ Regiâ Parisinâ exstantis, his verbis: *Hierophili alimentorum Circulus græcè manuscriptus in Bibliothecâ Regis Gallorum.* Eadem verba transcripsit *Joannes Georgius Schenckius* in Bibliothecam suam Medicam pag. 239, hoc tantùm addito: *Fortassis ad rem Medicam facit.*

Octavò, & quidem à fol. 60 pag. 1 usque ad fol. 102 pag. 1, ejusdem *Hierophili Liber de facultatibus alimentorum*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἱεροφίλου Φιλοσόφου περὶ τροφῶν δυνάμεων. Ὅσα ἐκ τῶν παλαιῶν ἱστοριῶν ἰδίᾳ τεχνουργίᾳ πειράσας, &c. Προοίμιον. Τῶν διαιτημάτων τὰς τάξεις, καὶ τὰς τούτων αἰτίας καὶ διαφορὰς πολλάκις ἡμεῖς ἀναμνήσαντες &c. Subjuncta sunt eidem Libro *Fragmenta* quædam *Aristotelis* (1) *Physica* & (2) *Ethica*; ut & (3) *S. Gregorij Nazianzeni* notabilis locus ad *Evagrium Monachum*, cujus titulus & principium: Τοῦ Θεολόγου πρὸς Εὐάγριον Μοναχόν. Ὃν δὴ τρόπον ὁ προφορικὸς λόγος ἀδιαίρετος μέν ἐστι &c.

XXIX.

Vigesimus nonus (4) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque folijs *quadringentis octoginta octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 455 pag. 2, *Constantini* (5) *Rhegini, Protosecretarij* primùm *Roberti Guiscardi*, Nortmannorum, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ Ducis, & posteà *Monachi Casinensis*, qui aliàs à patriâ suâ *Constantinus Africanus* appellatur, *Opus Medicum de omnium ferè morborum, qui homini accidere possunt, cognitione & curatione*, inscriptum (6) *Viatica peregrinantis*, & in *Libros septem* divisum, quod is in *Græcum* sermonem vertit ex *Syriaco*, quo illud

(1) *Vide ibi fol. 92 pag. 2.*
(2) *Vide ibi fol. 98 pag. 2.*
(3) *Vide ibi fol. 101 pag. 2.*
(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos quintus.*
(5) *Cognomen hoc* Constantinus *ille accepit à præcipuâ commoratione suâ in Calabriæ Vlterioris sive Inferioris Metropoli* Rhegio, *postquam is ex Africâ in Italiam profectus*, Roberti Guiscardi, *Nortmannorum, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ Ducis, factus est* Protosecretarius. (6) *Ita nempe in Codicibus MStis constanter legitur* τὰ ἐφόδια *plurali numero, non autem* τὸ ἐφόδιον, *& contrà* τοῦ ἀποδημοῦντος *singulari numero, non autem* τῶν ἀποδημούντων.

illud partim ab *Epro filio Zaphar nepote Elgzezar*, partim autem ab *Achmede filio Abramij, nepote Chaletis Medici*, primùm fuit compositum. Prodijt quidem hoc Opus Basileæ apud Henricum Petri A. 1536 in folio, sed *latinè* tantùm, & valdè mutilè ac imperfectè, ideóque singulorum Librorum titulos & principia ex hoc & sequenti Codice manuscripto *trigesimo* fideliter hîc subjungo. *Primus* itaq; liber in primo hoc Codice manuscripto *Cæsareo* inscribitur atq; incipit hoc modo: Βίβλος λεγομένη, τὰ Ἐφόδια τοῦ ἀποδημοῦντος, (1) συντεθειμένα παρὰ Ἔπρου (2) Βγζαφὰρ τοῦ Ἐλγζηζὰρ, μεταβληθεῖσα εἰς τὴν ἑλλάδα γλῶτταν παρὰ Κωνσταντίνου (3) Ἀσηκρήτου τοῦ Ῥηγίνου. Λόγος ά. Ἰστέον ὅτι ἡ γέννησις τῶν τριχῶν γίνεται ἀπὸ τῶν καπνοειδῶν τῶν χολωδῶν παχέων ἀναθυμιάσεων. συμβαίνει δὲ ἀπὸ τοῦ πυρώδους θερμασίας τοῦ ἐν τῷ σώματι &c. In altero autem Codice inscribitur atque incipit idem Liber *primus* his verbis: Αὕτη πολυτρύλλητος ἡ (4) Σύρων βίβλος. Βίβλος λεγομένη τὰ Ἐφόδια τοῦ ἀποδημοῦντος, συντεθεῖσα παρὰ Ἔπρου (5) Βαγζαφὰρ τοῦ Ἔβιν Ἐλγζηζὰρ, μεταβληθεῖσα εἰς τὴν ἑλλάδα γλῶτταν παρὰ Κωνσταντίνου (6) Πρωτασηκρήτου τοῦ (7) Ῥηγίνου. Αὕτη βίβλος ἦν ἡ πάλαι θρυλλουμένη, ἡ καὶ (8) Σύρικος εὐστόχως κεκλημένη. Λόγος πρῶτος. Ἰστέον ὅτι ἡ γέννησις τῶν τριχῶν γίνεται ἀπὸ τῶν καπνοειδῶν τῶν χολωδῶν παχέων ἀναθυμιάσεων. συμβαίνει δὲ &c. In suprà memoratâ verò editione latinâ Basileensi inscribitur atque incipit idem Liber *primus* hoc modo: *Constantini Africani Medici de omnium morborum, qui homini accidere possunt cognitione & curatione Liber primus. Caput primum de Alopeciâ. Capillus ex fumo grosso & calido nascitur, qui ex igneis, & incensivis est humoribus*; &c. *Secundus* Liber in utroque Codice manuscripto *Cæsareo* inscribitur atque incipit his verbis: Ἡ πρώτη (9) πύλη ἀπὸ τοῦ δευτέρου περὶ ὀφθαλμῶν καὶ θεραπείας τῶν τούτων παθῶν. Ἡ δευτέρα εἴσοδος. Ἀρχὴ λόγου β΄. Ὀφθαλμίασις ἐστὶν οἴδημα θερμὸν &c. In suprà memoratâ autem editione latinâ Basileensi incipit idem Liber *secundus* hoc modo: *Caput primùm de lippitudine. Ophthalmia est calidum apostema* &c. *Tertius* Liber in utroque Codice manuscripto *Cæsareo* inscribitur atque incipit his verbis: Ἡ τρίτη εἴσοδος τοῦ

(1) *Ita quidem ibi scriptum est, sed videtur legendum esse* συντεθειμένη, *ut referatur ad vocem* Βίβλος.

(2) *Ita ibi abbreviatè scriptum est, nempe* Βγ *pro* Βεν.

(3) *Pro* Ἀσηκρήτου *perperàm ibi scriptũ est* Ἀσηκρίτου. *Vide* Joan. Meursij *Glossarium græco-barbarum in explicatione vocis* Ἀσηκρῆτις, *hoc est*, A secretis.

(4) *Similiter etiam Indici totius Operis ibidem præfixa sunt hæc verba:* Σύνταγμα δίλτος ἐκ Σύρων σοφοῦ γένους.

(5) *Ita ibi scriptum est pro* Βεν-Ζαφάρ. (6) *Pro* Πρωτασηκρήτου *in Codice illo perperàm scriptum est* Πρωτασυγκρίτου. *Vide* Joan. Meursij *Glossarium Græco-barbarum in explicatione vocis* Πρωτασηκρῆτις. (7) *Pro* Ῥηγίνου *perperàm ibi scriptum est* Ῥηγμοῦ. (8) *Locus corruptus. Nam fortè legendum est*, ἡ καὶ συρικῶς Εὐστοχία κεκλημένη, *an*. ἡ καὶ Συρικὴ εὐστοχία κεκλημένη. *Mihi certè nondum liquet. At* Συρικὸς *pro* Συριακὸς *legitur apud* Stephanum *de Urbibus*. (9) Πύλη *sive* Porta *in toto hoc Opere ubivis metaphoricè usurpatur pro* Capite *Libri*.

βίβλου τῶν ἐφοδίων τοῦ ταξεώτου. Ἐσυναψάμην ταύτην ἔγωγε γνωριζόμενος Ἄχμεδ, υἱὸς τοῦ Ἀβραμίου, ἔγγων δὲ τοῦ Χάλετ. περὶ διόρθωσιν δὲ καὶ ἐπιμέλειαν τοῦ ἀνθρωπείου σώματος ἐπεχειρισάμην τὴν τρίτην εἴσοδον, Θεοῦ εὐδοκοῦντος, εἰς ταύτην τὴν βίβλον, δηλοῦσαν τὰ πάθη τὰ ἐνοικοῦντα ἐν τοῖς ὀργανικοῖς μέλεσι τοῖς ὑπουργοῦσι τὴν καρδίαν, τὴν οὖσαν λύχνον ἐν τῷ σώματι, &c. In ſuprà memoratâ autem editione latinâ Baſileenſi incipit idem Liber *tertius* hoc modo: *Caput primum de anginâ. In duobus Libris præcedentibus tantummodò dictum eſt de infirmitatibus capiti & faciei accidentibus; modò dicantur morbi membrorum miniſtrantium cordi. Cor enim lucerna corporis*, &c. *Quartus* Liber in utroque Codice manuſcripto *Cæſareo* inſcribitur atque incipit his verbis: Λόγος δ' ἀπὸ τῶν ἐφοδίων τοῦ ἀποδημοῦντος. Διελθόντες τοίνυν τὴν διαγωγὴν τῆς διαγνωστικῆς καὶ ἐπιμελείας πάσης τῶν ὠφελήμων βοηθημάτων ἐν τοῖς ὀργανικοῖς μέλεσι τοῖς γεγυμνημένοις εἰς ὑπουργίαν τῆς ἀναπνοῆς ἐν τούτῳ δὲ τῷ τετάρτῳ δέον ἐστὶν, ἵνα συνάψωμεν καὶ συναθροίσωμεν ἐν εὐκρασίᾳ καὶ (1) καλῇ θέσει τὰ βοηθοῦντα καὶ ἐνεργοῦντα ἐν ἰσχύϊ καὶ ἐγέρσει τῆς ὀρεκτικῆς δυνάμεως &c. Ἡ πρώτη πύλη περὶ δυσκαταπόσεως. Ὁ φάρυγξ μεγίστην ὠφέλειαν ἔχει &c. In ſuprà memoratâ autem editione latinâ Baſileenſi incipit idem Liber *quartus* hoc modo: *Caput primum de difficultate glutiendi. Quoniam in tertio Libro ſuperiori morbos & medicinas diximus membrorum ſervientium ſpiritui, conſequens ergò ordo expetit tractare de membris attinentibus cibarjs* &c. *Quintus* Liber in utroq; Codice manuſcripto *Cæſareo* inſcribitur atq; incipit his verbis: Ἀρχὴ λόγου ε'. Ἀρχὴ τῆς πέμπτης ῥήσεως περὶ τοῦ ἥπατος. Ἐν ταῖς κολικαῖς διαθέσεσι πόνου γινομένου, &c. Ἐπειδὴ οἱ τιμιώτατοι τῶν ἰατρῶν ὑπέδειξαν περὶ πολλοὺς τῶν διαπιθευμένων παρ' αὐτοῖς, ὅτι ἡ πέψις ἐν τῷ σώματι ὑπάρχει ἐν τρισὶ τόποις &c. Πρώτη πύλη περὶ τῆς τοῦ ἥπατος δυσκρασίας. Λέγω οὖν ὅτι τὸ ἧπαρ πάσχει διὰ δυοπρόσωπα, &c. In ſuprà memoratâ autem editione latinâ Baſileenſi incipit idem Liber *quintus* hoc modo: *Caput primum de malâ complexione hepatis. Multis in locis præſtantiſſimi Medici digeſtibilem virtutem tria loca obtinere dixerunt corporis*: &c. *Sextus* Liber in utroque Codice manuſcripto *Cæſareo* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἀρχὴ λόγου ϛ'. Ὁ λόγος ὁ ἕκτος ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν ἐφοδίων τοῦ (2) ταξεώτου, ἣν συνέθετο Ἄχμεδ ὁ τοῦ Ἀβραμίου υἱὸς, τοῦ Ἴβιν Χάλετ τοῦ ἰατροῦ. Βουλόμενος

(1) *In altero Codice MSto pro* καλῇ *legitur* πολλῇ.

(2) Ταξεώτης *hoc loco, iisdem ut paulo antè, ſimpliciter ſignificat* ἀποδημοῦντα *ſive* peregrinantem. *Aliàs enim* Ταξεῶται *ſeu* Ταξιῶται *appellantur* Apparitores Præſidum, *aut* Milites chortales.

μένος ὁ ὕψιστος καὶ μέγας Θεὸς τοῦ διαμένειν τὸ γένος τῶν ζώων, ἔπλασεν αὐτοῖς μέλη, δι' ὧν γενεαλογοῦνται. ἔθετο δὲ ἐν αὐτοῖς τοῖς μέλεσι δύναμιν ἔμφυτον ἰδίως, &c. Ἡ πρώτη πύλη περὶ τῆς ἐλαττώσεως τῆς συνουσίας καὶ ἀδυναμίας αὐτῆς. Φῶ, ὅτι κατεσκεύαστο ἐν τῷ καυλῷ καὶ αἰδοίοις, &c. In suprà memoratâ autem editione latinâ Basileensi incipit idem Liber *sextus* hoc modo: *Caput primum de paucitate coitûs. Deus ad animalium genera existenda, creavit membra, unde essent procreanda, quibus propriè virtutem indidit naturalem*, &c. *Septimus* Liber in utroque Codice manuscripto *Cæsareo* inscribitur atque incipit his verbis: Ἀρχὴ λόγου ζ. Διελθόντες χάριτι τοῦ Θεοῦ ἐν τοῖς προειληφόσι λόγοις, ἐν τῷδε τῷ συγγράμματι περὶ τῶν συμβαινόντων παθῶν ἐν τοῖς μέλεσι τῶν ἐντὸς φέροντες τὴν ὁδὸν τῆς θεραπείας αὐτῶν &c. Ἡ πρώτη πύλη ἐκ τοῦ ἑβδόμου λόγου περὶ ἐφημέρου πυρετοῦ. Λέγω, ὅτι γίνεται ὁ ἐφήμερος πυρετὸς ἐξ ἐπιτεταμένης θερμότητος &c. In suprà memoratâ autem editione latinâ Basileensi incipit idem Liber *septimus* hoc modo: *Expletis in prioribus particulis interiorum membrorum passionibus, & eorum expositis curationibus* &c. Vltimum hujus Libri *septimi* Caput inscribitur atque incipit in utroque Codice manuscripto *Cæsareo* his verbis: Πύλη λε´ περὶ τῆς θεραπείας τοῦ σχίσματος τῶν πόδων. Ὅταν συγκραθῇ τῷ αἵματι τῆς τροφῆς χολὴ μέλαινα &c; hoc est, *Porta trigesima quinta de curatione fissuræ pedum*. In fine autem ejusdem legitur hæc subscriptio: Τέλος σὺν Θεῷ τῶν ἐφοδίων. Meminit hujus Autoris & Operis *Petrus Diaconus Casinensis* in Continuatione Chronici Casinensis *Leonis Marsicani*, Cardinalis & Episcopi Ostiensis, lib. 3 cap. 35, fol. 102 editionis Venetæ Lazari de Soardis A. 1513 in quarto, his verbis: *Istius item* (1) *Abbatis* (2) tempore *CONSTANTINVS Afer huc veniens, & habitum sanctæ Religionis accipiens, Ecclesiam S. Agathæ in Aversano Pago, à Richardo* (3) *Principe sibi concessam, Monasterio devotissimus obtulit. Non erit otiosum ad posterorum memoriam, quis quantúsque iste vir fuerit, literis tradere. Hic igitur, relictâ Carthagine, ubi ortus fuerat, Babyloniam petijt; ubi disciplinis omnibus Chaldæorum, Arabum, Persarum, Ægyptiorum & Indorum plenissimè instructus, post annos triginta novem ad Africam redijt. Quem ita eruditum omnium gentium linguis & literis, interimere Afri cogitabant. Quod ille ubi didicit*,

(1) *Nempe* Desiderij. (2) *Nempe A. C.* 1072 *inter* dedicationem Basilicæ Casinensis S. Benedicti, *quæ A.C.* 1071 *Kalendis Octobris celebrata est, & diem* 22 *Aprilis A.* 1073, *quo* Papa Alexander II *obijt. Vide Chronicon Casinense lib.* 30 *cap.* 30 *&* 36, *& Eminentiss. Card.* Baronij *Annal. Ecclesiast. Tom. XI an.* 1071 *&* 1073, *pag.* 394 *&* 411 *editionis Plantinianæ.* (3) *Nempe* Capuano; *cui Papa* Nicolaus II *Principatum Capuanum confirmavit A.C.* 1059. *Vide Card.* Baron. *Annal. Ecclesiast. Tom. XI pag.* 268.

didicit, clam ingressus navem, Salernum venit, ibiq; in habitu mendici aliquamdiu latuit. Inde à fratre Babyloniorum Regis, qui eò tunc venerat, agnitus, (1) ROBERTOq; Duci magnificè est commendatus. Postmodum verò, relictis omnibus, ad hoc Monasterium, ordine quo suprà diximus, veniens, Monachus effectus est. In hoc autem Cœnobio positus, transtulit ex diversarum gentium linguis plurimos Libros, in quibus isti præcipui sunt: (2) Pantechnum, quod in Libros duodecim scidit, ubi exposuit, quid Medicum oporteat scire; Practicam de servatione sanitatis & curatione morbi; Librum (3) graduum; Diætam ciborum; De febribus, quem de Arabico transtulit; Librum de urinâ; De interioribus membris; VIATICVM, quem in SEPTEM distribuit PARTES: videlicet de morbis in capite nascentibus, de faciei morbis, de instrumentis, de stomachi & intestinorum morbis, de morbis hepatis, renum, vesicæ, splenis & fellis, de his quæ in cute nascuntur; Expositionem Aphorismi; Librum techni, megatechni, microtechni; Antidotarium; Disputationem Platonis & Hippocratis in sententijs; De simplici medicamine; De gynæcijs; De pulsibus; De experimentis; Glossas herbarum & specierum; De oculis.
Hucusque *Petrus Diaconus Casinensis* secundùm suprà memoratam editionem *Venetam*. In recentiori autem ejusdem *Chronici Casinensis* editione, à R. P. *Matthæo Laureto* Hispano, Casinensi Monacho & Abbate S. Salvatoris de Castellis, adornatâ, & *Neapoli* typis Tarquinij Longhi A. 1616 in quarto impressâ, legitur idem locus hoc modo: *Istius porrò Abbatis tempore CONSTANTINVS Africanus ad hunc locum perveniens, sanctâq; habitum Religionis induens, Ecclesiam S. Agathæ in Aversâ, à Richardo Principe sibi concessam, in hoc sancto loco devotissimus obtulit. Necessarium planè videtur ad posterorum memoriam, quantus hic vel qualis fuerit, literis tradere. Hic igitur à Carthagine, de quâ oriundus erat, egrediens, Babyloniam petijt, in quâ Grammaticâ, Dialecticâ, Geometriâ, Astronomiâ, nec non & Physicâ Chaldæorum, Arabum, Saracenorum, Ægyptiorum ac Indorum plenissimè eruditus est. Completis autem in ediscendis hujusmodi studijs triginta & novem annorum circulis, ad Africam reversus est. Quem cùm vidissent Afri ita ad plenum omnium gentium studijs eruditum, cogitaverunt occidere eum. Quod Constantinus agnoscens, clam navem ingressus, Salernum advênit, ibiq; sub specie inopis aliquamdiu latuit. Deinde à fratre Regis Babyloniorum, qui tunc eò advenerat, agnitus, ac in magnâ (4) honorificentiâ apud ROBERTVM*

R

(1) *Nempe* Roberto Guiscardo, *Nortmannorum Duci, cui Papa* Nicolaus II *Apuliæ, Calabriæ atque Siciliæ Ducatum confirmavit A.* C. 1059. *Vide Card.* Baron. *Annal. Eccles. Tom. XI pag.* 268.

(2) *Vide Operum* Constantini Africani, *Basileæ ab Henrico Petri A. 1536 & 1539 latinè in folio editorum, Partem secundam, ubi idem exstat Opus, sed in* decem *tantùm Libros divisum, & inscribitur,* Loci Communes Medico cognitu necessarij.

(3) *Nempe* de gradibus simpliciū medicamentorū.

(4) *Fuit enim* Roberti Protosecretarius, *ut ex suprà exhibito* Viatici *antiquo titulo græco manifestè liquet. Ad quam dignitatem consequendam plurimùm illi sine dubio profuit notitia multarum linguarum, utpote quæ in eo munere præcipuè requiritur.*

TVM Ducem habitus est. Exinde verò Constantinus egrediens, ad hunc locum pervenit, & , ordine quo suprà retulimus, Monachus factus est. In hoc verò Coenobio positus, transtulit de diversarum gentium linguis Libros quamplurimos, in quibus sunt hi præcipuè: Pantechnum, quem divisit in Libros duodecim, in quo exposuit, quod Medicum scire oportet; Practicam, in quâ posuit, qualiter Medicus custodiat sanitatem, & curet infirmitatem; Librum graduum; Diætam ciborum; Librum febrium, quem de Arabicâ linguâ transtulit; & alios quamplures. Hucusque editio illa *Neapolitana*; in quâ, quæ ad *VIATICVM* pertinent, unà cum alijs sequentibus Opusculis perperàm omissa sunt. Cùm igitur certò constet, *Constantinum*, cognomine *Africanum* & *Rheginum*, A.C. 1072 factum esse *Monachum Casinensem*, valdè errant, qui illum ad annum Christi 750 referunt, ut jam pridem rectè obſervavit doctissimus *Gerardus Joannes Vossius* (1) Libri singularis de Philosophiâ capite decimo quarto, quo agitur de *Illustribus Medicis Arabicis*. Cæterùm corrigendi quoque sunt ij, à quibus idem *Constantinus, Roberti Guiscardi, Ducis Nortmannorum, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ* Ἀσηκρήτης, seu potius Ἀσηκρῆτις, sive *Secretarius*, corruptâ (2) veterum Codicum manuscriptorum scripturâ deceptis, vocatur *Constantinus Asyncritus*, & à *Constantino Africano* diversus esse existimatur. Hic enim insignis error exstat in *Joannis Georgij Schenckij Bibliothecâ Medicâ* pag. 141 & 142, quippe ubi primùm agitur de *Constantino Africano*, Monacho Casinensi, deinde autem separatim de *Constantino Asyncrito* his verbis: *CONSTANTINVS ASYNCRITVS transtulit Zaphar Elgozar Viaticum peregrinantium in Græcum, quod exstat manuscriptum in Bibliothecâ Regis Galliæ.* Idem error occurrit bis in *R. P. Philippi Labbei S. I. Novâ Bibliothecâ Manuscriptorum Librorum*, nempe paginâ 128, ubi refert in *Bibliothecæ Regiæ Parisinæ* Codicibus MStis 1261 & 1514 exstare (3) *Viatica peregrinantium libris septem à CONSTANTINO ASYNCRITO ex Arabico in Græcum translata*; & pag. 292, ubi hæc leguntur: *Viaticum peregrinantium*, τὰ ἐφόδια τῶν ἀποδημούντων, *& Remedia varia in septem Partes tributa, partim à quodam (4) Epronbgzaphar filio Elgzezar, in Græcam linguam versæ à CONSTANTINO ASYNCRITO RHEGIENSE, partim ab (5) Alchmede filio Abraami, nepote Chaletis, in Bibliothecæ Regiæ Parisinæ Codice 1514.* Multo etiam graviùs errat *Joannes Meursius* in *Glossario Græco-barbaro*, ubi in Indice Autorum Græcorum hactenùs nondum editorum indicat, *in ipso*

(1) *Vide ibi pag.* 117 & 118.

(2) *Sic enim etiam in sequenti Codice MSto* Cæsareo XXX*mo pro* Πρωτασηκρήτου *perperàm legitur* Πρωτασυγκρίτου.

(3) *Ergò etiam ibi plurali numero legebatur* τὰ ἐφόδια.

(4) *Vide suprà pag.* 126.

(5) Alchmed *perperàm pro* Achmed *Vide suprà pag.* 127.

Glossario

Gloſſario octies à ſe citatum eſſe CONSTANTINI ASYNKITI ITINERARIVM, nempe pag. 176, 238, 254, 274, 319, 334, 387, & 564. Et certè omnibus illis locis conſtanter legitur *CONSTANTINVS ASYNKITVS*. Mutavit igitur is corruptam vocem *Aſyncritus* in longè corruptiorem vocem *Aſynkitus*, & Opus Medicum, *Viatica peregrinantis* inſcriptum, abſurdè transformavit in *Itinerarium*. Quod enim per *Conſtantinum Aſynkitum* haud alius quàm *Conſtantinus Africanus* ibi re verâ intelligendus ſit, ipſa illa loca, quæ ibi citantur, ſatis manifeſtè indicant.

Secundò, & quidem à fol. 455 pag. 2 uſque ad fol. 460 pag. 1, *Fragmentum Libelli* ejuſdem *Conſtantini Africani de Vrinis*, cujus titulus & principium: Περὶ οὔρων. Τὸ οὖρον τὸ ὕεσιον &c. Vide ſuprà citatam Operum Conſtantini Africani editionem latinam Baſileenſem pag. 208, & Librum *primum* horum Commentariorum pag. 184, ubi fit mentio ejuſdem *Operis de Vrinis*, ſed *manuſcripti*, & ex *Arabicâ* in *Hebræam* Linguam tranſlati.

Tertiò, & quidem à fol. 460 pag. 1 uſque ad fol. 466 pag. 1, ejuſdem *Conſtantini Africani Antidotarium ex Latinâ in Græcam Linguam translatum*, cujus titulus & principium: Εἰσαγωγικὴ μέθοδος Ἀντιδοταρίου ἐκ τῆς ῥωμαϊκῆς διαλέκτου μετατεθεῖσα εἰς τὴν ἑλλάδα. Ἀντίδοτος ἡ χρυσῆ &c.

Quartò, & quidem à fol. 466 pag. 1 uſque ad fol. 484 pag. 1, *Joannis, filij Meſuæ* ſive *Moyſis, Damaſceni, Medici Arabis celeberrimi*, qui, ſecundum *Euonymum Philiatrum* ſive *Conradum Geſnerum* in Præfatione Theſauri de Remedijs ſecretis, circa annum Chriſti 1158 claruit, *Liber de ſimplicibus medicamentis purgantibus*, in *quinque Tmemata* ſive *Sectiones* diviſus, qui tùm in hoc tùm in proximè ſequenti Codice XXXmo perperàm attribuitur *S. Joanni Damaſceno*, ſtrenuo Catholicæ Fidei propugnatori & defenſori adverſus *Imp. Leonem Iſaurum* ejúſque filium *Imp. Conſtantinum Copronymum*, & alios hæreticos *Iconoclaſtas*, qui circa annum Chriſti 750 obijt. Inſcribitur itaque is & incipit hoc modo: Σύγγραμμα σὺν Θεῷ, ὃ διέθετο (1) Ὁ ἘΝ ἉΓΊΟΙΣ ἸΩΆΝΝΗΣ Ὁ ΔΑΜΑΣΚΗΝΌΣ περὶ τῶν κενούντων φαρμάκων καὶ τῆς φύσεως αὐτῶν καὶ τῆς ἰδιότητος καὶ δυνάμεως, καὶ μετὰ ποίων ἑτέρων εἰδῶν σμιγῆναι δεῖ τὰ ὀξέα φάρμακα, καὶ διαμύτατα πρὸς τὸ ἐλαττοῦσθαι τὴν βλάβην αὐτῶν καὶ δακνότητα. Τμῆμα α΄. Ἴσθι ὅτι ὁ διορισμὸς τῆς φαρμακοποσίας ἐστὶν ἐναντιούμενος τοῦ ἀνθρώπου &c. Ἀλόη ἰδίωμα κέκτηται τοῦ καθάραι τὸν στόμαχον καὶ τὴν

(1) *In proxime ſequenti Codice legitur, ὃ διέθετο Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός, ὁ ἐν ἁγίοις ἁγιώτατος. Vide etiam ſuprà pag. 118.*

τῆς κεφαλῆς, &c. Vide Opera *Joannis Mesuæ*, studio Andreæ Marini Venetijs apud Vincentium Valgrisium A. 1561 latinè in folio edita, fol. 46, atque insuper consule *Petri Castellani* Opus de Vitis Illustrium Medicorum pag. 143, & doctissimi *Gerardi Joannis Vossij* Librum singularem de Philosophiâ capite decimo quarto de Illustribus Medicis Arabicis, cui tota *Joannis Mesuæ Vita* ex *Leonis Africani* hactenùs inedito Libro *de doctis Arabibus* inserta est.

Quintò, & quidem à fol. 484 pag. 1 usque ad fol. 488 pag. 2, ex *Pauli Æginetæ Libro septimo Caput vigesimum quintum* περὶ ἀντεμβαλλομένων ἐκ τῶν Γαληνοῦ, hoc est, *de medicamentis inter se vicissim succedaneis*; cujus principium: Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, φησὶν, ἐπί τινος γυναικὸς &c. Deest autem finis, ejusqúe loca adjecta sunt alia quædam *miscellanea Medica ex Galeno*, quorum principium: Ἱερὰ Γαληνοῦ, ἡ σύνθεσιν ἔχει οὕτως.

Sextò, & quidem fol. 4 pag. 2 extra ordinem, anonymi cujusdam Autoris *Chronologia Imperatorum Constantinopolitanorum ab Imp. Constantino Magno usque ad Imp. Andronicum Comnenum*, qui A. C. 1185 d. 12 Septembris à furibundâ plebe Constantinopolitanâ crudelissimè interfectus est. Principium ejus est: Ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐβασίλευσεν ἔτη λβ´ &c; finis autem, Ἀνδρόνικος ἔτη γ´.

XXX.

(3) Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos vigesimus primus.

Trigesimus (1) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *quingentis viginti tribus* & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 462 pag. 2, *Constantini Rhegini Opus Medicum, Viatica peregrinantis inscriptum, & in Libros septem divisum*, ut & ejusdem *Fragmentum de Vrinis* & *Antidotarium*; item *Joannis Mesuæ Damasceni Liber de simplicibus medicamentis purgantibus in quinque Sectiones divisus*, & ex *Pauli Æginetæ Libro septimo Caput vigesimum quintum de Medicamentis succedaneis*; de quibus omnibus in recensione proximè præcedentis Codicis XXIXni jam fusiùs actum est.

Secundò, & quidem à fol. 462 pag. 2 usque ad fol. 464 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Libellus* περὶ τροφῶν δυνάμεων, sive, *de Alimentorum facultatibus*, cujus principium: Ἐγνώσθη ἡ δύναμις καὶ ἡ φύσις τῶν βρωμάτων ἐκ τῆς αὐτῆς γεύσεως· αἱ γὰρ γεύσεις &c.

Tertiò, & quidem à fol. 464 pag. 1 usque ad fol. 475 pag. 1, *S. Epi-*

S. Epiphanij Liber de duodecim Gemmis in Rationali Summi Sacerdotis Hebræorum, cujus principium: Σάρδιον τὸ Βαβυλώνιον &c. Plura de eo vide suprà in recensione Codicis XXVti, num. 8.

Quartò, & quidem à fol. 475 pag. 1 usque ad fol. 477 pag. 1, *Excerptum ex Galeni Libro ad Patrophilum de Pleuritide*, cujus titulus & principium: Γαληνοῦ ἐκ τοῦ πρὸς Πατρόφιλον περὶ πλευρίτιδος. Ἔστι δήποτε τὸ πάθος ἡ φλεγμονὴ, &c.

Quintò, & quidem à fol. 477 pag. 1 usque ad fol. 481 pag. 2, *Orphei Libellus suppositititius de Gemmis*, cujus titulus & principium: Ὀρφέως περὶ λίθων Λίθος ὁ Κρύσταλλος &c. Planè igitur diversus est hic *Libellus* à *Poemate Orphei* περὶ λίθων, hoc est, *de Gemmis* sive *Lapidibus pretiosis*, quod exstat in Syntagmate veterum Poetarum Græcorum Heroici carminis, edito Aureliæ Allobrogum sive Genevæ A. 1606 græcè & latinè in folio, à pag. 522 usque ad pag. 534, atque incipit hoc modo:

> Δῶρον ἀλεξικάκοιο Διὸς θνητοῖσιν ὄπασσαι
> Κεκλόμενος &c.

De quo eodem *Poemate* capite quarto Libri secundi *Prodromi* mei *Historiæ Literariæ*, Hamburgi typis Michaelis Piperi A. 1659 in folio editi, pag. 176 & 177 jam olim hæc scripsi: In Procemio hujus Poematis introducitur *Orpheus* colloquens cum *Theodamante* Priami filio; unde satis clarè apparet, Autorem ejus non esse *Orpheum* illum antiquissimum, qui expeditioni Argonauticæ interfuit. Si genuinum igitur esset hoc Poema, pertineret ad seculum ante Æram Christianam *duodecimum*, in quod Historia belli Trojani incidit. Assentior autem Viris doctis qui ψευδεπίγραφον ac suppositititium illud esse censent, & *Onomacrito* attribuunt. Pertinere enim huc existimant *Suidæ* verba hæc: Ἔγραψε ὁ Ὀρφεὺς καὶ τελετάς· ὁμοίως δέ φασι καὶ ταύτας Ὀνομακρίτου. ἐν τούτοις δ' ἐστὶ περὶ λίθων γλυφῆς, ἥτις Ὀγδοηκοντάλιθος ἐπιγράφεται. Hoc est, interprete Æmilio Porto: *Scripsit Orpheus etiam Initia. Pariter autem hæc quoque dicunt esse Onomacriti. In his autem est Liber de Gemmarum sculpturâ, qui ab octoginta Gemmis inscribitur.* Ex Præfatione Libri hujus de Gemmis citantur aliquot versus à *Joanne Stobæo* Anthologij Serm. 3 de Prudentiâ pag. 38, Serm. 4 de Imprudentiâ pag. 52, & Serm. 29 de Assiduitate & Diligentiâ pag. 200.

Sextò, & quidem à fol. 481 pag. 2 usque ad fol. 523 pag. 1, *Miscellanea* quædam *Medica*, ex *Galeno* alijsque antiquis Autori-

bus excerpta, quorum principium: Γαληνοῦ περὶ τῆς ἐξ ἐνυπνίων διαγνώσεως.

Notandum denique est, quòd paginâ primâ folij 485 ejusdem Codicis rubricatâ subscriptione annotatum est, eum scriptum esse διὰ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ Μανουὴλ, Παγκρατίου τούπικλην, μηνὶ Μαρτίῳ ί ἰνδικτιῶνος ιγ', hoc est, *manu peccatoris Manuelis, cognomine Pancratij, die decimo mensis Martij, Indictione decimâ tertiâ.*

XXXI.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos sextus.* *Trigesimus primus* (1) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátque folijs *quadringentis septem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 8 pag. 2, *Excerpta quædam Medica græco-barbara de Vrinis & de Pulsu ex Galeno & alijs nonnullis antiquis Autoribus*, inter quæ est unum, quod τοῦ σοφωτάτου Μερκουρίου, sive, *Sapientissimi Mercurij*, hoc est, ut ego interpretor, *Hermetis Trismegisti*, falsò inscribitur, atque incipit his verbis: Τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου συνέστηκεν ἐκ τεσσάρων στοιχείων &c.

Secundò, & quidem à fol. 9 pag. 1 usque ad fol. 407 pag. 1, (2) *Constantini*, cognomine *Africani* & *Rhegini*, *Viatica peregrinantis græco-barbarè*; cum subjuncto Libro (3) *Joannis Mesuæ Damasceni de Medicamentis purgantibus*, qui etiam in hoc Codice, itidem ut in duobus præcedentibus, perperàm *S. Joanni Damasceno* attribuitur. Accedit insuper (4) suprà memoratus anonymi Autoris *Libellus græco-barbarus* περὶ τροφῶν δυνάμεων, sive, *de Alimentorum facultatibus*; item *Antidotarium græco-barbarum, Catalogus alphabeticus Medicamentorum succedaneorum græco-barbarus, Lexicon vocabulorum Medicorum Saracenicorum cum Interpretatione græco-barbarâ*, & tandem *Hippocratis Liber* περὶ ἑλκῶν, sive, *de Vlceribus*, cujus principium: (5) Ἕλκεα ξύμπαντα οὐ χρὴ τέγγειν &c.

(2) *Vide suprà Cod. XXIX, num. 1, & Cod. XXX, num. 1.* (3) *Vide suprà Cod. XXIX, num. 4, & Cod. XXX num. 1.* (4) *Vide suprà Cod. XXX, num. 2.* (5) *Vide Operum* Hippocratis *editionem græco-latinam Genevensem pag. 869.*

XXXII.

(6) *Fuit is olim extra numerum.* *Trigesimus secundus* (6) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus, sed bonæ notæ, in *quarto*, constátque folijs *quinquaginta duobus*. Continetur eo (7) *Moschionis Liber* περὶ γυναικείων παθῶν, sive, *de Muliebribus* (8) *passionibus in Capita centum quinquaginta duo divisus*; cujus *Præfationem*, quia nunquam antehac

(7) *Perperàm is à nonnullis appellatur* Mischion, *ut in Bibliothecâ* Gesneri *videre est.* (8) *Hoc est, secundum alias eorundem verborum græcorum translationes,* de morbis muliebribus, *sive*, de mulierum affectibus.

antehac *græcè* edita est, hîc exhibeo integram: Ὁπηνίκα συνεχῶς ἡμῖν ἐν ταῖς γυναιξὶν ἡ μαῖα ἐγεγόνει ἀναγκαῖα, καὶ οὐδεμίαν ἐφεύρομεν φιλόπονον οὖσαν ἢ γράμματα ἑλληνικὰ μεμαθηκυῖαν· εἰ δὲ καὶ μεμαθήκει, πάντα ἐν τῇ τῶν Λατίνων διαλέκτῳ μετέφρασεν ἂν τὰ γυναικεῖα, ὅπως δυνηθῇ γινώσκειν τῷ λόγῳ τῆς ἀναγνώσεως πάντα. Ἐγὼ τοίνυν ΜΟΣΧΙΩΝ, πολλὰ ἤδη ὁρῶ ὡς πανταχόθεν μετειεγκεῖν ἐκ τῆς ἀληθείας τὸν λόγον, μᾶλλον μὲν οὖν κατεσκευασμένα καὶ ἐπιμελέστερον κεκαθαρμένα, καθάπερ ἐν τῷ ὀφθαλμικῷ καὶ χειρουργικῷ τοῦ Φιλιατροῦ, ἀλλὰ μὴν καὶ (1) ποιηματικοῦ ἀνέγνωμεν, ἔδοξεν ἐμοὶ ταῦτα τὰ γυναικεῖα ἐκ τῆς τῶν Λατίνων μεταστρέψαι διαλέκτου. ἔξεστι τοίνυν καὶ μέγιστον μέρος πρὸς ὁλόκληρον δύναμιν ἀκολουθήσας μετενέγκοιμι, ὅπως δυνήσαιμι τὴν τῶν γυναικῶν ψυχὴν τούτῳ τῷ λόγῳ ἐξιλαρύναι, ἤρεσεν ἡμῖν, ὅπως τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐπαινουμένων ἐν ἐπιτομῇ ποιήσω, ἵνα πάντα εἴποιμι καὶ οὐ μέγεθος τῆς πραγματείας ποιήσομαι, πρὸς δὲ τοὺς ἐπιθυμοῦντας πολλὴν τὴν ἀκολουθίαν σύντομον τῶν λεχθέντων παραδώσω· καὶ πρὸς ταῦτα ἄλλα τριακονταδύο κεφάλαια προστέθεικα, ἵνα ἐξ ἁπάντων ἠθροισμένων ὑπόμνημα ἱκανὸν δυνηθῇ εἶναι. ἐπὶ τούτοις δὲ ἁπλῶς ἠβουλήθην λέξαι, ἵνα τὸ δῆλον λέξω τὸ τῶν ῥημάτων πρὸς χρῆσιν ταῖς γυναιξὶν, ὅπως καὶ ταῖς ἀπείροις μαίαις δηλαδὴ τὰ ἐκτεθέντα τῷ λόγῳ εὐχερῆ γενήσωνται, εἰς ποῖα καὶ πόσα μέρη διαιρεῖν ἅπαντα περὶ τῶν γυναικῶν παραδοῦναι ἠθέλησα, εἰς δύο μαίας ἐξακολουθήσας, ἡ μὲν ἄπειρος, ἑτέρα δὲ ἥ τις ἐκ πασῶν τῶν μαιῶν ἔμπειρος καθίσταται· ταύτην πάλιν διαιροῦμεν εἰς τὰς κατὰ τὴν φύσιν συμβαινούσας αἰτίας, καὶ παρὰ τὴν φύσιν τῶν μαιῶν. εὐκτικὸς γὰρ ὁ λόγος ταῖς γυναιξὶν ἂν εἴη, εἰ τὸ μέρος ἐξ αὐτῆς τῆς μαίας γυμναθήσεται, καὶ τοῖς ἄλλοις δῆλος, εἴ τις εἴη δυνατὸς τῶν γυναικῶν λόγον διαγνῶναι. Hucusque *Præfatio* illa; gravis certè & elegans, nec recentiorem aliquem aut trivialem scriptorem, sed antiquum & præstantem redolens; ex quâ luculentissimè apparet, *Moschionem* quidem natione *Græcum* fuisse, sed simul etiam Latinæ linguæ peritissimum, & in usum Græcarum obstetricum Librum illum de Muliebribus passionibus ex *Latinâ* in *Græcam* linguam transtulisse, adjectis tantùm supplendi ejus causâ *triginta duobus* Capitibus. Finitâ igitur hâc *Præfatione*, sequitur in eodem Codice manuscripto *Cæsareo* Κεφάλαιον πρῶτον sive Caput primum his verbis: Τί ἐστι μαῖα; Μαῖα ἐστὶ γυνὴ πάντων τῶν γυναικείων πραγμάτων δεδιδαγμένη, ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς ἰατρικῆς γυμνασίας ἔμπειρος, ἥτις

(1) *Ita quidem ibi scriptū est, sed videtur legendum esse* ποιηματικῷ.

ἥτις δύναται &c; Caput autem *centesimum quinquagesimum secundum* sive *ultimum* desinit his verbis: ὁπηνίκα ἐπὶ μακρὸν χρόνον τὴν σύλληψιν δέξηται, εἴτε (1) παχύτητι τοῦ σώματος, ἢ φέβου ἢ ὀργηλότητος. Primus hunc librum ex *Bibliothecâ Augustanâ* cum *Conradi Gesneri* Scholijs & Emendationibus *græcè* in lucem edidit *Casparus Wolphius*, Medicus Tigurinus, Basileæ typis Thomæ Guarini A. 1566 in quarto. Posteà autem inseruit idem *Wolphius* eundem *Moschionis* Librum itidem *græcè Syntagmati Gynæciorum* à se collecto, & posteà Basileæ per Thomam Guarinum A. 1586 tribus Tomis in quarto edito; ubi is, post *Felicis Plateri* Icones partium muliebrium generationi dicatarum, primum locum tenet à pag. 1 usque ad pag. 55. Sequitur deinde ibidem ejusdem suprà memorati *Wolphij Harmonia Gynæciorum*, sive, *De morbis muliebribus Liber, ex Prisciano, Cleopatrâ, Moschione, Libro Matricis dicto, & Theodoro Prisciano collectus*, cui inter alios diversos *Prologos* etiam præfixa est *Præfatio Moschionis* ex antiquo Codice manuscripto *latino* ad hunc modum: *Præfatio Moschionis in Gynæcia, quam in latino tantùm Codice reperimus ab interprete positam; nam* (2) *Autor Græcus innominatus nihil præfatus est. Cùm frequentiùs nobis in muliebribus causis obstetrix fuisset necessaria, nullásque invenimus studiosas, quæ literas Græcas attigissent, & cùm Gynæcia in* (3) *Latinitatem translata omnes desiderarent: egò verò MOSCHION, qui jam* (4) *Judæorum quædam quomodocunque transtulissem, veritate rationis potiùs nixus, quàm instructâ oratione vel diligentiâ politâ usus, sicuti in* (5) *Ophthalmicis, Chirurgumenis, PHILÆTIO, theorematicis legisti: placuit & quòd Gynæcia in* (6) *Latinum verteremus sermonem, jámque maximam partem* (7) *Triacontadis integro tenore ad verba transtulerim. Sed cùm vidissem grande corpus futurum, & quod muliebres animos citò præ magnitudine lassare posset, placuit Methodicorum brevitatem sequi, ut omnia dicerem, neque tamen grande corpus efficerem, sed omnia brevissimè complecterer, idque simplicibus & muliebribus aliquando verbis, ut mulieres lectionis imperitæ, vel ab alijs sibi lecta facilè consequantur.* Huc usque *Præfatio* illa *latina*, à *Casparo Wolphio* edita; quæ si cum genuinâ atque integrâ *Moschionis Præfatione Græcâ*, ex Codice manuscripto *Cæsareo*, de quo in præsens agitur, suprà fideliter exhibitâ, obiter

(1) *In editione impressâ* Caspari Wolphij *legitur,* εἴτε παχύτητι τοῦ σώματος, ἢ φέβον, ἢ ὀργηλότητι. *In margine autem hæc annotata sunt:* Caput sequens 153 & reliqua omnia in Latino non habentur. *Unde patet, etiam in antiquo illo contextu* Latino, *Librum hunc* Moschionis, *atque ac in Codice hoc manuscripto* Cæsareo, *ultra Caput* centesimum quinquagesimum secundum *non processisse.*

(2) *Autor ille Græcus innominatus est ipse Moschion, ut suprà manifestè apparet ex græcâ ipsius genuinâ Præfatione.* (3) *Imò contrà in sermonem Græcum.* (4) *Ridiculus profectò error. Nullum enim Judæorum scriptum Moschion unquam transtulit, sed ineptissimus Præfationis Græcæ interpres pro* πολλὰ ἤδη ὁρῶ *perperàm legit* πολλὰ ἰουδαίων. (5) *In Præfatione græcâ legitur: in Ophtalmico & Chirurgico* PHILIATRI. *Insulsissimus autem Interpres latinus ex genitivo Philiatri perperàm fecit vocativum Philætio.* (6) *Immò in Græcum ex Latino.* (7) *Ineruditissimus Interpres latinus ex* τεσσαράκοντα δύο *perperàm fecit genitivum Triacontadis, & hâc ratione verum hujus loci sensum omninò immutavit.*

obiter saltem, nedum accuratè, conferatur, manifestè apparet, eam ab homine ineruditissimo adeò absurdè, perversè & mutilè ex contextu *græco* translatam esse, ut vix quidquam fingi possit ineptius & à verâ Autoris mente alienius. *Moschion* enim non transtulit *Gynæcia* ista ex *Græco* in *Latinum* sermonem, sed vice versâ ex *Latino* sermone in *Græcum*, nempe in usum Græcarum obstetricum, quarum adminiculum illi ad curandas muliebres passiones sæpè fuit necessarium. Potest igitur beneficio hujus Codicis manuscripti *Cæsarei* integra nova *Moschionis* adornari editio græco-latina, quippe cum prima illa editio *Wolphiana* valdè mendosa ac mutila sit, ut ipse *Wolphius* in Epistolâ dedicatoriâ fatetur his verbis: *Etsi enim utrumque verendum sit nobis, ne vel ipsum Gesnerum, qui plurimum operæ & industriæ in hoc Autore pristinæ integritati restituendo posuit, ut publicæ utilitati quàm maximè consuleret, vel me, qui ejusdem precibus jussisq; adductus adeò MENDOSUM aut IMPERFECTUM evulgare sim ausus, nonnulli sint calumniaturi, sperandum tamen rursus est, plurimos quoq; futuros, qui & Gesnero nostro pro tædioso illo & difficili labore, quem quasi in Augiæ stabulo repurgando subijt, & mihi, quòd posteritati hunc Librum non inviderim, gratias magnas sint habituri. Fortassis etiam eruditus aliquis in* (1) *Galliâ Italiâve Codicem nactus emendatiorem, & simul hâc nostrâ editione adjutus, efficiet, ut hunc aliquando INTEGRUM perfectúmque habeamus.* Hæc ibi *Casparus Wolphius.* Quod porrò ad *ætatem Moschionis*, attinet, ea incerta est, ideóque, ut *Casparo Wolphio* & *Joanni Georgio Schenckio*, qui eum Medicum Græcum *recentiorem* appellant, minimè assentior, sic contrà necdum certò affirmare ausim, hunc esse illum *Moschionem*, cujus *Plinius senior* Historiæ Naturalis lib. 19 cap. 5 meminit his verbis: *Atque ut est Græca vanitas, fertur in Templo Apollinis Delphis adeò cæteris cibis prælatus raphanus, ut ex auro dicaretur, beta ex argento, rapum è plumbo. Scires non ibi genitum Manium Curium Imperatorem, quem Samnitium Legatis aurum repudiaturo afferentibus, rapum torrentem in foco inventum Annales nostri prodidêre. Scripsit &* (2) *MOSCHION GRÆCUS unum de raphano Volumen. Hæc Plinius.* Qui cùm Historiam suam Naturalem *Imp. Vespasiano* dicaverit, nec integro triennio pòst, nempe A. C. octogesimo, in incendio Vesuvij montis dum nimio cognoscendi studio propiùs accedit, perierit, haud immeritò quæritur, an ab eo memoratus *Moschion* sit idem atque *Moschion* ille, de cujus *Libro Gynæciorum* in præsens agitur. Citatur enim capite centesimo quinquagesimo primo hujus Libri Soranus hoc modo:

(1) *Imò verò in* Germaniâ *nostrâ. Sed ea propria ita aut ignorat aut spernit bona, nec quidquam amat & æstimat, nisi* Gallicū *vel* Italicum.

(2) *In* Joan. Georg. Schenckij *Bibliothecâ Medicâ pro* Moschion *perperàm legitur* Marcion *his verbis:* Marcion Græcus quidam raphanū Byzantinum peculiari scripto celebravit.

modo: Καὶ αὐτὰ τὰ αἴτια, ἃ ἐγὼ ΜΟΣΧΙΏΝ καὶ οἱ λοιποὶ ἀρχηγοὶ τεθελήκασι ποιῆσαι τοῦ (1) δυσχερεστάτου τόκου. ΣΩΡΑΝΟ͂Σ δὲ ἄλλας προστίθεται αἰτίας· βούλεται γὰρ ἐπικυρῶσαι, ἢ ἐξ ἐπισχέσεως ἐμποδισθῆναι τὸν τόκον, ἢ &c. Hoc est: *Et hæ sunt causæ, quas ego MOSCHION & cæteri Autores voluerunt facere difficultatem partûs. SORANVS autem alias addit causas. Vult enim asserere, aut repressione impediri partum, aut* &c. Vbi inprimis notandum est, *Soranum* simpliciter nominari, non autem adjecto cognomine τὸν νεώτερον sive *Juniorem*. Videtur ergò intelligendus esse *Soranus Ephesius senior*, qui *Alexandriâ Romam* profectus, Medicinam ibi fecit sub Imperatoribus *Trajano* & *Adriano*, ut testatur *Suidas* his verbis: Σωρανὸς, Μενάνδρου καὶ Φοίβης, Ἐφέσιος ἰατρὸς, διατρίψας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ ἐν Ῥώμῃ δὲ ἰατρεύσας ἐπὶ Τραϊανοῦ καὶ Ἀδριανοῦ τῶν Βασιλέων, βιβλία τε συντάξας πλεῖστα καὶ κάλλιστα. Hoc est, *Æmilio Porto* interprete: *Soranus, Menandri & Phoebes filius, Ephesius Medicus, Alexandriæ commoratus, Romæ etiam Medicinam fecit sub Traiano & Adriano Imperatoribus, & Libros plurimos ac pulcherrimos composuit.* Haud absurdè igitur hinc colligi posse videtur, *Moschionem* eodem tempore, quo *Soranus senior*, nempe sub *Imp. Trajano*, *Romæ* Medicinam fecisse, & *Soranum Moschionis* fuisse æmulum, quia *Moschion* suam & cæterorum veterum Autorum opinionem opinioni *Sorani* tanquam recentiori præmittit. Si quis autem hîc objecerit, per *Soranum*, cujus *Moschion* meminit, intelligendum potiùs videri *Soranum Ephesium Juniorem*, quia *Suidas*, de eo agens, expressè refert, eum scripsisse γυναικείων βιβλία δʹ, hoc est, *Muliebrium libros quatuor*, responderi ad hanc objectionem potest, *Soranum* quoq; *seniorem* de eodem argumento scripsisse, & *Sorano Juniori* in hâc materiâ uberiùs pertractandâ viam præivisse. His itaque omnibus accuratè consideratis, videtur porrò haud inconvenienter concludi posse, *Moschionem decennio* circiter ante absolutionem & dedicationem Historiæ Naturalis *C. Plinij*, hoc est, circa annum Christi 69, quo *Vespasianus* cœpit imperare, valdè adhuc juvenem, priusquam venisset Romam, exercitandi & ostentandi ingenij causâ scripsisse ac edidisse *Librum de raphano*; viginti novem autem circiter pòst annis, nempe circa annum Christi 98, quo *Imp. Trajanus* cœpit imperare, ab eodem *Moschione Romæ* jam aliquamdiu commorato, & Medicinæ professione claro, ætate in senectutem vergente, *Librum de Muliebribus passionibus* compositum esse, quò faciliùs ac meliùs operâ uteretur Græca-

(1) In Wolphianâ editione græcâ legitur τοῦ δυσχερεστέρου.

rum

rum obstetricum in juvandis ac curandis fœminis Græcis, quarum eo tempore non mediocris *Romæ* fuit copia. Et hæc quidem mea nunc est de *Moschionis ætate* conjectura; de quâ, ut re nondum satis explorata, liberum cuique legenti permitto judicium. Quod tandem restat, silentio prætereundum non est, in fine Codicis hujus manuscripti *Cæsarei* exstare *subscriptionem Græcam*, quâ is, qui Librum hunc ex alio quodam pervetusto Codice manuscripto descripsit, ingenuè indicat, se illum A. C. 1561 *Venetijs* optimâ fide descripsisse, ideoque ne manifesta quidem antiqui Exemplaris menda arbitratu suo voluisse corrigere. Ipsa *subscriptionis* istius verba græca sunt hæc: Ἐγράφη Ἐνετίησι πυανεψιῶνος πρώτη ἐπὶ δέκα τοῦ ‚αφξα΄ ἔτους ἀπὸ τῆς θεογονίας. ὁ δ' ἐντυχὼν τούτῳ τῷ βιβλίῳ μὴ μεμψάσθω τὸν γράψαντα τῶν σφαλμάτων, ὥσπερ μηδὲν παρὰ τὰ ἐν ἀντιγράφῳ, ἀνηκέστως ὄντι διεφθαρμένῳ, ῥιψοκινδύνως καινοτομεῖν αὐτὸς ὁ γράψας ἐτόλμησε.

XXXIII.

Trigesimus tertius (1) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátque folijs *centum sexaginta septem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc: (1) Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos vigesimus nonus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 126 pag. 2, *Pauli Nicæni Liber de cognitione & curatione variorum morborum, in Capita centum triginta divisus*, cujus *Præfatio* incipit hoc modo: Παύλου Νικαίου. Πολλῶν τε καὶ ποικίλων γινομένων νοσημάτων, ἀναριθμήτων τε συμπτωμάτων περὶ τὰ ἀνθρώπινα σώματα, &c. Quâ finitâ sequitur *Caput primum*, cujus titulus & principium: Περὶ ἐπισκέψεως. Πῶς ἐπισκέψη τὸν νοσοῦντα, εἰ καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἐστὶ τῶν νοσούντων ἐπισκέψεως τρόπος, &c. Meminit hujus Libri *Joannes Georgius Schenckius* in Bibliothecâ Medicâ his verbis: *Pauli Nicæi, discipuli Hippocratis, Medicinale habetur in Bibliothecâ Constantinopolitanâ à Grammatico exhibitâ. Item in Illustrissimi Michaelis Cantacuzeni Bibliothecâ asservatur in chartâ bibacinâ, ibidem.* Hæc *Schenckius*. Per *Bibliothecam* autem *Constantinopolitanam* significatur ab eo Forrago illa corruptissima *Antiquitatum Constantinopolitanarum* & *Catalogorum diversarum Bibliothecarum Constantinopoli olim exstantium*, quam primùm quidem *Georgius Calaminius* Argentorati typis Nicolai Wyriot A. 1578 *latinè* in quarto, posteà autem *Antonius Verderius* cum Supplemento Epitomes Bibliothecæ Gesnerianæ Lugduni

apud Bartholomæum Honorati A. 1585 itidem *latinè* in folio edidit: ut Libro *primo* horum Commentariorum pag. 147, 148, 149, 150 & 151 prolixiùs à me indicatum est. In hujus igitur *Bibliotheca Constantinopolitana Codice manuscripto græco Cæsareo* leguntur duo illa à *Schenckio* citata loca græco-barbara hoc modo: Ἰατρο(σό)φιον Παύλου Νικαίου, μαθητοῦ τοῦ Ἱπποκράτους, atque iterum, Ἰατροσόφιον Παύλου Νικαίου, μαθητοῦ τοῦ Ἱπποκράτους, καὶ εἶναι τὸ (1) χάρτι βιββάκινο.

(1) Χαρτὶ βιββάκινο græco-barbarè significat Chartā bombycinam.

Secundò, & quidem à fol. 127 pag. 1 usque ad fol. 164 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris Σκευασίαι sive *Compositiones variorum Medicamentorum*, inter quæ etiam est τὸ ἀλάπιον τοῦ ἁγίου Λουκᾶ, cujus jām (2) suprà aliquoties facta est mentio.

(2) Vide suprà pag. 107.

Tertiò, & quidem à fol. 164 pag. 2 usque ad fol. 167 pag. 2, *Epigrammata quædam miscellanea*, inter quæ præcipuum tenet locum *Epigramma* hoc *Nicomedis*, vel secundum alios *Bassi, in Hippocratem*:

(3) Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων, καὶ σώετο λαῶν
Ἔθνεα, καὶ νεκύων ἦν σπανὶς εἰν αΐδη.

Hoc est, secundum translationem prosaicam ad verbum:

Hippocrates lux erat hominum, & servabat populorum
Nationes, & mortuorum erat raritas in Inferno.

Est autem Epigramma hoc *Sotadicum*, quod servato metro ἀντιστρόφως sive (4) *retrorsùm* legi potest hoc modo:

Εἰν αΐδη σπανὶς ἦν νεκύων καὶ ἔθνεα λαῶν
Σώετο, καὶ μερόπων ἦν φάος Ἱπποκράτης.

Hoc est:

In inferno raritas erat mortuorum, &, nationes populorum
Servabat, & hominum erat lux Hippocrates.

(3) Vide Maximi Planudis *Anthologium sive Florilegium veterum Epigrammatum Græcorum Lib.* 1 *cap.* 39.

(4) Pausanias *vocat hoc* βουστροφηδὸν, *hoc est*, instar boum arantium.

Ejusdem generis, non ordine tantum verborum, sed sensu quoque inverso, est hoc *Francisci Philelphi* distichon in hominem indignum ad magnos honores promotum:

Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum,
Scandere te fecit hoc decus eximium.

Ordine enim retrogrado, & transpositis quatuor commatibus, sensus eorundem verborum contrarius est talis:

Eximium decus hoc fecit te scandere
Rerum copia, non virtus, fraus tua, non tua laus.

Cæterùm inter suprà memorata *Epigrammata Græca* exstant *duo*, ad *Antiquitates Constantinopolitanas* pertinentia, quorum primum

in

in *Vxorem Imp. Mauricij*, unà cum Marito & liberis à *Phocâ* Tyranno occisam, incipit hoc modo:

Ἀδ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα καὶ ἀμφοτέρων Βασιλήων
Τιβερίε θυγάτηρ, Μαυρικίε τε δάμαρ,
Ἡ πολύπαις &c.

Alterum autem *Epigramma fatidicum, Chalcedone inventum*, incipit his verbis: Ἀλλ' ὅτε δὴ νύμφαι ἱερὴν &c. Vtrumque vide integrum inter (1) suprà citatas *Antiquitates Constantinopolitanas*, quæ *Catalogis diversarum Bibliothecarum Constantinopolitanarum* præfixæ sunt.

XXXIV.

Trigesimus quartus (2) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est antiquus partim *membranaceus*, partim *chartaceus* in *quarto*, constátque folijs *ducentis triginta sex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem (3) à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 46 pag. 1, *Romani, Cubicularij Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ S. Sophiæ, & primarij Inspectoris Imperatorij Hospitalis cognomine Myrilai, Liber de acutis & diuturnis morbis*, cujus titulus & principium: Ῥωμανοῦ Κουβουκλησίου τῆς τοῦ Θεοῦ ἁγίας καὶ μεγάλης Ἐκκλησίας, (4) πρωτομηνευτοῦ τοῦ βασιλικοῦ Ξενῶνος τοῦ (5) μυρελαίου, καὶ τὸ περιδόξου. Ὀυ προσταττέον ἡγησάμην, (6) ὅπως ὁ περὶ τὰς ῥύμας καὶ τὰς παρεμβολὰς περιπατοῦντες, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς βαρέα φορτία βαστάζειν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὀξέων καὶ μακρῶν νοσημάτων τοῦτο τὸ βιβλίον βραχέως καὶ συντόμως πεποίηκα, ἅπερ αὐτὸς ἑώρακα καὶ ἐγγεγύμνασμαι τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἀρχαίων περὶ σημείων ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν, &c. Mentionem hujus *Romani* nusquam alibi hactenùs reperi, ideóque & *ætas* ipsius mihi adhuc est incognita. Titulus autem Κουβουκλησίου τῆς Ἐκκλησίας sive *Cubicularij Ecclesiæ* dupliciter potest explicari, ita nempe ut Κουβουκλήσιος idem sit, qui in nonnullis (7) Catalogis Officiorum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ appellatur ὁ Κουβούκλης, cujúsque officium ibidem traditur esse, βαστάζειν τὸ δικανίκιον τοῦ Ἀρχιερέως, ὅταν περιπατεῖ, hoc est, *gestare baculum pastorale* *Ar-*

(1) *Vide suprà pag. 139.*
(2) *Fuit is olim extra numerum.*
(3) *Omnia hæc folia sunt membranacea.*
(4) Πρωτομηνευτὴν *verti* Primarium Inspectorem, *quia Inspectoris est τὸ μηνύειν, hoc est,* significare, patefacere *&* indicare, *quid in re curæ suæ commissâ agatur, & quo in statu ea sit.*
(5) *Ita ibi manifestè scriptum est, nempe* μυρελαίου, *non autem* μυρελαίου, *ut legitur bis apud* Georgium Codinum *in Libro de Ædificijs Vrbis Constantinopolitanæ pag. 54 editionis meæ græco-latinæ Parisinæ Lupareæ; ubi simul etiam indicatur locum hunc ita fuisse cognominatum, quòd beneficio Beatissimæ Virginis Deiparæ* unguentum *ibi miraculosè scaturiret, & multi per illud sanitati restituerentur.* (6) *Locus hic videtur esse corruptus ac mutilus.* (7) *Vide R. P.* Jacobi Goar *Notas & Observationes in Caput primum* Georgij Codini *de Officijs Ecclesiæ & Aulæ Constantinopolitanæ pag. 9 & 14 editionis gr. lat. Parif. Lupareæ.*

Archiepiscopi sive Patriarchæ, cum procedit in publicum; vel, ut per Κυβυκλήσιον τῆς Ἐκκλησίας sive *Cubicularium Ecclesiæ* significetur *Sacellanus*, hoc est, *Præfectus* vel *Custos sacri Cubiculi* seu *sacræ Cellæ, uni aut pluribus Sanctis speciatim dicatæ*. Hoc enim sensu legitur apud *Anastasium Bibliothecarium* in vita Papæ Leonis I: *Hic constituit super sepulcra Apostolorum custodes ex Clero Romano, qui dicuntur CVBICVLARII.* Plura de subterraneis (1) *Cubiculis* Coemeteriorum Sanctorum Martyrum, ad obeundam sacram Synaxin constructis, vide apud *Antonium Bosium* & *Paulum Aringhum* in Opere doctissimo & nunquam satis laudando, quod inscribitur *Româ Subterranea*. Probabilius tamen mihi videtur, titulum *Cubuclesij* sive *Cubicularij* suprà memorato *Romano* primâ potiùs, quàm secundâ significatione attribui, eodemque priori sensu *Theodorum Balsamonem* in Explicatione Canonis septimi Synodi sextæ in Trullo, pag. 370 editionis græco-latinæ Parisinæ, intelligendum esse, ubi mentionem facit τοῦ Ἐκκλησιαστικοῦ Κυβυκλησίου, seu, ut ibi legitur, Κυβυκλεισίου. Cujus loci valdè obscuri veram interpretationem nec *Gentianus Hervetus* in translatione suâ latinâ satis assecutus est, nec *Joannes Meursius* in Glossario græco-barbaro; quorum posterior ex masculino vocabulo Κυβυκλήσιος fecit vocabulum neutrum Κυβυκλίσιον per iota in syllabâ antepenultimâ, &, ut in re planè incognitâ, ne unicum quidem verbum expositionis loco adjecit. Cæterùm & hoc obiter monendum est, jam memoratum Κυβυκλήσιον, Constantinopolitani Patriarchæ baculum pastoralem gestantem, non esse confundendum cum *Monachis* κυβυκλεισίοις sive *cubicularijs*, aliàs Ἐγκλειστοῖς sive *Inclusis* appellatis, quòd exquisitioris religionis causâ cellæ, quam Græci recentiores, voce à Latinis mutuatâ, Κυβυκλεῖον sive *Cubiculum* vocant, perpetuò inclusi permanerent; de quibus eruditè agit R.P. *Petrus Possinus* S.I. in Glossario græco-barbaro, quod *Georgij Pachymeris* Historiæ rerum ab *Imp. Andronico Palæologo Seniore* gestarum subjunctum est. Vide ibi pag. 491 & 492.

(1) *Vide etiam* Dominici Magri *Melitensis Notitiam Vocabulorum Ecclesiasticorū, Romæ A. 1669 Italicè in quarto impressā, lit. C in explicatione vocabuli* Cubiculū.

Secundò, & quidem (2) à fol. 46 pag. 1 usque ad fol. 164 pag. 1, *Galeni Liber sextus, septimus & octavus* περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεων, sive, *de simplicium medicamentorum facultatibus, ordine alphabetico*. Incipit autem ibi Liber *sextus* sine inscriptione ac Procemio his verbis: (3) Περὶ ἀβροτόνου. Ἀβροτόνου τῆς πόας οὔτε τὴν ἰδέαν χρὴ γράφειν &c.

(2) *Ex his folijs tria priora sunt membranacea.*

(3) *Vide suprà citatam Operum* Galeni *editionem Græcam Basileensem Tom. II pag. 69.*

Tertiò, & quidem à fol. 164 pag. 2 usque ad fol. 171 pag. 2, *ex*

ex Galeni Libro primo de Antidotis Fragmentum, quo continetur *Andromachi* τ͂ πρεσβυτέρȣ sive *Senioris*, patriâ *Cretensis*, ad *Imp. Neronem*, cujus fuit *Archiater*, *Carmen elegiacum de compositione Theriacæ* δι' ἐχιδνῶν sive *admixtionem carnium viperinarum*; cujus principium:

(1) Κλῦθι πολυθρονίȣ βελαρὸν θεὸς ἀντιδότοιο,
Καῖσαρ ἀδειμάντȣ δῶτορ ἐλευθερίης.
Κλῦθι Νέρων, ἱλαρήν μιν ἐπικλείȣσι Γαλήνην
Εὔδιον, &c.

Hæc igitur est celeberrima illa *Theriaca*, ab autore suo cognominata *Andromachi*, quæ *Mithridaticam Antidotum* ferè antiquavit. Neque verò jam citato tantùm *Libro primo de Antidotis* honorificentissima ejusdem *Andromachi Senioris* apud *Galenum* exstat mentio, verùm etiam *capite primo Libri de Theriacâ ad Pisonem*, ubi magnis eum effert laudibus, tanquam *Medicum* ἐντελῶς πεπαιδευμένον τὴν τέχνην, μὴ μόνον τῇ πείρᾳ τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ τοῖς λόγοις τὸν ἐπ' αὐτοῖς λογισμὸν ἀκριβῶς ἠσκημένον, hoc est, *Artem perfectè edoctum, & non solùm experientiâ rerum instructum, sed etiam facundiâ ad reddendam cujusque rei rationem accuratè exercitum.* Vide etiam ibidem *Caput quintum, sextum, & decimum.* Quod restat, silentio hic non est transeundum, exstare inter *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* præstantissimos *Codices manuscriptos Orientales*, Libro (2) *primo* horum Commentariorum à me non memoratos, *pervetustum Codicem manuscriptum Arabicum* in folio, magnâ ex parte *literis aureis* exaratum, & multis æquè antiquis *Imaginibus* exornatum, quo ex professo accuratè agitur *de Viperis* & *de Theriacâ Andromachi Senioris*, ideóque inter veterum *novem* illustrium *Medicorum Græcorum Imagines*, quæ ibi folij primi paginâ secundâ cernuntur, meritò præcipuam esse habendam jam memorati *Andromachi* imaginem. Exstant quoque ibidem *triginta ampliùs, diversorum Serpentum Icones, vivis coloribus illuminatæ*, cum adjunctis eorundem *capiendorum* & *incantandorum* modis. Operæ pretium igitur quàm maximè foret, eximium hoc Opus in *Latinum* sermonem transferri à Viro aliquo, non solùm peritissimo *Arabicæ* Linguæ, verùm etiam versatissimo in antiquis Græcis & Arabicis Historijs, & exercitatissimo in Arte Medicâ. Plurimum enim lucis insigni hoc beneficio afferri posset tùm *Nicandri Theriacis & Alexipharmacis*, tùm *Galeni Libris duobus de* (3) *Antidotis* & *Libro de Theriacâ ad Pisonem*.

Quartò,

(1) *Vide suprà citatam Operū* Galeni *editionem græcam Tom. II pag 428 & 429, & Joan. Baptistæ* Rasarij *editionem Venetam latinam, Classis Vtæ fol.* 148 & 149.

(2) *Vide ibi pag.* 168 & 185.

(3) *Vide ibi Inprimis Lib. I cap. 6, ubi agitur* de Serpentum differentijs.

Quartò, & quidem à fol. 172 pag. 1 usque ad fol. 187 pag. 2 & à fol. 189 pag. 1 usque ad fol. 196 pag. 2, *Hippocratis Aphorismi*, quorum principium: Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρή; sed mutili, & sine Commentario. Eorundem mentio occurrit suprà jam aliquoties.

Quintò, & quidem fol. 188 pag. 1 & 2, anonymi cujusdam Autoris *Expositio synoptica de Vrinis secundùm doctrinam Persarum*, cujus titulus & principium: Περὶ οὔρων ἑρμηνεία. Σύνοψις ἀκριβεστέρα ἑρμηνευθεῖσα ἐκ τῆς ἰατρικῆς τέχνης τῶν Περσῶν. Δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἔστι τὸ οὖρον ἐρυθρὸν &c. Vide etiam suprà pag. 124.

Sextò, & quidem à fol. 197 pag. 1 usque ad fol. 236 pag. 2, *Pauli Æginetæ Libri duo priores cum principio tertij*. Liber *primus* incipit, his verbis: Οὐχ᾽ ὡς τῶν παλαιοτέρων καὶ τὴν τέχνην παραλελοιπότων &c. Vide etiam suprà pag. 104.

XXXV.

Trigesimus quintus (1) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, constátque folijs *trecentis sexaginta*; & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 28 pag. 1, *Miscellanea quædam Medica*, quorum principium: Εἰς ῥεύματα ὀφθαλμῶν· Κρόκου &c. Exstat etiam ibidem *Fragmentum Hippocratis de sanguinis missione*, quod inscribitur atque incipit his verbis: Περὶ φλεβοτομίας Ἱπποκράτους. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τοὺς παῖδας οὐ φλεβοτομεῖν ἄχρι ἐτῶν ιδ΄ &c.

Secundò, & quidem à fol. 29 pag. 1 usque ad fol. 34 pag. 2 & fol. 275 pag. 1 & 2, *Hesiodi Ascræi Poema*, inscriptum Ἔργα καὶ Ἡμέραι, sive, *Opera & Dies*, cujus principium: Μοῦσαι Πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι, Δεῦτε &c; unà cum *Manuelis Moschopuli antiquis Scholijs Græcis partim interlinearibus partim marginalibus*, quæ exstant in editione *Hesiodi* à V. Cl. *Daniele Heinsio* adornatâ, & Lugduni Batavorum typis Raphelengij A. 1603 impressâ in quarto.

Tertiò, & quidem à fol. 35 pag. 1 usque ad fol. 42 pag. 2, *Libanij Sophistæ Epistolæ aliquot sine Inscriptionibus*, quarum *prima* incipit his verbis: Ἔμελλον γράφων δεήσεσθαί σου βοηθῆσαι τῷ χρηστῷ μὲν, πένητι δὲ Φαυστίνῳ· αὐτὰ δὲ &c.

Quartò, & quidem (2) à fol. 43 pag. 1 usq; ad fol. 48 pag. 2, *Dioscoridis Anazarbensis Præfatio in libros quinque de Materiâ Medicâ*; cujus

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos quartus.

(2) Secundùm antiquam vitiosam foliorum numerationem à fol. 45 pag. 1 usque ad fol. 50 pag. 2.

cujus principium: Πολλῶν οὐ μόνον ἀρχαίων &c; finis autem, ἐν κασσιτερίνοις ἀγγείοις δεῖ τιθέναι. Finitâ *Præfatione* incipit folij 44 pag. 1, *Descriptio Plantarum secundùm alphabeti seriem*, ita ut prima sit Ἀβρότονον, secunda Ἀγάλλοχον, tertia Ἀγαρικὸν, & sic deinceps. Quamvis autem hæc Descriptio præcipuè quidem & maximâ parte ex *Dioscoridis Libris quinque de Materiâ Medicâ* desumpta sit, ex *ordine* tamen (1) *alphabetico* manifestè apparet, eam non ab ipso *Dioscoride*, sed tantùm à recentiori quodam collectore ita esse compositam. Idem quoque patet ex varijs illis *appellationibus*, descriptioni cujusque plantæ præfixis; quippe quæ sine ullâ controversiâ (2) non *Dioscoridis*, sed, ut ego opinor, *Pamphili Alexandrini* sunt. In Titulo ejusdem *alphabeticæ Descriptionis Plantarum*, Διοσκουρίδου Πεδακίου πόλεως Ἀναζάρβης, perperàm *Dioscoridês* vocatûr Πεδάκιος sive *Pedacius*, cùm reverà (3) Πεδάνιος sive *Pedanius* appellandus sit. Cæterùm etsi absq; dubio *Descriptio* illa *Plantarum* olim ab A pertigerit usq; ad Ω, nunc tamen injuriâ temporis quinque tantùm supersunt folia; ita ut ne ipsum quidem A ampliùs sit integrum, sed in Ἀλίμω desinat. Vide *Dioscoridem* de Materiâ Medicâ Lib. 1 cap. 120, & Librum secundum horum Commentariorum pag. 597.

Quintò, & quidem à fol. 49 pag. 1 usque ad fol. 55 pag. 2, *Galeni de differentiâ febrium Libri duo*, quorum *primus* caret principio; *secundus* autem inscribitur atque incipit his verbis: Γαληνοῦ περὶ διαφορᾶς πυρετῶν βιβλίον β΄. (4) Ὑπόλοιπον δ' ἂν εἴη τὰς διαφορὰς τῶν ἐπὶ χυμοῖς ἀναπτομένων πυρετῶν διελθεῖν, &c. Sed caret is fine.

Sextò, & quidem (5) à fol. 56 pag. 1 usque ad fol. 184 pag. 1, *Dioscoridis Anazarbensis Libri quinque de Materiâ Medicâ integri*, ita ut ipse *Dioscorides* eos composuit. Primi Libri titulus est: (6) Πεδακίου Διοσκορίδου περὶ ὕλης ἰατρικῆς λόγος πρῶτος. Hinc sequitur *Præfatio*: Πολλῶν οὐ μόνον ἀρχαίων &c. Præfationi subjungitur *Index alphabeticus* totius Materiæ Medicæ, de quâ omnibus quinque Libris agitur. Deinde incipit Libri primi caput primum *de Iride* his verbis: Ἶρις Ἰλλυρικὴ φύλλα φέρει ὅμοια ξιφίῳ &c. Finis autem ultimi capitis Libri quinti sive ultimi est, ἅλις ἔχει. Post hos quinque *Dioscoridis* genuinos Libros sequuntur ibidem ejusdem *Alexipharmaca* sub hoc titulo: (7) Πεδακίου Διοσκορίδου Ἀναζαρβέως περὶ δηλητηρίων φαρμάκων καὶ τῆς αὐτῶν προφυλακῆς. Principium eorum est: Ἀποδόντες ἐν τοῖς προγεγραφεῖσι βιβλίοις, φίλτατε Ἄρειε &c. In fine

(1) *Vide Lib. II horũ Commentariorum pag. 563, 592, 597. & suprà Libri hujus sexti pag. 90.*

(2) *Vide Lib. II horũ Commentar. pag. 593 & 597. & suprà pag. 90.*

(3) *Vide suprà pag. 90. 330.*

(4) *Vide suprà citatam Operũ Galeni editionem Græcam Tom. III pag. 330.*

(5) *Secundùm antiquam vitiosam foliorum numerationem à fol. 63 pag. 1 usque ad fol. 190 pag. 2.*

(6) *Πεδακίου perperàm pro Πεδανίου.*

(7) *Πεδακίου perperàm pro Πεδανίου.*

autem ſunt ea ibi mutila, & pertingunt tantùm uſque ad capitis trigeſimi tertij principium hoc: Περιοπτέον δὲ καὶ τῶν ἐπ' ὠφελείᾳ διδομένων ἕνεκα τῶν ἐπιφερομένων κινδύνων &c. Vide Librum *ſecundum* horum Commentariorum pag. 597 & 598, & Operum *Dioſcoridis* editionem græco-latinam *Jani Antonij Saraceni* Francofurtenſem typis Wechelianis A. 1598 in folio, pag. 1, 4, 393, 395 & 414. Conſule etiam ibidem jam memorati *Saraceni* Scholia pag. 124, ubi *Librum Alexipharmacorum* à *Jano Cornario, Melchiore Guilandino*, alijſque nonnullis Viris doctis, & à ſe quoque ſuppoſititium haberi indicat his verbis: *Si Cornarij, Guilandini, & plerorumque doctorum Virorum teſtimonijs fides habetur, Dioſcorides* (1) *horum de venenis tam aſſumptis, quàm ictu morſûve inflictis Tractatuum Autor, non is eſt Anazarbæus, qui priores Libros quinque de Re Medicâ concinnavit, ſed* (2) *alius ejuſdem nominis, ſive is fuerit, qui Galeni patrum ætate vixit, ſicut teſtatur ipſe Galenus in Gloſſis Hippocratis, ſive quis alius, qui quidem ſuis Therapeuticis Libris hos fortaſſe Tractatus ſubjunxerit. Idcircò & nos à præcedentibus quinque de Materiâ Medicâ Voluminibus duos hoſce poſteriores, ceu diverſi argumenti Libros, ſejungimus, adeóque cum Cornario ceu SVPPOSITITIA expungenda cenſemus, quæ ad nexum horum Librorum cum præcedentibus in ipſo ſtatim Proœmio à nonnullis perperàm adjecta videntur. Sed &, niſi firmus fuiſſet exemplarium omnium, quotquot occurrêre, conſenſus, libenter ipſius Cornarij exemplo poſteriorem Theriacum Tractatum huic Alexipharmaco præpoſuiſſemus, tùm quoniàm Præfatio proximè ſequentis Libri ita fieri oportuiſſe palàm teſtatur, tùm quia & Nicander, Paulus & Aëtius eundem ſunt ſecuti ordinem, ut Theriacis Alexipharmaca poſtpoſuerint. Porrò cùm manca eſſet hujuſce Libri inſcriptio, quaſi de venenorum aſſumptorum præcautione, non item de eorundem curatione in eo ageretur, ijs verbis, καὶ τῆς αὐτῶν προφυλακῆς, nos, καὶ θεραπείας, meritò adjunximus.* Hæc *Saracenus*. Cujus autoritatem & ego Libro *ſecundo* horum Commentariorum pag. 565 & 598 ſimpliciter ſecutus, *Alexipharmaca* & *Theriaca* illa appellavi *ſuppoſititia*. Nunc autem, poſtquam hanc rem diligentiùs & accuratiùs conſideravi, ingenuè fateor, nondum mihi ſatis liquere, tùm *ob congruentiam ſtyli & tractationis*, tùm *ob Præfationem ad Areum*, quâ Opus hoc *Alexipharmacum* & *Therapeuticum*, in duos Libros diviſum, præcedentibus *quinque Libris de Materiâ Medicâ* annectitur; hanc enim contra *Cornarij* expunctionem firmus veterum Codicum manuſcriptorum conſenſus defendit ac tuetur.

(1) *Nempe* Alexipharmacorum *&* Theriacorum.

(2) *Vide Librum* ſecundū horum *Commentariorum à pag.* 558 *uſque ad pag.* 565; *ubi accuratè agitur de* tribus *diverſis à* Galeno *memoratis* Dioſcoridibus.

Septimò

Septimò, & quidem à fol. 185 pag. 1 usque ad fol. 283 pag. 2, *Stephani Atheniensis Scholia in Hippocratis Aphorismos secundum synopsin*; quorum titulus & principium: Σχόλια εἰς τὸν Ἱπποκράτους ἀφορισμοὺς κατὰ σύνοψιν. Ὅρος ἀφορισμοῦ. Ἀφορισμός ἐστι λόγος σύντομος αὐτοτελῆ διάνοιαν ἀπαρτίζων, ἢ &c. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τοῦ α τμήματος. Ὁ βίος βραχὺς &c. Τὸ τοῦ βίου ὄνομα πολλαχῶς εἴρηται· λέγεται γὰρ βίος ὁ τόπος, καθὸ φαμὲν ἀμφίβια ζῶα, ἃ &c. Etsi autem *Stephani* nomen in titulo desit, res tamen ipsa satis per se indicat, idem hoc esse Opus, quod suprà in Codice tertio, num. 1, exstat ἀκέφαλον sive principio carens, in fine autem hanc habet subscriptionem: Τέλος τῆς τῶν Ἀφορισμῶν Ἱπποκράτους Ἐξήγησις Στεφάνου.

Octavò, & quidem à fol. 287 pag. 1 usque ad fol. 309 pag. 1, *Galeni Definitiones Medicæ*, quarum titulus & principium: Γαληνοῦ ὅροι ἰατρικοί. Τὴν τῶν ὅρων πραγματείαν πολυωφελεστάτην ὑπάρχουσαν πᾶσι τοῖς ἰατροῖς, &c; finis autem, ut in editione græcâ Basileensi, ἢ συμβόλων ἀκούσαντες. Vide etiam suprà pag. 96.

Nonò, & quidem à fol. 310 pag. 1 usque ad fol. 318 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris succincta *Descriptio variorum morborum*, divisa in *Libros quatuor*, quorum *primò*, qui principio caret, agitur περὶ πυρετῶν sive *de Febribus*. Secundi Libri principium est περὶ κεφαλαλγίας, sive, *de dolore capitis*; tertij, περὶ τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παθῶν, sive, *de morbis oculorum*; quarti, περὶ ὀζαίνων sive, *de ulceribus narium*.

Decimò, & quidem à fol. 319 pag. 1 usque ad fol. 325 pag. 2, *Marcelli Liber de Pulsibus*, cujus titulus & principium: Μαρκέλλου περὶ σφυγμῶν. Περὶ σφυγμῶν ὅσα χρὴ μαθεῖν πάνυ πολλὰ διείληφε. Τὸ μὲν γὰρ &c. In fine etiam legitur hæc subscriptio: Τέλος τῶν περὶ σφυγμῶν Μαρκέλλου. Est autem hic *Marcellus* ille, à patriâ suâ *Side Vrbe Pamphyliæ* cognominatus *Sidetes*, qui seculo post Christum *secundo* sub *Imp. M. Antonino Philosopho* claruit, & *versibus heroicis* composuit *Libros Medicos quadraginta duos*, ut refert *Suidas* his verbis: Μάρκελλος Σιδήτης, ἰατρὸς ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου. οὗτος ἔγραψε δι' ἐπῶν ἡρωικῶν βιβλία ἰατρικὰ μβʹ, ἐν οἷς καὶ περὶ Λυκάνου. Hoc est *Æmilio Porto* interprete: *Marcellus Sidites, Medicus sub M. Antonino. Hic scripsit versibus heroicis Medicos Libros quadraginta duos; in quibus etiam de Lycano.* Vbi *primò* notandum est, pro

Σιδίτης sive *Sidites* scribẽdũ esse Σιδήτης sive *Sidetes* vel *Sideta* per η in syllabâ penultimâ, ut expressè monet ac docet *Stephanus Byzantinus* in Opere de Vrbibus his verbis: Σίδη, πόλις Παμφυλίας, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. κέκληται δὲ ἀπὸ Σίδης, τῆς θυγατρὸς Μεντάυρε, γυναικὸς δὲ Μώλου, ἀφ᾽ οὗ ἡ ἰησὸς. ὁ πολίτης, ΣΙΔΗ'ΤΗΣ, τὴν δευτέραν συλλαβὴν ἔχει διὰ τοῦ Η, διὰ τὸν βαρὺν τοῦ πρωτοτύπου τόνον. τὰ γὰρ εἰς η λήγοντα δισύλλαβα πρωτότυπα, ὀξυνόμενα μὲν, διὰ τοῦ ε τὸ παράγωγον ἐκφέρει, φυλὴ φυλέτης· διὰ δὲ τοῦ η βαρυνόμενα, κώμη κωμήτης, πύλη πυλήτης καὶ πυλάτης. Notandum *secundò* est, in *Joannis Jacobi Frisij* Bibliothecâ Gesnerianâ Vniversali, & in *Joannis Georgij Schenckij* Bibliothecâ Medicâ pro *sub Imp. Marco Antonino Philosopho* perperàm legi sub *Marco Antonio*, quasi *Marcellus Sidetes* claruisset *sub M. Antonio Triumviro*, hoc est, plus integro seculo ante Imp. M. Antoninum Philosophum. *Tertiò* notandum est, meminisse *Marcelli Sidetæ*, tanquam *Poëtæ* simul & *Medici*, etiam *S. Hieronymum in Libro secundo adversus Jovinianum* his verbis: (1) *Pavi fimus podagræ fervorem mitigat. Gruis & ciconiæ fel, aquilæ sanguis, accipitris, struthiocameli, ranæ, chamæleontis, hirundinis stercus & carnes, quibus morbis aptæ sint, dicerem, si mihi propositum esset de medelâ corporum disputare. Legat, qui vult, Aristotelem & Theophrastum prosâ, MARCELLVM SIDETEM & nostrum Flarium HEXAMETRIS VERSIBVS disserentes, Plinium quoque Secundum & Dioscoridem, & cæteros tàm Physicos quàm MEDICOS, qui nullam herbam, nullum lapidem, nullum animal, tàm reptile quàm volatile & natabile non ad suæ artis utilitatem referunt.* Hæc *S. Hieronymus.* Huc quoque pertinet, quod *Joannes Jacobus Frisius* in Bibliothecâ Gesnerianâ refert, ejusdem *Marcelli Librum de piscibus, versibus heroicis 196, exstitisse olim in Bibliothecâ Strozzæ.* Eundem quoque Librum in celeberrimæ *Bibliothecæ Regiæ Parisinæ* Codicibus manuscriptis 1691 & 1708 etiam nunc exstare testatur R. P. *Philippus Labbæus* in Novâ Bibliothecâ Librorum manuscriptorum pag. 134. Vide etiam ibidem pag. 385, ubi ejusdem Libri fit mentio in *Indice Librorum nondum editorum*, confecto à *Scipione Tettio Neapolitano.* *Quartò* notandum est, suprà exhibitum *Suidæ* locum antiquo & gravi laborare mendo, dum ibi legitur, *Marcellum Sidetem in Poematibus suis Medicis inter alia quoque egisse* περὶ Λυκάνου; quod *Æmilius Portus* simpliciter vertit *de Lycano*, quasi *Lycanus* esset nomen proprium. Reverà enim ibi scribendum est περὶ λυκανθρώπου, hoc est, *de*

(1) *Vide Operum S. Hieronymi editionem Plantinianam Antverpiensem Tom. II pag. 166.*

de Insaniâ lupinâ. Hunc enim insignem *Marcelli* locum, sed *prosâ oratione* paraphrasticè redditum, conservavit posteritati *Aetius Amidenus* Lib. 6 cap. 11 his verbis: Περὶ (1) ΛΥΚΑΝΘΡΩΠΟΥ ἤτοι κυνανθρώπου. ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ. Οἱ τῇ λεγομένῃ (2) κυνανθρώπῳ ἤτοι ΛΥΚΑΝΘΡΩΠΩ νόσῳ κατεχόμενοι, κατὰ τὸν (3) Φευρουάριον μῆνα νυκτὸς ἐξίασι, τὰ πάντα μιμούμενοι λύκους ἢ κύνας, καὶ μέχρις ἡμέρας τὰ μνήματα μάλιστα (4) διανοίγουσι. γνωρίσεις δὲ τὸν οὕτω πάσχοντα διὰ τῶνδε. ὠχροὶ τυγχάνουσι καὶ ὁρῶσιν ἀδρανές· ξηροὺς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐδὲν δακρύουσι. θεάσῃ δὲ αὐτοὺς, καὶ κοίλους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντας καὶ γλῶσσαν ξηράν, καὶ (5) οὐδ' ὅλως σίελον προχέουσιν. εἰσὶ δὲ καὶ διψώδεις, καὶ τὰς κνήμας ἔχουσιν ἡλκωμένας ἀνιάτως, διὰ τὰ συνεχῆ συμπτώματα, καὶ τῶν κυνῶν τὰ δήγματα. τοιαῦτα μὲν τὰ γνωρίσματα. Γινώσκειν δὲ χρὴ μελαγχολίας εἶδος εἶναι τὴν ΛΥΚΑΝΘΡΩΠΙΑΝ, ἣν θεραπεύσεις κατὰ τὸν χρόνον τῆς ἐπισημασίας, τέμνων φλέβα, καὶ κενῶν τοῦ αἵματος ἄχρι λειποθυμίας, καὶ διαιτῶν τὸν κάμνοντα ταῖς εὐχύμοις τροφαῖς. κεχρήσθω δὲ λουτροῖς γλυκέσιν· εἶτα ὀῤῥῷ γάλακτος χρησάμενος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, κάθαιρε τῇ διὰ τῆς κολοκυνθίδος ἱερᾷ Ῥούφου, ἢ Ἀρχιγένους, ἢ Ἰούστου, δεύτερον καὶ τρίτον παρέχων ἐκ διαστημάτων. μετὰ δὲ τὰς καθάρσεις, καὶ τῇ διὰ τῶν ἐχιδνῶν θηριακῇ χρηστέον, καὶ τὰ ἄλλα παραληπτέον, ὅσα ἐπὶ τῆς μελαγχολίας προείρηται. εἰς ἑσπέραν δὲ ἐπερχομένης ἤδη τῆς νόσου, τοῖς ὕπνον εἰωθόσιν ἐμποιεῖν ἐπιβρέγμασι τῆς κεφαλῆς χρηστέον καὶ ὀσφραντοῖς τοιούτοις, καὶ ὄπιον διαχρίειν τοὺς μυκτῆρας, ἐνίοτε δὲ καὶ ποτίζειν τινὰ τῶν ὑπνωτικῶν. Hoc est *Jano Cornario* interprete: *De Insaniâ LVPINA aut Caninâ appellatâ. Ex MARCELLO. Qui morbo LVPINO sive Canino appellato corripiuntur, in (6) Februario mense noctu exeunt, per omnia imitantes lupos aut canes, & usque ad diem monumenta maximè, (7) aperiunt. Cognosces autem ita affectos ex his signis. Pallidi sunt & visu imbecilli, & oculos siccos habent & non lacrymantur. Videbis*

(1) *Hinc patet, quòd non solùm rectè dicitur ἡ λυκανθρωπία, verùm etiam ἡ λυκάνθρωπος, nempe ut subaudiatur νόσος.* (2) *In Cod. MSto Cæsareo legitur κυνανθρωπία.* (3) *In Cod. MSto Cæsareo legitur* κατὰ τὸν φέροντα μῆνα. *Notabilis profectò hæc est lectionis diversitas. Possunt enim hæc verba generaliter verti:* mense morbū hunc afferente. *Quamvis autem etiam ibi recentiori cujusdam correctoris ma*na *supra vocem* φέροντα *scriptum sit* φευρουάριον, *antiqua tamen lectio satis probabilis videtur, quoniam* experientiâ *compertum est,* Lycanthropiam *illam non contingere mense* Februario, *sed circa finem mensis* Decembris *& initium* Januarij, *nempe* proximis duodecim à die Nativitatis Christi *diebus; ut pluribus refert* Casparus Peucerus *in Commentario de Divinationum generibus, ubi de* Lycanthropiâ *prolixè agit à fol.* 130 *usque ad fol.* 134. (4) *Ita quoque in Codice MSto* Cæsareo *legitur, videlicet* διανοίγουσι, *non autem* διάγουσι *ut legendum esse existimat* Joannes Gorræus *Parisiensis in Definitionibus Medicis, insertâ ante verba* τὰ μνήματα *præpositione* περὶ *quia apud* Paulum Æginetam *legitur,* περὶ τὰ μνήματα διατρίβουσι. (5) *In editione græcâ* Aldinâ *pro* οὐδ' ὅλως *perperàm legitur* οὐδόλως. (6) *Secundùm Codicem MStum Cæsareum:* in mense morbum hunc afferente noctu exeunt. (7) *Secundùm Paulum Æginetam:* circa monumenta mortuorum maximè versantur.

debis etiam ipsos cavos oculos habere, & linguam siccam; & salivam omninò non profundunt. Sunt quoque siticulosi, & tibias habent exulceratas immedicabiliter propter assiduos casus & canum morsus. Ac talia quidem sunt signa. Nosse verò oportet Melancholiæ speciem esse hunc morbum. Quem curabis tempore accessionis venam secando, & sanguinem usque ad animi deliquium evacuando, & ægrum boni succi cibis nutriendo. Vtatur autem balneis dulcibus. Deinde sero lactis per triduum usus, hierâ ex colocynthide Rufi, aut Archigenis, aut Justi purgetur, iterùm atque iterùm ipsam sumens ex intervallis. Post purgationes etiam Theriacâ ex viperis utendum est, & alia adhibenda in Melancholiâ jam anteà relata. Ad vesperam verò, invadente jam morbo, irrigationibus capitis somnum inducere solitis utendum est, & talibus quoque odoramentis. Nares item opio illinantur. Quandoque verò etiam somnifica in potu exhibeantur. Hucusque *Aetius* ex *Marcello.* Quem eundem locum ad verbum ferè transcripsit *Paulus Ægineta* Lib. 3 cap. 16, sed sine ullâ (1) *Marcelli* mentione. Ibidem quoq; in titulo sive inscriptione istius capitis pro Περὶ λυκανϑρωπίας ἢ λυκανϑρώπȣ, perperàm legitur περὶ (2) λυκάονος ἢ λυκανϑρώπȣ. Λυκάνϑρωπος enim usurpatur hîc æquè ac apud *Aetium genere fœminino* pro *Lycanthropiâ*, ut manifestè apparet ex ipsius capitis principio. Eâdem igitur significatione *fœmininâ* etiam apud *Suidam* pro λυκάνȣ scribendum est λυκανϑρώπȣ; errandique occasionem præbuit abbreviata scriptura ἀνος pro ἄνϑρωπος, quæ passim in antiquis Codicibus manuscriptis Græcis occurrit, ut in illo ipso suprà citato *Aëtij* Codice MSto *Cæsareo* videre est, ubi similiter λυκᾶνȣ & κυνᾶνȣ abbreviatè scriptum cernitur pro λυκανϑρώπȣ & κυνανϑρώπȣ. Aliud quoque similis abbreviationis notabile exemplum vide Libri *primi* horum Commentariorũ pag. 99 & 100. Aliàs autem *masculino genere* (3) λυκάνϑρωπος dicitur is, qui Insaniâ lupinâ laborat, & germanicè appellatur *ein Wärwolf*, seu potiùs *Werrwolf*, ab antiquo germanico vocabulo (4) *Werra*, quo significatur *diffidium, bellum,* & quæcunque *hostilis irruptio* ac *violentia.* Hinc *werrire* pro *turbas dare* & *vim inferre* legitur in *Imp. Caroli Calvi* Edicto post reditum à Confluentibus § 8. Notandum denique *quintò* est, quamvis *Marcellus Sidetes Medica* sua *Opuscula versibus heroicis* composuerit, idem tamen illis evenisse, atque (5) *Oppiani Cynegeticis, Halieuticis* & *Ixeuticis*, quæ ex eodem Carminis

(1) *Meminit tamen* Paulus Ægineta Marcelli *aliàs, nempe lib.* 4 *cap.* 11.

(2) *Minimè igitur audiendi sunt R. P.* Martinus Delrius *S.I. Disquisitionũ Magicarum Lib.* 2 *Quæst.* 18, *& alij complures, vitiosâ illâ apud* Aëtium *lectione decepti, qui* λυκανϑρωπίαν *alio nomine etiam* λυκάονα *appellari existimant. Quòd enim nomen proprium* Λυκάων *homini insaniâ lupinâ laboranti antonomasticè possit tribui, res planè diversa est.* (3) *Vide* Matthiæ Martinij *Lexicon Philologicum in explicatione hujus vocis* λυκάνϑρωπος. (4) *Vide* Ger. Joan. Vossij *Lib.* 2 *de Vitijs Sermonis Latini & Glossematis Latino-barbaris cap.* 20, *pag.* 323, *& cap.* 26 *pag.* 346. (5) *Vide suprà pag.* 91.

minis genere ab *Eutecnio Sophistâ* in *prosam orationem* paraphrasticè translata sunt, ideóque haud mirandum esse, quòd etiam *Liber* ipsius *de Pulsibus* in Codice hoc manuscripto *Cæsareo* non metricè exstat, sed oratione prosaicâ...

Vndecimò, & quidem à fol. 325 pag. 2 usque ad fol. 328 pag. 2, *Theophili & Stephani Atheniensis Libellus de febrium differentiâ*, cujus titulus & principium: Περιτομὴ τοῦ περὶ διαφορᾶς πυρετῶν. Σκοπὸν ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς &c. Vide suprà Cod. IIItium num. 2, & Cod. XXVIIIvum, num. 1.

Duodecimò, & quidem à fol. 329 pag. 1 usque ad fol. 359 pag. 2, anonymi cujusdam antiqui Autoris *Tabula Divisionum, quæ exstant in Claudij Galeni Libro* περὶ αἱρέσεων *sive de Sectis; in Libris duobus de Curatione ad Glauconem; in Libro de Pulsibus ad Teuthranem; in Libro de Differentiâ morborum, in Libro de causis morborum, in Libro de Differentiâ symptomatum*, & *in Libris tribus de Causis symptomatum*; qui *sex posteriores Libri*, tanquam partes unius ejusdem πραγματείας sive Operis, ibi generaliter inscribuntur *Liber primus, secundus, tertius, quartus, quintus & sextus* περὶ αἰτίας. Quandoquidem autem hæ *Tabulæ* hactenùs, quod ego sciam, nunquam in lucem prodierunt, ob summam tamen utilitatem publicâ luce sunt dignissimæ, subjungo hîc non solùm generalem eorum *titulum*, verùm etiam *principij* earundem non exiguam partem, ut ex eâ, tanquam ex qualicunque specimine de reliquo Opere in antecessum possit judicari.

Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῆς Διαιρέσεως πασῶν τῶν Γαληνείων πραγματειῶν. (1)
ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ περὶ αἱρέσεων, τελευτῶν δὲ εἰς τὴν θεραπευτικήν.

(1) Ita ibi scriptū est, quamvis nulla horū verborum cum præcedentibus congrua sit connexio.

Ἀρχὴ τοῦ περὶ αἱρέσεων.

Διαίρεσις α.

Τὴν ἰατρικὴν διαιροῦσιν,

ἡ μὲν εἰς δύο, ἡ δὲ εἰς πέντε,

θεωρη- πρακτι- φυσιολο- αἰτιολο- σημειω- ὑγιει- θεραπευ-
τικόν, κόν. γικόν, γικόν, τικόν, νόν, τικόν.

δια- προ- ἀνα- φυ- ἀνα- προ- διαι- χει- φαρ-
γνω- γνω- μνη- λα- λη- φυ- τητι- ρουρ- μα-
στικόν, στικόν, στικόν, κτι- πτι- λα- κόν, γι- κευτι-
κόν, κόν, κτικόν. κόν, κόν.

Διαί-

Διαίρεσις β'.

Τρεῖς αἱρέσεις,

λογική, μεθοδική, ἐμπειρική.

Διαίρεσις γ'.

Συνεστήσαντο

τὴν ἐμπειρικὴν οἵδε, Ἄκρων Ἀγραγαντῖνος, Φύλινος Κῷος, Σεραπίων, Ἀλεξανδρεύς, Σέξτος, Ἀπολλώνιος.

τὴν δὲ λογικὴν, οἵδε, Ἱπποκράτης, Διοκλῆς, Πραξαγόρας, Φιλότιμος, Ἀσκληπιάδης.

τὴν μεθοδικὴν οἵδε, Θεμίσων Λαοδικεύς. Θέσσαλος, Μενέμαχος, Σωρανός.

Διαίρεσις δ'.

Τῶν ὑγιεινῶν

τὰ μὲν φυλάσσοντα τὴν οὖσαν ὑγείαν, &c. τὰ δὲ μὴ οὖσαν ἐργαζόμενα, ἰάματά τε καὶ &c.

Eodem ferè modo redegit *Theodorus Zuingerus*, Basileensis Medicus, in *Tabulas* duos *Galeni* Libros, *Artem Medicā* & *de Constitutione Artis Medicæ* inscriptos, eásq; edidit cum amplissimis & doctissimis *Prolegomenis* de utilitate hujusmodi *Tabularum*, & de earundem componendarū methodo secundùm duos Ordines, *Definitivum* & *Resolutivum*. *Antiquarum* autem illarum *Tabularum Græcarum in Galenum*, de quibus in præsens agitur, nulla prorsùs ibi fit mentio, unde patet, eas ipsi omninò fuisse incognitas. Prodierunt *Tabulæ* illæ *Zuingerianæ* in lucem Basileæ per Joannem Oporinum A. 1561 in folio sub hoc titulo: *In Artem Medicinalem Galeni, & in ejusdem Librum de Constitutione Artis Medicæ, Tabulæ & Commentarij per Theodorum Zuingerum Basileensem, Philosophum & Medicum.*

XXXVI.

Trigesimus sextus (1) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátque folijs *quatuordecim*. Continentur eo *Collectanea quædam Medica*, & inter hæc

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

Arta-

Artaxerxis Regis Epistola ad Pætum, cujus principium: Βασιλεὺς βασιλέων Ἀρταξέρξης (1) Παίτῳ χαίρειν. Νοῦσος προσεπέλασεν &c; *Pæti Epistola responsoria ad Artaxerxem in laudem Hippocratis*, cujus principium: Τὰ φυσικὰ βοηθήματα &c; *Artaxerxis Epistola ad Hystanem Hellesponti Præfectum de Hippocrate*, cujus principium: Ἱπποκράτους ἰητροῦ Κῴου &c; *Hystanis Epistola ad Hippocratem*, cujus principium: Βασιλεὺς μέγας Ἀρταξέρξης σου χρήζων &c; *Hippocratis Rescriptum ad Hystanem*, cujus principium: Πρὸς τὴν ἐπιστολὴν &c. *Hippocratis Epistola ad Demetrium*: Βασιλεὺς Περσέων ἡμέας &c; *Hystanis Epistola ad Artaxerxem*: Ἣν ἔπεμψας ἐπιστολὴν &c; *Artaxerxis Epistola ad Coos contra Hippocratem*: Δότε ἐμοῖς ἀγγέλοις &c; *Coorum Rescriptum ad Artaxerxem pro Hippocrate*: Ἔδοξε τῷ δάμῳ &c; *Senatûs Populiq; Abderitani Epistola ad Hippocratem de Democrito*: Κινδυνεύεται ἡ μέγιστα &c; *Hippocratis Rescriptum ad Senatum Populúmq; Abderitanum*: Ὁ πολίτης ὑμέων Ἀμεληνοσαγόρης &c. Exstant omnes jam memoratæ Epistolæ græcè & latinè in *Syntagmate Epistolarum Græcanicarum mutuarum*, Aureliæ Allobrogum sive Genevæ sumptibus Caldorianæ Societatis A. 1606 edito in folio, pag. 317, 318, 319, & in Sectione octavâ Operum *Hippocratis*, Genevæ A. 1657 græcè & latinè in folio editorum, pag. 1271, 1272, & 1273.

(1) In ipso Codice MSto pro Παίτῳ ubiq; constanter scribitur Πείτῳ.

XXXVII.

Trigesimus septimus (2) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, constátque nunc folijs *viginti tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo anonymi cujusdam Autoris *Eclogæ miscellaneæ ex Hippocratis, Galeni, aliorúmque veterum Medicorum & Philosophorum Operibus*, quarum titulus & principium: Βίβλος περιέχουσα διαφόρους λόγους καὶ θεραπείας, ἐρανισθεῖσα ἐκ διαφόρων βίβλων ἰατρικῶν Ἱπποκράτους τε καὶ Γαληνοῦ καὶ ἑτέρων μετά τινων φιλοσοφικῶν θεωρημάτων τε καὶ ἐπιστάσεων. Ἱπποκράτους περὶ γεννήσεως ἀνθρώπου καὶ περὶ γονῆς. (3) Νόμος μὲν πάντα κρατύνει &c. Sequitur deinde folij quarti paginâ primâ alter hic titulus: Ἱπποκράτους καὶ Γαληνοῦ φιλοσοφία περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς. Ὁ ἄνθρωπος θεός ἐστιν ἐπίγειος, πλάσμα ἐστὶ θεῖκον, κύριος ἐστὶ τῶν κτηνῶν καὶ πάντων τῶν ἀλόγων ζώων, &c.

(2) Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos vigesimus septimus.

(3) Vide suprà citatâ Operum Hippocratis editionem græco-latinam pag. 231.

XXXVIII.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos septimus.*

Trigesimus octavus (1) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátque folijs *centum quadraginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 82 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Jatrosophium græco-barbarum, in Capita ducenta quinquaginta septem divisum*, cujus titulus & principium: Ἰατροσόφιον κοινόν. Πρὸς ὀξὺν πόνον κεφαλαῖον α΄. Κύρτον ξηράνας &c.

(2) *Vide suprà pag.* 143.

Secundò, & quidem à fol. 83 pag. 1 usque ad fol. 121 pag. 2, *Erotiani Lexicon in Hippocratem ad* (2) *Andromachum Imp. Neronis Archiatrum*, cujus titulus & principium: Ἐρωτιανοῦ τῶν παρ' Ἱπποκράτους λέξεων συναγωγή. Τὴν Ἱπποκράτους πραγματείαν ἀρχιατρε Ἀνδρόμαχε οὐκ ὀλίγα συμβαλλομένην &c. Primus hoc *Lexicon græcè* cum Annotationibus suis in lucem edidit *Henricus Stephanus* Parisijs A. 1564 in octavo, & quidem ex antiquo Codice manuscripto, quem Helvetius quidam ex *Bibliothecâ Vaticanâ* sibi commodatum surripuerat; deinde autem edidit idem illud *Lexicon latinè*, sed ex alio quodam *Bibliothecæ Vaticanæ* Codice manuscripto, *Bartholomæus Eustachius Sanctoseverinas* cum Annotationibus Venetijs apud Lucam Antonium Juntam A. 1566 in quarto. Idem quoque Lexicon præfixum est suprà citatæ Operum *Hippocratis* editioni Genevensi A. 1657 in folio.

Tertiò, & quidem à fol. 122 pag. 1 usque ad fol. 138 pag. 2, *anonymi cujusdam antiqui Autoris Græci Variæ Lectiones, Emendationes & Notæ in Hippocratis Opera, & in Vitam ejusdem à Sorano conscriptam*, publicâ luce, ut ego opinor, dignissimæ. Hâc igitur occasione non possum, quin obiter significem exstare in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Hippocratis Opera*, Venetijs typis Aldi Manutij A. 1526 græcè in folio edita, quibus *Joannes Sambucus* A. 1561 incredibili curâ ac studio in margine adjunxit *aliquot mille Varias Lectiones manuscriptas* ex pervetusto quodam Codice manuscripto *Tarentino*, & ex alio quodam Codice manuscripto (3) *Fontemblensi*, nec non ex exemplari quodam, excuso quidem, sed plurimis locis *Romæ* correcto; quas ipse ibi summoperè commendat, tanquam (4) *saluti hominum non parùm necessarias futuras*. Exstat quoque in eâdem *Augustissimâ Bibliothecâ* aliud *Operum Hippocratis* exemplar, à *Jano Cornario* Basileæ A. 1538 græcè in folio editum, in cujus margine itidem plurimæ exstant

(3) *Ita ibi propriâ manu Sambuci scriptum est.*

(4) *Hæc sunt ibi ipsius Sambuci verba.*

Variæ

Variæ Lectiones manuscriptæ, de quibus ipse *Cornarius* propriâ manu ibi refert, se eas non exiguâ impensâ sibi comparâsse.

Quartò, & quidem à fol. 139 pag. 1 usque ad fol. 142 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Catalogus alphabeticus græco-barbarus Medicamentorum simplicium*.

Quintò, & quidem à fol. 142 pag. 2 usq; ad fol. 144 pag. 2, *antiquæ nonnullæ Græcæ Inscriptiones Constantinopolitanæ*, inter quas etiam sunt *Andreæ Panhypersebasti Versus in Imaginem Beatissimæ Virginis Deiparæ*. Eædem *Inscriptiones* ferè omnes exstant inter (1) suprà memoratas *Antiquitates Constantinopolitanas*, Catalogis variarum Bibliothecarum Constantinopolitanarum præfixas, & in *Georgij Dousæ* Epistolâ de Itinere suo Constantinopolitano, Lugduni Batavorum apud Christophorum Raphelengium A. 1599 editâ in octavo.

(1) *Vide suprà pag.* 139, 140 & 141.

XXXIX.

Trigesimus nonus (2) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constatque nunc folijs *centum triginta sex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* trigesimus sextus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 65 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Compositiones variorum Medicamentorum*, in *Capita centum & septem divisæ*; item *Compositiones variorum Emplastrorum & Oleorum alijs octoginta Capitibus*. Vide etiam suprà Cod. XIX num. 22.

Secundò, & quidem à fol. 65 pag. 2 usque ad fol. 71 pag. 1, *ex Pauli Æginetæ Libro septimo Caput vigesimum quintum de Medicamentis succedaneis*, cujus jam aliquoties suprà est facta mentio.

Tertiò, & quidem à fol. 71 pag. 1 usque ad fol. 136 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Opus de compositione Medicamentorum*, cujus titulus & principium: Τῶν σκωαζιῶν ἡ βίβλος αὕτη πέλει. Σύνοψις ἐν ἐπιτομῇ περὶ τῶν βοηθημάτων καὶ τοῦ τρόπου τῆς δόσεως αὐτῶν μετὰ τῶν ἰδίων προσπομάτων, ὁμοίως καὶ περὶ ἐλιγμάτων καὶ τροχίσκων, πρὸς τούτοις δὲ καὶ περὶ ἐλαίων καὶ ἐμπλάστρων, καὶ λοιπῶν τῶν εἰς θεραπείαν νοσημάτων διαφόρων συντεινόντων. Ὁ περὶ τῶν ἀντιδότων καὶ ἐμπλάστρων καὶ ἐλαίων λόγος δυσκατάληπτος ὢν τοῖς πολλοῖς &c. Vide etiam suprà Cod. XIX num. 22.

Notandum denique est, in principio ejusdem Codicis, de quo in præsens agitur, *Josephum* quondam *Sacerdotem* propriâ manu indicare, se illum comparâsse *Ancyræ* in Galatiâ.

X L.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos vigesimus quartus.

Quadragesimus (1) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátque folijs *centum quadraginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 28 pag. 2, *Collectanea quædam Medica græco-barbara*, inter quæ etiam est *supposititium Galeni Testamentum*, quod fol. 11 pag. 1 inscribitur atque incipit hoc modo: Διαθήκη Γαληνοῦ, διδάσκουσα ἡμᾶς ἅπαντα τὰ τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος. Ὁ Γαληνὸς φημὶ πᾶσι τοῖς θέλουσι εὑρεῖν ἴασιν περὶ τῆς αὐτῶν ὑγείας. οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἐστὶν ζῶον λογικὸν, &c.

Secundò, & quidem à fol. 29 pag. 1 usque ad fol. 30 pag. 2, *Dioscoridis Anazarbensis supposititium Alphabetum Medicum Empiricum*, cujus titulus & principium: Βιβλίον ἰατρικὸν θεραπευτικὸν κατὰ στοιχεῖον, ποίημα Διοσκουρίδου Ἀναζαρβέως. Ἀρχὴ τοῦ Ἄλφα. Ἀβρότονα διατρεῖ σκώληξι καὶ μυσὶ βιβλία καὶ ἱμάτια &c. Pertingit autem illud ibi tantùm usque ad literam B exclusivè. Vide suprà Cod. XImum num. 7.

Tertiò, & quidem fol. 31 pag. 1 & 2, *Pauli Æginetæ Catalogus alphabeticus Medicamentorum succedaneorum ex Galeno*, cujus suprà jam aliquoties mentio facta est; ut & ejusdem *Pauli Caput de ponderibus ac mensuris Medicis*, cujus itidem suprà jam sæpiùs occurrit mentio.

Quartò, & quidem à fol. 32 pag. 1 usque ad fol. 35 pag. 2, *Symeonis Sethi Lexicon Botanicum*, cujus titulus & principium: Ἑρμηνεία καὶ λέξεις τῶν βοτάνων κατὰ ἀλφάβητον. Ἄμωμον ἐστὶ ῥίζα τοῦ πενταφύλλου. &c. Vide suprà Cod. VIII num. 1, & Cod. XXV num. 3.

Quintò, & quidem à fol. 35 pag. 2 usque ad fol. 37 pag. 2, *Nicephori Blemmidæ Cantica Medica de Vrinis & de sanguine Phlebotomia*, quorum titulus & principium: Περὶ οὔρων ποίημα τοῦ λογιωτάτου καὶ σοφωτάτου Βλεμμίδους. Τῶν αἰσθενῶν ὑελία &c. Τοῦ αὐτοῦ περὶ αἱμάτων. Μάθε καὶ τὰ αἵματα &c. Vide suprà Cod. XX num. 2, pag. 109.

Sextò, & quidem fol. 38 pag. 1, *Symeonis Sethi Synopsis triplex de Vrinis*, quarum prima inscribitur atque incipit his verbis: Σύνοψις περὶ οὔρων. Οὖρον καθαρὸν καὶ νέφος ἐπάνω &c; secunda autem: Ἐκ τῶν Γαληνοῦ. Οὖρον λεπτὸν &c. Vide suprà Cod. XXV num. 4, pag. 117.

Septimò,

Septimò, & quidem à fol. 38 pag. 2 uſque ad fol. 45 pag. 1, anonymi cujuſdam Autoris *Synopſis de Pulſibus, in Capita triginta duo diviſa*, cujus titulus & principium: Σύνοψις περὶ σφυγμῶν. Γυμνάζια κατ᾽ ἀρχὰς μὲν &c.

Octavò, & quidem à fol. 45 pag. 1 uſque ad fol. 83 pag. 1, *Theophanis Synopſis compendiaria totius Medicæ Artis, juſſu Imp. Conſtantini Porphyrogeniti ex Oribaſij potiſſimum ſcriptis collecta, & in Capita ducenta nonaginta duo diviſa*; cujus *Præfatio* incipit his verbis: Τὰς προσαχθείσας ἐπιτομὰς &c. Vide ſuprà Cod. XXI num. 9, Cod. XXIV num. 1, & Cod. XXV num. 1.

Nonò, & quidem à fol. 83 pag. 1 uſque ad fol. 111 pag. 1, anonymi cujuſdam Autoris *Opus de compoſitione & uſu variorum Medicamentorum*, cujus principium ſine ullâ inſcriptione eſt hoc: Τὸ μέτρον αὐτῆς οὐκ ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων &c.

Decimò, & quidem à fol. 111 pag. 2 uſque ad fol. 113 pag. 1, *Dioclis Cariſtij Epiſtola ad Antigonum Regem de morborum præſagijs & eorundem extemporaneis remedijs*, cujus principium: Ἐπειδή σοι συμβαίνει μουσικωτάτῳ πάντων Βασιλέων γεγονέναι, &c. Plura de Epiſtolâ hâc vide ſuprà pag. 114, 115 & 117.

Vndecimò, & quidem à fol. 113 pag. 1 uſque ad fol. 120 pag. 2, *Miſcellanea quædam Medica*, inter quæ primum tenent locum *Pauli Æginetæ Catalogus alphabeticus Medicamentorum ſuccedaneorum ex Galeno* & ejuſdem *Caput de ponderibus & menſuris Medicis*. Vide ſuprà hunc ipſum Codicem num. 3.

Duodecimò, & quidem à fol. 120 pag. 2 uſque ad fol. 131 pag. 1, anonymi cujuſdam Autoris *Jatroſophium græco-barbarum*, cujus titulus & principium: Ἰατρεῖαι συντεθεῖσαι παρὰ διαφόρων ἰατρῶν κατὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν ἀκολουθίαν τοῦ ξενῶνος. Πρὸς ὀξὺν πόνον τῆς κεφαλῆς. Κισσὸν ξηράνας &c. Vide etiam ſuprà Cod. XXXVIII num. 1.

Decimò tertiò, & quidem à fol. 131 pag. 2 uſque ad fol. 145 pag. 1, *Symeonis Sethi Hiſtoria animalium, in Capita nonaginta quinque diviſa*, cujus titulus & principium: Πίναξ περὶ παντὸς ζώου. Κεφάλαιον α΄ περὶ (1) γρυφός. Κεφάλαιον β΄ περὶ μονοκέρου. &c. Τὸν γρύφα, φασὶ ζῶον εἶναι παμμεγεθέστατον ὡς ἀρκεῖν σκιὰν ἐκτελεῖν, &c. Idem etiam Opus exſtat in *Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea* Codice manuſcripto, olim inter Codices manuſcriptos *centeſimo trigeſimo nono*, atque ibi inſcribitur Σύνταγμα περὶ παντὸς ζώου.

(1) In ipſo Codice MSto perperàm legitur περὶ γύπα.

Notandum denique est, in fine *Codicis manuscripti Medici Græci quadragesimi*, de quo in præsens agitur, exstare subscriptionem, quâ *Philotheus* quidam indicat, se omnia suprà enumerata Opuscula in unum Volumen redegisse, & suâ manu descripsisse *anno Mundi* secundùm vulgarem Græcorum supputationem 7037, *Indictione secundâ, mense Augusto*, hoc est, *anno Christi 1529*. Ipsa subscriptionis istius verba *græca* sunt hæc: Τέλος τῶν λογιωτάτων λέξεων σὺν Θεῷ ἰατροσοφίων πασῶν συνόψεων τῆς ἐπιστήμης. Θεοῦ τὸ δῶρον καὶ ΦΙΛΟΘΕΟΥ πόνος, ἀμήν. ἔτους ζλζ ἰνδικτιῶνος β΄ ἐν μηνὶ Αὐγούστῳ.

XLI.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos trigesimus octavus.*

Quadragesimus primus (1) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátque nunc foliis *centum novendecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo anonymi cujusdam Autoris *Miscellanea Medica*, ex *Galeno* & alijs antiquis Autoribus collecta in usum Xenodochiorum & Nosocomiorum. Exstant inter ea etiam *Aristotelis quædam Problemata Physico-Medica*, & *Theophili Libellus de excrementis*, cujus principium: Ἐπεὶ τὰς θέσεις τῶν ἐν βάθει τοῦ σώματος κειμένων μορίων &c. Vide suprà Cod. XIX num. 3, pag. 104.

XLII.

(2) *Fuit is olim extra numerum.*

Quadragesimus secundus (2) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus, principio & fine mutilus, in *quarto*, constátque nunc foliis *centum triginta tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 78 pag. 2, *Pauli Nicæni Liber de cognitione & curatione variorum morborum, in Capita centum triginta divisus*, de quo suprà in recensione Codicis XXXIIItij jam fusiùs actum est.

Secundò, & quidem à fol. 79 pag. 1 usque ad fol. 80 pag. 2, *Nicephori Blemmidæ Cantica Medica de Vrinis & de sanguine Phlebotomiæ*, quorum suprà jam aliquoties facta est mentio. Vide suprà Cod. XX num. 2 & Cod. XL num. 5.

Tertiò, & quidem à fol. 81 pag. 1 usque ad fol. 83 pag. 2, *ex Hippocrate Excerpta quædam de quatuor elementis & de quatuor humoribus, quibus constat homo*; quorum titulus & principium: Ἱπποκράτους περὶ τῶν δ΄ στοιχείων καὶ χυμῶν, δι' ὧν συνίσταται ὁ ἄνθρωπος. Ἰστέον ὅτι ὁ ἄνθρωπος συνίσταται ἐκ τεσσάρων στοιχείων, ἤγουν &c.

Quartò,

Quartò, & quidem à fol. 84 pag. 1 uſque ad fol. 133 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris Σκευασίαι ſive *Compoſitiones variorum Medicamentorum*, quæ etiam in ſuprà memorato Codice XXXIIItio *Pauli Nicæni centum triginta Capitibus* ſimiliter ſubjunctæ ſunt.

XLIII.

Quadrageſimus tertius (1) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & paſſim lacerus in quarto, conſtátque nunc folijs *centum & uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo anonymi cujuſdam Autoris *Jatroſophium græco-barbarum*, cujus principium: Κεφάλαιον α΄ περὶ ὀξὺν πόνον κεφαλῆς. Κισσὸν ξηρᾶνας &c. Vide ſuprà Cod. XXXVIII num. 1. Vltimo autem Codicis hujus XLIIItij folio exſtat *fragmentum Gloſſarij cujuſdam antiqui Latino-græci*, cujus principium: Ῥεβουκατίονος, ἀνακλήσεως· Σκενιάριοι, λαμπροφόροι τουτέστι χαρτουλάριοι. Σακρῶν, ἱερῶν· &c.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos decimus ſeptimus.

XLIV.

Quadrageſimus quartus (2) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *ducentis ſeptuaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *anonymorum quorundam Autorum Opuſcula Medica græco-barbara*, quorum *primum* quod eſt *Epitome Artis Medicæ*, inſcribitur atque incipit his verbis: Βίβλος α΄ ἰατρικῆς τέχνης εἰς τὰς καθόλου μεθόδους καὶ σημεῖα, &c. Πρώτη ἀρχὴ ἐκ τῆς ἰατρικῆς τέχνης, ἵνα γινώσκεις εἰς τί καταγίνεται, &c. *ultimum* autem *de Alimentorum facultatibus* hoc modo: Βίβλος πάνυ ὠφέλιμος εἰς τὴν ἰατρικὴν τέχνην, περιέχουσα τὰς τροφὰς ἁπάσας καὶ τὰ πότους, καὶ τις ἐστὶν αὐτῶν ἡ φύσις καὶ ἡ ἐνέργεια. Χρὴ γινώσκειν, ὅτι ὅταν ἐποίησε ὁ Θεὸς πάντα τὰ ζῶα, ἀπὸ πάντων τὸν ἄνθρωπον ἐποίησεν ἀκριβέστερον, &c.

(2) Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos trigeſimus tertius.

XLV.

Quadrageſimus quintus (3) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc folijs *ducentis & uno*. Continetur eo *Claudij Æliani Præneſtini*, qui *Romæ* ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. Antonino Pio* claruit, *Hiſtoria animalium à Libro primo*, qui inſcribitur atque incipit his verbis: Αἰλιανοῦ περὶ ζώων ἱστορίας βιβλίον πρῶτον. Ἄνθρωπον μὲν εἶναι

(3) Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos nonus.

εἶναι σοφὸν καὶ δίκαιον &c; *usque ad Libri decimi sexti Caput trigesimum sextum*, quod inscribitur Περὶ τῆς τῶν ἐλεφάντων πρὸς τοὺς ὗς ἀπεχθείας, hoc est, *de Elephantorum cum suibus dissidio.* Vide Operum *Claudij Æliani* editionem græco-latinam, à *Conrado Gesnero* adornatam, & Tiguri apud Gesneros fratres Andream & Jacobum A. 1556 in folio impressam, pag. 341.

XLVI.

Quadragesimus sextus (1) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *octavo*, constátq; nunc folijs *centum sexaginta octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continetur eo *Claudij Æliani Historia animalium*, quæ ibi incipit à *capitis octavi Libri septimi* his verbis: ϑειότερα νοεῖν ἢ κατὰ τὴν θνητὴν φύσιν ἐκόμπαζεν. Ὅτι δὲ βοῦς &c. Vide suprà citatam Operum *Æliani* editionem græco-latinam pag. 149.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* centesimus septuagesimus primus.

XLVII.

Quadragesimus septimus (2) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, principio, medio & fine mutilus, constátque nunc folijs *centum quinquaginta sex.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 70 pag. 2, *Demetrij Constantinopolitani Orneosophicum*, sive, *Opus de accipitrum educatione & curâ, in duos Libros divisum*, quorum *primus* in *Capita centum ac tria* divisus, inscribitur atque incipit his verbis: Βιβλίον (3) ὀρνεοσοφικόν. Ἐπεσπουδακότι σοι λίαν, κράτιστε καὶ σοφώτατε Δέσποτα, Βασιλεῦ περὶ τὴν τῶν ἱεράκων ἀνατροφὴν καὶ θεραπείαν, &c. *Secundus* autem *Liber*, in *Capita octoginta duo* divisus, inscribitur atque incipit hoc modo: Ἕτερον ὀρνεοσόφιον εἰς τὰ ἱεράκια. Κεφάλαιον ά. Ὅταν ἔχῃ τὸ ἱεράκιον στένωσιν. Φακκλὴν τριμμύλην &c. Exstitit quidem olim in eodem hoc Codice etiam ejusdem *Demetrij* Κυνοσοφικὸν sive *Opus de canibus*, in *Capita triginta octo* divisum, sed illud, excepto tantùm *Indice*, totum nunc ibi deest. Meminit jam memoratorum *Demetrij Constantinopolitani* Librorum Joannes Jacobus Frisius in Bibliothecâ Gesnerianâ, à se auctâ, his verbis: *DEMETRII CONSTANTINOPOLITANI* περὶ τῆς τῶν ἱεράκων ἀνατροφῆς τε καὶ θεραπείας *Libri duo*, & *ejusdem* περὶ τῆς τῶν κυνῶν ἐπιμελείας *Liber unus*, *exstant in Bibliothecâ Augustanâ*, & *Stroza*,

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos* vigesimus quintus.

(3) *Notandum hic obiter est, in Codice hoc manuscripto Cæsareo diversis locis promiscuè legi* Ὀρνεοσοφικὸν, & Ὀρνεοσόφιον, *eodem videlicet modo, ut dicitur* Ἰατροσόφιον.

&

& *Gesneri.* (1) *ORNEOSOPHICVM seu de accipitrum educatione & curâ ad Michaelem Regem* (imò Imperatorem) *exstat quoq; in Bibliothecâ Regis Gallorum.* (2) *Eundem Librum Conradus Gesnerus in Latinam linguam convertit, & Avium Historiæ inseruit.* Hucusque *Frisius.* Locus autem *Gesneri*, quem is citat, exstat *Historiæ Animalium Libro tertio*, qui est *de Avium naturâ.* Ibi enim paginâ nonâ editionis Tigurinæ Froschoverianæ anni 1555 in folio hæc leguntur: *Nos nuper DEMETRII cujusdam CONSTANTINOPOLITANI Librum Græcum, quem ille ad Imperatorem Constantinopolitanum scripsit de Accipitrum educatione & curâ, doctissimi Augustæ Vindelicorum Medici Achillis Gassari beneficio nacti sumus.* Hæc ibi ipse *Gesnerus*; qui etiam ibidem deinceps ex *duobus* illis *Demetrij Libris Orneosophicis* multa fragmenta exhibet, sed tantùm latinè. Plura de editionibus horum *Demetrij* Librorum vide apud *Gerardum Joannem Vossium* Libri de Philosophiâ capite septimo, § 17, & apud *Joannem Antonidem Lindanum* Libri primi de Scriptis Medicis pag. 149.

(1) *Hoc est idem illud Opus, in* duos Libros *divisum, quod paulo antè inscribitur* περὶ τῶν ἱεράκων ἀνατροφῆς καὶ θεραπείας. (2) *Imò* Eosdem duos Orneosophicos Libros.

Secundò, & quidem à fol. 71 pag. 1 usque ad fol. 118 pag. 2, *Michaelis Pselli & Symeonis Sethi Syntagma de Alimentorum facultatibus ad Imp. Michaelem Ducam ordine alphabetico*, cujus titulus & principium: Σύνταγμα κατὰ στοιχεῖον περὶ τροφῶν δυνάμεων, συγγραφὲν παρὰ Ψελλοῦ καὶ Συμεὼν Μαγίστρου Ἀντιοχείας, καὶ δοθὲν Μιχαὴλ Βασιλεῖ τῷ Δούκᾳ. Πολλῶν καὶ λογίων, ὦ μέγιστε καὶ τὸν νῦν ἡλιοδέστατε Βασιλεῦ, οὐχ Ἑλλήνων μόνον, ἀλλὰ καὶ Περσῶν, καὶ Ἀγαρηνῶν, καὶ Ἰνδῶν, περὶ τροφῶν δυνάμεως συγγεγραψαμένων, &c. Primum autem Caput incipit his verbis: Τὰ τῶν ἀρνῶν κρέα &c. Discrepat autem exemplar hoc manuscriptum non mediocriter à *Lilij Gregorij Gyraldi* editione Basileensi anni 1538 in octavo, & ad eam emendandam ac supplendam plurimùm potest prodesse. Idem Opus exstat etiam in *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* Codice manuscripto, inter Codices manuscriptos Philosophicos & Philologicos Græcos olim *septuagesimo secundo*, ab *Augerio Busbeckio Constantinopoli* comparato, atque ibi ijsdem planè verbis inscribitur atque incipit, ut in eo, de quo in præsens agitur, Codice. Vide etiam suprà Cod. XX num. 4.

Tertiò, & quidem à fol. 119 pag. 1 usque ad fol. 132 pag. 2, *Michaelis Pselli ad Imp. Constantinum Monomachum Liber de Diætâ*, cujus titulus & principium: Περὶ διαίτης. Καὶ τοῦτο τὸ σῆς ἔργον προ-

νοίας καὶ μεγαλοφυοῦς ἐπινοίας καὶ φιλανθρωπότητος ἐπίταγμα, Κωνσταντῖνε θειότατε καὶ μέγιστε Αὐτοκράτορ, τὸ καὶ τοὺς ἰδιώτας ἴσα τοῖς σοφοῖς τε καὶ ἐλλογίμοις τὴν χρῆσιν εἰδέναι τῶν καλλίστων τε καὶ ὀνησιφόρων διαιτημάτων, &c.

Quartò, & quidem à fol. 133 pag. 1 uſque ad fol. 156 pag. 2, *anonymi cujuſdam Autoris Oratio in Annunciationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, principio mutila*, quæ nunc ibi incipit his verbis: - - - πρῶτον μὲν οὖν τὸ ἐνοχλοῦν δέος ἐκβάλλει, καὶ θαῤῥεῖν ταύτῃ παρακελεύεται. εἶτα καὶ τὸ ῥηθὲν ἐν κεφαλαίῳ σαφέστερον ποιῶν, ἀναπλύσει· καὶ μὴ φοβοῦ φησὶ Μαριάμ. εἰ γὰρ καὶ πρὸς τὴν σαυτῆς ἀσθένειαν &c.

XLVIII.

(1) *Fuit & olim inter Codices MSStos Philoſophicos & Philologicos Græcos octogeſimus nonus.*

Quadrageſimus octavus (1) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, ſed valdè mutilus, conſtátq; nunc folijs *ſexaginta quinq;*,& ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 26 pag. 2, *Georgij Piſidæ, Diaconi & Chartophylacis Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*, qui circa annum Chriſti 630 ſub *Imp. Heraclio* claruit, *Hexaemeron*, ſive, *Poema de ſex dierum Opificio Mundi*, cujus titulus: Τοῦ σοφωτάτου κυροῦ Γεωργίου τοῦ (2) Πισίδου περὶ ζώων, hoc eſt, *Sapientiſſimi Domini Georgij Piſidæ Poema Jambicum de Animalibus*. Hujus igitur tituli reſpectu fit ejus Operis hîc mentio, tanquam ad *Hiſtoriam Animalium* pertinentis, cùm idem aliàs etiam referri poſſit ad Claſſem *Theologicam*. Principium illius eſt:

(2) *Aliàs* Πισίδης & Πισιδοῦς. *Vide Stephanū Byzantinum de Vrbibus.*

Ὦ παντὸς ἔργου καὶ θεηγόρου λόγου
Καὶ γλῶσσα καὶ νοῦς &c.

Notabile autem inprimis eſt, circa finem hujus Poematis, nempe è regione versûs 1815, Καὶ δὸς τὸν ἐκ σοῦ προσλαβόντα τὸ κράτος, in margine adſcripta eſſe hæc verba: Πρὸς Ἡράκλειον λέγει: & paulo pòſt è regione versûs 1839, Ὁ Πατριάρχης ταῦτα κράζει συντόνως, ſimiliter in margine adſcriptū eſſe: Πρὸς Σέργιον λέγει τὸν Πατριάρχην. Exſtat hoc Opus inter Poetas Græcos veteres Tragicos, Comicos, Lyricos & Epigrammatarios, græcè & latinè conjunctim editos Coloniæ Allobrogum ſive Genevæ, typis Petri de la Roviere A. 1614 in folio. Vide etiam Librum *quartum* horum Commentariorum pag. 208, & Librum *quintum* pag. 19 & 106.

Secundò,

Secundò, & quidem à fol.27 pag. 1 usque ad fol. 31 pag. 1, *Michaelis Pselli Poemata tria versibus politicis ad Imp. Constantinum Monomachum de Dogmatibus Fidei Christianæ; de Nomocanone Photij Patriarchæ Constantinopolitani, & de Septem primis Concilijs Oecumenicis.* Horum *primùm* inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ὑπερτίμου Ψελλοῦ περὶ δόγματος πρὸς τὸν Βασιλέα τὸν Μονομάχον. Δέχου καὶ τὸν θεμέλιον τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων &c; *secundum* autem hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ ὑπερτίμου Ψελλοῦ περὶ Νομοκανόνος καὶ τῶν τοπικῶν Συνόδων. Ἔχε μοι γνῶσιν, Δέσποτα, καὶ τοῦ Νομοκανόνος &c; *tertium* denique: Τοῦ Ψελλοῦ κυρίου Μιχαὴλ περὶ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ Συνόδων πρὸς τὸν Βασιλέα τὸν Μονομάχον. Σύνοδος πρώτη. Γίνωσκε καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἱερῶν Συνόδων, &c. Vide Librum quintum horum Commentariorum pag. 238 & 239.

Tertiò, & quidem à fol.32 pag. 2 usque ad fol. 65 pag. 1, *Constantini Manassis Synopsis historica à creatione Mundi usque ad Imp.* (1) *Nicephorum Botaniatem versibus politicis*, cujus titulus & principium: Ἱστορικὸν ἀνώνυμον ὡραῖον ἀπ' ἀρχῆς κόσμου. Προοίμιον. Ἡ μὲν φιλόϋλος ψυχὴ ταῖς ὕλαις ἐπιχάσκει &c. Est autem primum hujus Synopseos folium, ob defectum folij antiqui, manu recentiori scriptum, ideóque haud mirum est, *Constantini Manassis* nomen ibi esse omissum. Quod porrò ad finem ejusdem Synopseos attinet; pertingit ea ibi tantùm usque ad interitum sexti Romanorum Regis *Servij Tullij*, ultimúsque versus est, Καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀρχῆς ὁ τάλας ἐστερήθη. Vide hujus Synopseos historicæ editionem græco-latinam Parisiensem Luparæam anni 1655 in folio paginâ 34.

(1) *Imperavit is ab A.C.1078 usque ad A. 1081.*

XLIX.

Quadragesimus nonus (2) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *ducentis septendecim*, & primùm quidem ad *Joannem Alexandrum Brassicanum* pertinuit; posteà autem pervenit in potestatem *Joannis Oporini*, de quo illum porrò emit *Joannes Sambucus*, quemadmodum propriâ ipsius manu ibi annotatum est. Continentur eo *Geoponica*, sive *Commentariorum de Agriculturâ Libri viginti*, ex varijs antiquis Autoribus collecti, & in unum Syntagma redacti, curâ & studio *Imp. Constantini*, vel *Quarti* ejus nominis, cognomine *Pogonati*, vel *Septimi*, cognomine *Porphyrogeniti*; quorum alterutri etiam ab anonymo quodam dedicati sunt peculiari Præfatione, cujus titulus & principium: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ Γεωπονικοῦ βιβλίου. Πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις Βασιλεῦσι

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus quadragesimus nonus.*

λεῦσι χρησοῖς ἡ μεγαλόπολις αὔτη ἐκαλλωπίσατο, &c. Primus hæc *Geoponica*, & quidem ex antiquo Codice manuſcripto Græco *Matthæi Aurogalli Bohemi, latinè* in lucem edidit *Janus Cornarius* Baſileæ typis Frobenianis A. 1538 in octavo; qui in Præfatione ſuâ hoc Opus *Imp. Conſtantino*, ejus nominis *Quarto*, cognomine *Pogonata*, attribuit, idque commendat his verbis: *Sive autem ipſe CONSTANTINUS Cæſar hos Libros congeſſit, velut Præfatio ἀνώνυμος Operi præmiſſa teſtatur, ſive ille ipſe, qui Præfationem ſcripſit, Operis Autor itidem fuit, atque hoc modo Cæſari nuncupare voluit, mihi ſanè juxta Præfationis teſtimonium, ad ipſum CONSTANTINUM Cæſarem hi Libri referendi videntur, & proptereà exemplar Græcum, quod unicum habui à veteri amico meo, doctiſſimo Viro Matthæo Aurogallo Boemo mihi ſuppeditatum, cùm omni inſcriptione careret, & vago ac incerto autore oberraret, & haud dubiè deſpicatius ob id eſſet, ad proprium Dominum velut fugitivum reduxi, & velut mancipatum in libertatem aſſerui, atque Autoris ſui nomen ipſi publicè præfixi. Fuit autem hic CONSTANTINUS QUARTUS, cognomento POGONATUS, Conſtantinopolitanus Imperator; qui multis ſplendidis victorijs terrâ ac mari potitus, & Saracenis Arabibus devictis, pacem ubiq; firmavit, & Philoſophiæ ac Rhetorices ſtudia ferè deperdita, aliáſque bonas Artes renovavit, atque inter cætera hos de Agriculturâ Libros ex Græcis ac Latinis aliquot Scriptoribus collegit ac contraxit, inſupérq; (1) Synodum Conſtantinopolitanam congregavit. Non dubium eſt autem, quin hi utiliſſimi Libri omnibus rei literariæ ſtudioſis eò gratiores futuri ſint, quòd ex tot Scriptoribus Græcis, qui & hîc laudantur, & à M. Varrone ac Columellâ nominantur, nullus ad nos exſtet, quem aut vidiſſe, aut de quo ſaltem audiviſſe mihi contigiſſet. Neque enim ſcio, quid arcæ quorundam concluſum teneant, aut quid Bibliothecæ, ſeu potiùs Bibliotaphia, aliquorum condant, blattis ac tineis, quàm publicæ bonorum ſtudiorum utilitati benigniores. Accedit inſuper ad hanc gratiam, quâ ſe pretioſiſſimi hi Libri omnibus commendant, quòd multa ſunt in ipſis, unde apud Latinos rei ruſticæ Autores, Varronem dico, Catonem, Columellam, Palladium, ac ipſum adeò Plinium, innumerabiles loci, aut omninò luxati reponi poſſunt, aut obſcurati intelligi; ſicut è diverſo, multos locos corruptos ac vitiatos in Græco exemplari, eorundem Autorum ope ipſi CONSTANTINO reſtitui & redintegravi.* Hæc *Janus Cornarius* in Præfatione editionis ſuæ *latinæ*. Sequenti autem anno 1539 ediderunt idem *Geoponicorum* Opus primi omnium *græcè Joannes Alexander Braſſicanus* & *Symon Grynæus* Baſileæ typis Roberti

(1) *Nempe tertiam Oecumenicam autem ſextam, A. C. 680 & 681 contra Monothelitas.*

Roberti Winteri, & quidem ex illo ipſo Codice manuſcripto *Cæſareo*, de quo in præſens agitur, ut Libri *ſecundi* horum Commentariorum pag. 537. 538, 539 & 540 jam ſatis prolixè indicavi; ubi ſimul etiam *Joannis Alexandri Braſſicani Inſignia*, quæ in principio ejuſdem Codicis exſtant, unà cum duobus adjunctis Epigrammatibus, latino altero, altero græco, fideliter exhibui. Quamvis igitur *Janus Cornarius*, ut ſuprà memoratum eſt, *collectionem* horum *Geoponicorum* adſcribat *Imp. Conſtantino Pogonato*, ſunt tamen plures alij, qui eam attribuunt *Imp. Conſtantino*, ejus nominis *Septimo*, cognomine *Porphyrogenito*. Inter eos enim eſt etiam Vir doctiſſimus *Gerardus Joannes Voſſius*, quippe qui Libri ſingularis de Philoſophiâ capite ſexto, § 23, poſteriorem hanc opinionem approbat his verbis: *De Agriculturâ ex Græcis præter Heſiodi* Ἔργα, *& Arati* Προγνωστικὰ, *adeantur* GEOPONIKΩN *LIBRI VIGINTI: ſive eos collegit VINDANIUS ANATOLIUS BERYTUS; quem duodecim de Agriculturâ Libros collegiſſe autor eſt Photius; ſive DIONYSIUS UTICENSIS, ut videtur velle Brodæus; ſive CASSIANUS BASSUS, ad quem Hierocles Mulomedicus ſcripſit. Sanè de VINDANIO verum non puto, quia in illis ipſis Geoponicis inſeruntur Obſervationes nunc nomine Vindanij, nunc Anatolij, nunc Beryti, ut inter Autores potiùs, è quibus collectum id Opus, eſſe videatur. Collecti verò ſunt curâ CONSTANTINI Auguſti, Leonis Auguſti filij, Baſilij Macedonis nepotis, qui CONSTANTINUS* πορφύρας ἀπόγονος, *vulgò* Πορφυρογεννήτης, *ſed rectiùs* ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΣ *nuncupatur. Ex VIGINTI illis Libris priores duodecim ſunt de Agriculturæ ratione, octo autem poſteriores de naturâ & educatione animalium. Græcè hoc Opus primus exhibuit Joannes Alexander Braſſicanus; latinè vertit Janus Cornarius: ſed poſteriores octo longè majori curâ tranſtulit, atque unà cum Caſtigationibus ſuis edidit Andreas à Lacunâ Segobienſis. Complures etiam alios, qui de Agriculturâ ſcripſerint, nominat Photius Tmemate CLXIII, ubi de Vindanio Anatolio loquitur.* Hucuſque *Voſſius*.

L.

Quinquageſimus (1) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *centum & octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit à olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* ducenteſimus ſeptuageſimus ſecundus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 80 pag. 1, *Hermetis Triſme-*

Trismegisti, sive, *Mercurij Ter-maximi*, qui seculo ante Christum *decimo sexto*, quo *Moyses* natus est, floruit, *varia supposititia Opuscula Medica & Astrologica ad discipulum suum Asclepium* sive *Æsculapium*; quorum *primum de Herbis sacris duodecim Signorum Zodiaci & septem Planetarum*, inscribitur atque incipit his verbis: Βίβλος ἰατρικὴ σύντομος τοῦ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ ΕΡΜΟΥ κατὰ μαθηματικῆς ἐπιστήμης καὶ φυσικῆς ἀποῤῥοίας τῶν ἄστρων, ἐκδοθεῖσα πρὸς τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Ἀσκληπιὸν, περὶ ἱερῶν βοτανῶν καὶ χυλώσεως. (1) Μακαρίας παρὰ θεῶν τιμῆς Ἑρμῆς τετυχηκὼς, &c. Κριοῦ βοτάνη ἐστὶ ἐλελίσφακον &c; *secundum de Triginta sex* (2) *Decanis duodecim Signorum Zodiaci*: Ἑτέρα βίβλος Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου ἱερὰ πρὸς τὸν αὐτὸν μαθητὴν Ἀσκληπιόν. Τῶν ἐν τοῖς ζωδίοις τριάκοντα ἓξ Δεκανῶν τάς τε μορφὰς καὶ τὰς ἰδέας ὑπέταξά σοι, &c; *tertium de Animalibus volatilibus*: Βίβλος ἰατρικὴ σύντομος τοῦ Τρισμεγίστου Ἑρμοῦ κατὰ μαθηματικῆς ἐπιστήμης καὶ φυσικῆς ἀποῤῥοίας τῶν ζώων τῶν πτηνῶν, ἐκδοθεῖσα πρὸς τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Ἀσκληπιόν. Περὶ ἀετοῦ. Ἀετὸς &c; *quartum de Animalibus quadrupedibus seu terrenis*: Ἑρμοῦ Τρισμεγίστου κατὰ μαθηματικῆς ἐπιστήμης καὶ φυσικῆς ἀποῤῥοίας τῶν τετραπόδων ἢ χερσαίων ζώων, ἐκδοθεῖσα πρὸς τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Ἀσκληπιόν. Ἀρχὴ τοῦ Α στοιχείου. Περὶ ἄρκου. Ἄρκος θηρίον ἐστὶ ζῶον &c; *quintum de Animalibus aquatilibus*: Τοῦ Τρισμεγίστου Ἑρμοῦ κατὰ μαθηματικῆς ἐπιστήμης καὶ φυσικῆς ἀποῤῥοίας τῶν ἐναλίων, ἰχθύων τε καὶ νηκτῶν, ἐκδοθεῖσα πρὸς τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Ἀσκληπιόν. Ἀρχὴ τοῦ Α στοιχείου. Περὶ ἀετοῦ θαλασσίου. Ἀετὸς ἰχθύς ἐστιν ἀλέπιδος &c; *sextum de Gemmis seu Lapidibus pretiosis*: Τοῦ Τρισμεγίστου Ἑρμοῦ κατὰ μαθηματικῆς ἐπιστήμης καὶ φυσικῆς ἀποῤῥοίας τῶν ἄστρων τε καὶ λίθων δυνάμεων, ἐκδοθεῖσα πρὸς τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Ἀσκληπιόν. Κριοῦ λίθος (3) Ζαφῆεν &c; *septimum de Characteribus sive Notis Ponderum & Mensurarum*: Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου περὶ τῶν δηλούντων τοὺς σταθμοὺς διὰ τῶν χαρακτήρων. Ὁ μακάριος τρισκραταιόφρων Ἑρμῆς, ὁ καὶ τιμῆς μεγάλης τετυχηκὼς &c, εἰς ταῦτα πάντα παραδέδωκεν ἡμῖν καὶ περὶ τῶν σταθμῶν, ὅτι γε ὁ σταθμὸς βάρει μετρούμενος &c; *octavum de Melomantia*, sive *de Divinatione ex membris humani corporis*: Ἑρμοῦ Τρισμεγίστου περὶ τῶν μελῶν τοῦ ἀνθρώπου, ὅταν λαγγέβουν, γνώριζε οὕτως. Ὀφρὺς (4) δεξιὸς ἐὰν ἅλληται, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ

νόσον

(1) *Hæc est Præfatio; in quâ etiam* Nechepsi *Regis sit mentio his verbis*: Βασιλεὺς δὲ ὢν ΝΕΧΕΨΩ, ἀνὴρ συνφρονέστατος καὶ πάσῃ κεκοσμημένος ἀρετῇ, περὶ μὲν θείας φωνῆς πάντα μαθὼν ηὐτύχησε. φύσει δὲ χρησάμενος ἀγαθῇ, συμπαθείας λίθων ἐπινόησε &c. *Plura de eodem* Nechepso *vide suprà pag.* 94, 95 *&* 105.

(2) *Plura de his* triginta sex Decanis *vide suprà pag.* 95.

(3) Ζαφῆεν *seu* Ζαφῆελον *græco-barbarè pro* Σάπφειρος. (4) Ὀφρὺς *perperàm genere masculino, cùm aliàs usurpetur genere fœminino.*

νόσον τῷ ἐλευθέρῳ δηλοῖ, τῷ δὲ δούλῳ ὕβριν. Ὀρφεὺς ἀριστερὸς &c; nonum de (1) *Arithmomantiâ*, sive, *de Divinatione ex numeris*: Τοῦ αὐτοῦ Τρισμεγίστου Ἑρμοῦ &c. Plura *de Hermetis Trismegisti Vitâ & Scriptis* vide Libri primi Prodromi mei Historiæ Literariæ capite primo, § 6, à pag. 134 usque ad pag. 143.

(1) *Vide* Caspari Peuceri *Commentarium de præcipuis Divinationum Generibus fol.* 224 & 225.

Secundò, & quidem à fol. 81 pag. 1 usq; ad fol. 95 pag. 2, *S. Methodij Martyris, Patarorũ in Lyciâ Episcopi, supposititiæ Prophetiæ seu Revelationes*, quarũ titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΜΕΘΟΔΙ'ΟΥ Ἐπισκόπου Πατάρων λόγος ἠκριβωμένος περὶ τῆς βασιλείας τῶν ἐθνῶν, καὶ εἰς τοὺς ἐσχάτους καιροὺς ἀκριβὴς ἀπόδειξις. Ἰστέον ὡς ὅτε ἐξελθόντες ὅτε Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα ἐκ τοῦ παραδείσου, παρθένοι ἐτύγχανον. ἐν δὲ τῷ τριακοστῷ χρόνῳ &c. Plura de his *supposititijs Revelationibus* vide Libri *quarti* horũ Cõmentariorũ pag. 201 & 202, & suprà Libri hujus sexti pag. 41.

Tertiò, & quidem à fol. 96 pag, 1 usque ad fol. 108 pag. 1, *Varia Oracula* sive *Vaticinia Constantinopolitana*: quorum *primum*, quod est *Gennadij Scholarij, Patriarchæ Constantinopolitani, Expositio Vaticinij cujusdam supposititij de Imperio Romano Orientali & de Imperio Turcico, quod traditur insculptum fuisse lapidi marmoreo sepulcri Imp. Constantini Magni*, inscribitur atque incipit his verbis:

Τ Α Τ ΙΝ Η Β Τ ΙΜΑ

Τῇ πρώτῃ τῆς Ἰνδίκτου ἡ βασιλεία τοῦ Ἰσμαὴλ &c.

Plura de hoc supposititio Vaticinio vide Libri *quinti* horũ Cõmentariorum pag. 15 & 16. *Secundũ* jam memoratorũ *Vaticiniorũ cum adjunctâ explicatione* est hoc: Χρησμὸς τῆς πόλεως Κωνσταντίνου. Ἔφαγε τὸ μιαρὸν ποντίκιν &c; Ἑρμηνεία. Ἐπαναστήσονται κατὰ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας ὁ Ἰσμαὴλ, οἱ υἱοὶ Ἀγὰρ &c. *Tertium Vaticinium*, quod *Imp. Leoni Philosopho* seu *Sapienti* attribuitur, est hoc: Χρησμὸς κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ. Βύζαντος αὐλὴ, ἑστία Κωνσταντίνου, &c. Plura de hoc Vaticinio vide suprà pag. 41 & 42. *Quartum Vaticinium cum adjunctâ B. Joañis Capistrani Explicatione* est hoc: Χρησμὸς ἀστρονομίας. Βασιλεύσει δὲ ὁ τούτου υἱὸς &c. Ἑρμηνεία Χρησμοῦ ἀστρονομίας. Ἀδελφὸς (2) ἸΩΑ'ΝΝΗΣ δὲ ὁ ΚΑΠΙΣΤΡΑ'ΝΟΣ πᾶσι τοῖς τὰς παρούσας γραφὰς οἰδοῦσι σωτηρίαν. Χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὄψεται μεταδείξεις ἐν τῷ χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἔτει ἀπὸ τῆς Χριστοῦ σαρκώσεως &c. *Quintũ Vaticinium* est hoc: Περὶ τοῦ θεοδοξάστου Βασιλέως. Ὁ θεοδόξαστος Βασιλεὺς ἄρχεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ δωδεκάτου στοιχείου &c. *Sextum*: Πρὸς τὴν πόλιν, καὶ τὴν Ῥώμην, καὶ τὴν Σιών. Νέα Βαβυλὼν, τὴν Σιὼν νῦν συγχαίρου &c. *Septimũ Vaticinium*, quòd falsò adscribitur *Sibyllæ Erythrææ*: Χρησμὸς Σιβύλλας Ἐρυθραίας, Ἧκει Βασι-

(2) *Plura de hoc* Beato Joanne Capistrano, Ordinis Fratrum Minorũ, *qui A. C.* 1456 *obijt, vide apud R. P.* Philip. Labbeũ *S. I. Tom. I Dissertationis Historicæ & Philologicæ de Scriptoribus Ecclesiasticis pag.* 518 & 519.

Βασιλεὺς πεμφθεὶς θεόθεν &c. Sequuntur deinde ibidem alia ejusdẽ generis *Oracula* sive *Vaticinia viginti quatuor*, quæ suprà memorato *Imp. Leoni Sapienti* vulgò attribuuntur, & eadem illa sunt, quorum Libri *quinti* horum Cõmentariorum paginâ decimâ septimâ uberior jam est facta mentio.

LI.

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

Quinquagesimus primus (1) Codex manuscriptus *Medicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátque folijs *centum octoginta septem*, & ad *Sebastianum Tengnagelium*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 36 pag. 2, *STEPHANI ALEXANDRINI, universalis Philosophi & Magistri, de Chrysopoeiâ*, seu, ut ibi legitur, *de magnâ & sacrâ Auri conficiendi Arte, Actiones novem*, quarum *prima* inscribitur atq; incipit his verbis: ΣΤΕΦΑ'ΝΟΥ 'ΑΛΕΞΑΝΔΡΕ'ΩΣ, οἰκουμενικοῦ Φιλοσόφου καὶ Διδασκάλου τῆς μεγάλης καὶ ἱερᾶς ταύτης τέχνης περὶ χρυσοποιίας Πρᾶξις ἐν Θεῷ πρώτη. Θεὸν τῶν πάντων ἀγαθῶν αἴτιον καὶ Βασιλέα τῶν ὅλων, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ πρὸ τῶν αἰώνων ἐκλάμψαντα μονογενῆ Υἱὸν, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ὑμνήσαντες &c. Idem *Stephani Alexandrini* Opus exstat in eâdem *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* manuscriptum etiam *latinè*, anonymo quodam interprete. Quod porrò ad *Stephani Alexandrini* ætatem attinet, floruit is seculo post Christum *septimo* sub *Imp.* (2) *Heraclio*, ut manifestè apparet ex *Præfatione Actionis nonæ*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ΣΤΕΦΑ'ΝΟΥ Φιλοσόφου διδασκαλία πρὸς 'ΗΡΑ'ΚΛΕΙΟΝ τὸν Βασιλέα, πρᾶξις σὺν Θεῷ ἐννάτη. Ὁ ἄναρχος καὶ ὑπεράρχιος Θεὸς, καὶ ὑπεράγαθος τῇ φύσει, καὶ φιλάνθρωπος τῷ τρόπῳ, &c. Quâ *Præfatione* finitâ, incipit ipsa *Actio nona* his verbis: Πάλιν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανελεύσομαι, καὶ πόθοι σου, ὦ πανάριστε Βασιλεῦ, ἀναπληρώσω, καὶ &c. Illud deniq; etiam notandũ est, in fine *Actionis secũdæ* exstare instar Appendicis *Epistolam* aliquã ejusdem *Stephani ad Theodorum*, quæ inscribitur atq; incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ ΣΤΕΦΑ'ΝΟΥ 'Επιστολὴ πρὸς ΘΕΟ'ΔΩΡΟΝ. Περὶ τοῦ ἀγροῦ γνῶθι, ὡς πολλοὺς γεωργοὺς ἀρχαίους ἔχει, καὶ εἰ μὴ &c.

(2) *Cœpit is imperare A.C. 610, & A. 641 obijt. Huc quoq; pertinet ejusdem* Stephani Alexandrini *mẽtio apud* Claudium Salmasium *Plinianarum Exercitationum in Solinum pag.* 1097 *his verbis:* Stephanus Alexandrinus, vetus Autor Χημείας, qui vixit sub Heraclio.

Secundò, & quidem à fol. 37 pag. 1 usq; ad fol. 40 pag. 2, *PELAGII Philosophi Liber de Chrysopoeiâ*, cujus titulus & principiũ: ΠΕΛΑΓΙ'ΟΥ Φιλοσόφου περὶ τῆς θείας ταύτης καὶ ἱερᾶς τέχνης. Οἱ μὲν προγενέστεροι καὶ ἐρασταὶ καὶ ἀνάπλεοι Φιλόσοφοι ἔφησαν, ὅτι πᾶσα τέχνη εἵνεκεν τοῦ τέλους αὐτῆς ἐπινοεῖται τῷ βίῳ, οἷον &c. Idem Liber exstat in eâdem *Augustissimâ Bibliothecâ* manuscriptus etiam *latinè*, anonymo quodã interprete. Meminit *Pelagius* hic *Zosimi*, Scriptoris itidẽ Chymici, fol. 39 pag. 2 his verbis: Ὅθεν ὁ 'ΑΡΧΑΓΟΣ ΖΩ'ΣΙΜΟΣ ἔλεγεν, ὅτι &c.

Ter-

Tertiò, & quidem fol. 40 pag. 2 & fol. 41 pag. 1, OSTANIS *Philoſophi, cognomine Magni, ad Petaſium Epiſtola Chymica ſuppoſititia, ſed antiqua, de compoſitione, uſu & effectu Aquæ Argenti vivi*; cujus titulus & principium: ὈΣΤΆΝΟΥ Φιλοσόφου πρὸς Πετάσιον περὶ τῆς ἱερᾶς αὐτῆς καὶ θείας τέχνης. Τῆς φύσεως τὸ (1) ἄργεντον ἐν μικρῷ ὕδατι τέρπεται αἱ κράσεις τοῦ &c. Eadem Epiſtola exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* manuſcripta etiam *latinè*, anonymo quodam interprete. Cæterùm quod ad verum ac genuinum illum celeberrimum Magnum *Oſtanem*, vel ſecundùm alios *Oſthanem* ſeu *Hoſtanem*, ad differentiam *Oſtanis Secundi* ſive *Junioris* cognomine *Magnum*, attinet, floruit is ſub *Xerxe* Rege Perſarum, ejúſque expeditioni in Græciam anno ante initium vulgaris Æræ Chriſtianæ 480 interfuit, & primus ſcripſit *de Arte Magicâ*, ut refert *Plinius* Hiſtoriæ Naturalis lib. 30 cap. 1 his verbis: *Primus exſtat, ut equidem invenio, commentatus de Magicâ arte* OSTANES, *Xerxem Regem Perſarum bello, quod is Græciæ intulit, comitatus, ac velut ſemina artis portentoſæ ſparſiſſe, obiter infecto, quâcunque commeaverat, Mundo. Diligentiores paulò ante hunc ponunt* (2) *Zoroaſtrem alium Proconneſium. Quod certum eſt, hic maximè* OSTANES *ad rabiem, non ad aviditatem modò ſcientiæ ejus, Græcorum populos egit. Quanquam animadverto, ſummam literarum claritatem gloriámque ex eâ ſcientiâ antiquitùs & poenè ſemper petitam. Certè Pythagoras, Empedocles,* DEMOCRITVS, *Plato ad hanc diſcendam navigavere, exilijs veriùs, quàm peregrinationibus ſuſceptis. Hanc reverſi prædicavere; hanc in arcanis habuere.* DEMOCRITVS *Apollonicem Captidenem & Dardanum è Phoenice illuſtravit, Voluminibus Dardani à ſepulcro ejus petitis, ſuis verò ex diſciplinâ eorum editis; quæ recepta ab alijs, atque tranſijſſe per hominum memoriam, æquè ac nihil in vitâ, mirandum eſt. In tantum fides iſtis fáſque omne deeſt, adeò, ut ijs, qui cætera in Viro illo probant, hæc ejus eſſe Opera inficientur. Sed fruſtrà. Hunc enim maximè affixiſſe animis eam dulcedinem conſtat. Plerúmque miraculi & hoc, pariter utraſque Artes effloruiſſe, Medicinam dico Magicénque, eâdem ætate illam Hippocrate, hanc* DEMOCRITO *illuſtrantibus circa Peloponneſiacum Græciæ bellum, quod geſtum eſt à trecenteſimo Vrbis noſtræ anno. Non levem & Alexandri Magni temporibus autoritatem addidit Profeſſioni Magices* SECVNDVS OSTANES, *comitatu ejus exornatus, planèque, quod nemo dubitet, Orbem terrarum peragravit.* Huc uſque Plinius. Plura de *Oſtane Magno* ſive *Primo* vide apud *Tertullianum*

(1) Per τὸ ἄργεντον ſignificatur hoc loco Aurum.

(2) Vide Prodromi mei Hiſtoriæ Literariæ lib. 1 cap. 5 § 4. & cap. 7 § 5, & lib. 2 cap. 11, pag. 208.

Libri de Animâ cap. 57, apud *S. Cyprianum* in Libro de Idolorum vanitate, apud *Arnobium* lib. 1 adversus Gentes, apud *Minutium Felicem* in Octavio, apud *S. Augustinum* lib. 6 contra Donatistas, apud *Apulejum* in Apologiâ, & passim apud alios.

Quartò, & quidem à fol. 41 pag. 1 usque ad fol. 47 pag. 1, *DEMOCRITI ABDERITÆ Physica & Mystica, ad Chrysopoeiam pertinentia*, quorum titulus & principium: (1) ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ Φυσικὰ καὶ Μυστικά. (2) Βαλὼν εἰς λίτραν α' πορφύρας &c. Notabilis autem in hoc Libro præcipuè est *Necyomantia Democriti, OSTANEM, Magistrum suum jam mortuum, consulentis*, quam ipse ibi fingitur narrare his verbis: Ταῦτα οὖν παρὰ τοῦ (3) προειρημένου διδασκάλου μεμαθηκώς, καὶ τῆς ὕλης τὴν διαφορὰν ἐγνωκώς, ἠσκούμην ὅπως ἁρμόσω τὰς φύσεις. εἰ γὰρ καὶ τέθνηκεν ἡμῶν ὁ διδάσκαλος μηδέπω ἡμῶν τελειωθέντων, ἀλλ' ἔτι περὶ τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ὕλης ἀποσχολουμένων, ἐξ ἅδου τοῦτον φέρειν ἐπειρώμην. ὡς δὲ εἰς τοῦτο ὥρμησα, εὐθὺς παρεκάλεσε λέγων· παρέχεις δωρεὰς ἐμοὶ ἀνθ' ὧν ἀπείργασμαι εἰς σέ; καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐσιώπα. ὡς δὲ πολλὰ παρεκάλουν, ἠρώτων τὸ πῶς ἁρμόσω τὰς φύσεις; ἔφησέ μοι δύσκολον λέγειν, οὐκ ἐπιτρέποντος αὐτῷ τοῦ δαίμονος. μόνον δὲ εἶπεν· ἐν τῷ (4) ἱερῷ αἱ βίβλοι εἰσίν. ἀναστρέψας εἰς τὸ ἱερὸν, ἐγινόμην ἐρευνήσων, εἴπερ δυνηθείην εὐπορῆσαι τῶν βιβλίων· οὔτε γὰρ περιὼν τοῦτο εἰρήκει· ἀδιάθετος γὰρ ὢν ἐτελεύτα, ὡς μὲν τινές φασιν δηλητηρίῳ χρησάμενος δι' ἀπαλλαγὴν ψυχῆς ἐκ σώματος, ὡς δὲ ὁ υἱὸς φησὶν, ἀπροσδοκήτως ἑστιώμενος. ἦν δὲ πρὸ τῆς τελευτῆς ἀσφαλισάμενος μόνον τῷ υἱῷ, φανήσεσθαι τὰς βίβλους, εἰ τὴν πρώτην ὑπερβῆ ἡλικίαν· τούτων δὲ οὐδεὶς οὐδὲν ἡμῶν ἠπίστατο. ὡς οὖν ἐρευνήσαντες εὕρομεν οὐδὲν, δεινὸν ὑπέστημεν κάματον εἴτ' ἂν συνουσιωθῶσι καὶ συνισκριθῶσιν αἱ οὐσίαι καὶ αἱ φύσεις· ὡς δὲ ἐτελειώσαμεν τὰς συνθέσεις τῆς ὕλης, χρόνου τινὸς ἐνστάντος, καὶ πανηγυρέως οὔσης ἐν τῷ ἱερῷ, πάντες ἡμεῖς εἱστιώμεθα. ὡς οὖν ἦμεν ἐν τῷ ναῷ, ἐξ αὐτομάτου (5) στήλη τις κίων ἦν, ἣ διαρρήγνυται, ἣν ἡμεῖς ἑωρῶμεν ἔνδον οὐδὲν ἔχουσαν· ὁ δὲ οὔτ' ἄν τις ἔφασκεν ἐν αὐτῇ τὰς πατρῴας τεθησαυρίσθαι βίβλους, καὶ προκομίσας εἰς μέσον ἤγαγεν. ἐγκύψαντες δὲ

ἐθαυ-

(1) *Idem Opus exstat in eâdem* Augustissimâ Bibliothecâ *manuscriptum etiam* latinè, *anonymo quodam interprete.* (2) *Videtur hîc deesse* Præfatio. *Pro* Βαλὼν *autem videtur anonymus Interpres latinus censuisse legendum esse* Λαβὼν, *quippe qui hæc ita vertit:* Accipiens purpuræ librâ circiter unam *&c.* (3) *Ex verbis hisce* τοῦ προειρημένου *rectè colligitur, mentionem istius* Magistri *suprà fuisse factam in* Præfatione, *quæ deest. Intelligitur autem* OSTANES MAGNUS; *de quo vide suprà citatum* Plinij *locum, & paulo pòst* Epistolam Synesij ad Dioscorum. (4) *Nempe* τῆς Μέμφεως, *ut testatur* Synesius *in proximè sequenti Epistolâ.* (5) Στήλη *non solùm* Columnam *simpliciter significat, verùm etiam* Statuam; *ut videre est apud* Suidam, *& apud* Georgium Codinum *meum in Libro qui inscribitur,* περὶ ἀγαλμάτων, στηλῶν καὶ θεαμάτων τῆς Κωνσταντινουπόλεως.

ἐθαυμάζομεν, ὅτι μηδὲν ἡμῶν παραλείψαντες πλέω τοῦτον τὸν λόγον εὕρομεν ἐκεῖ πάνυ χρήσιμον· Ἡ ΦΥΣΙΣ Τῌ ΦΥΣΕΙ ΤΕΡΠΕΤΑΙ, ΚΑῚ Ἡ ΦΥΣΙΣ ΤῊΝ ΦΥΣΙΝ ΝΙΚᾼ, ΚΑῚ Ἡ ΦΥΣΙΣ ΤῊΝ ΦΥΣΙΝ ΚΡΑΤΕΙ͂. ἐθαυμάσαμεν πάνυ, ὅτι ἐν ὀλίγῳ λόγῳ συνήγαγε πᾶσαν τὴν γραφήν. &c. Hoc est, anonymo quodam interprete: *Hæc igitur per (1) suprà memoratum Magistrum edoctus, simúlque cognitis tàm multiplicum materiarum differentijs, in hoc me negotio exercebam præsertim, quibus tandem proportionibus tàm differentes naturas possem unire. Etsi autem mortuus erat noster hâc in Arte Magister, tamen ausus sum vel ab inferis evocare illum. In quam rem seriò peragendam postquam incubui, adfuit tandem Magister meus, istis me verbis compellans: Dabisne munera mihi pro meis in te collatis beneficijs? hisque dictis obticuit. At ego cùm instarem precibus multis, déque ratione uniendi naturas interrogarem, (2) quædam perplexa mihi respondit, non permittente illum (3) Genio clariùs loqui; solùm de Libris expressius quid protulit: In (4) Templo, inquit, Libri sunt mei. Ad Templum igitur redij, Libros ejus omni studio investigaturus; nihil enim de illis vivens indicaverat, & sumpto ille veneno animam suam à corpore segregans, ut quidam affirmant, intestatus obierat; ut autem ejus filius perhibet, præter omnem opinionem inter convivandum exstinctus est; cui etiam, antequam exspiraret, confirmavit disertè, Libros ei paternos subitò in conspectum venturos priusquam adolesceret; cùm nos quoque omnes nihil unquam de Libris ejus intellexissemus. Cæterùm frustrà in Templo perquisitis his Libris, ingentem denique laborem adhibere coacti sumus, donec tandem substantias atque naturas inter sese per nos ipsos univimus, mutuâ illarum penetratione inventâ. Verùm unione materiæ numeris omnibus suis peractâ, contigit, ut conventus quidam festivus in Templo celebraretur, & ibidem convivari nobis omnibus liceret. Quod dum facimus, (5) columna quædam sponte se movens, ambulare incœpit: quâ raptim apertâ, nihil quidem nos cernebamus, quod in eâ lateret; at filius Magistri non vanè asseruit, hâc in columnâ patris sui Libros tanquam thesaurum servari, eósque statim protulit in medium. Quibus inspectis, vehementer cœpimus admirari, quomodo factum esset, ut nos quidem istorum Librorum prorsùs ignari, tamen æquè benè cuncta fuerimus exsecuti, ac si ea legissemus ibidem. Vnum interim utilitatis maximæ dogma, nobis ignotum, cùm illic invenissemus, his omninò*

(1) *Nempe* OSTANEM Magnũ: *Vide suprà Annotationem marginalem ad verba græca* ὑπὸ προειρημένου.

(2) *Verba hæc græca,* ἔφησί μοι δύσκολον λέγειν, *verti etiam possunt hoc modo:* Respondit mihi, difficile hoc dictu esse, non permittente &c.

(3) *Pro* Genio *græcè legitur* Dæmone, *&* vox clariùs *omninò ibi deest. Qualis autem ille fuerit* Dæmon, *ex ipsâ narratione satis apparet.*

(4 *Nempe* Memphitico, *ut testatur* Synesius *in pro .imè sequenti Epistolâ.* (5) *Vide suprà Annotationem marginalem ad verba græca,* στήλη τις. Στήλη *enim non solùm* Columnam, *verùm etiam* Statuam *significat. Eligat igitur sibi quisque alterutram harum interpretationum pro lubitu.*

omninò verbis conceptum: NATURA NATURÂ DELECTATUR, ET (1) NATURA NATURAM VINCIT, ET NATURA NATURAM POSSIDET; obstupuimus profectò, totam Artis hujus scripturam sermone tàm brevi collectam esse. Hæc *Democritus* ille de se ipso ac Magistro suo *Ostane*. Meminit ejusdem doctissimus *Claudius Salmasius* Plinianarum Exercitationum in Solinum pag. 1162 his verbis: *Democritus quamvis subdititius sit, antiquum tamen esse oportet; quippe quem citari videam Synesio, Stephano & Zosimo Scriptoribus Chymicis, & inter præcipuos ac veteres illius Artis Autores laudari.* Hucusque *Salmasius*. Operæ pretium insuperest audire, quid de eodem *Democrito*, ejusque *Scriptis Chymicis* censeat celeberrimus Medicus *Daniel Sennertus* capite tertio Libri singularis de Chymicorum cum Aristotelicis & Galenicis consensu ac dissensu: *Referunt*, inquit, *& inter Chymicos DEMOCRITUM, quem insignem Philosophum fuisse certum est. Nam, ut refert Diogenes Laertius lib. 9 in Vitâ ejus, Magos & Chaldæos audivit, Xerxe Rege patri illius, cùm apud illum hospitaretur, Præceptores relinquente. Profectus etiam in Ægyptum est ad Sacerdotes, & in Persidem ad Chaldæos atque Rubrum Mare, & Gynnosophistis in Indiâ congressus est, atque in Æthiopiam venit; in quibus locis procul dubio arcanissima quæque didicit. Fuit etiam ditissimus, cùm pater ejus Xerxem Regem, &, ut nonnulli referunt, cum exercitu decies centenûm millium, hospitio exceperit. Etsi necessarium non fuerit, si Xerxem Regem hospitio excepit, ut totum etiam exercitum hospitio exceperit. Circumferuntur autem quædam Chymica ejus nomine; quæ tamen nonnulli non DEMOCRITI hujus ABDERITÆ, sed ARABIS cujusdam esse opinantur. Sed exemplum non reperitur, quòd Arabes suis Græcorum nomina indiderint, & propterea Libri illi vel DEMOCRITI hujus Græci sunt, vel (2) certè ideò DEMOCRITI nomine inscripti, quòd fama esset, DEMOCRITUM Chymiæ notitiam habuisse, ut ita de nomine ejus illis fama conciliaretur. Non autem Libros illos ab Arabibus compositos esse, ex eo patet, quòd græci adhuc superioribus annis in Italiâ inventi sunt.* Hucusque *Sennertus*.

Quintò, & quidem à fol. 47 pag. 2 usque ad fol. 53 pag. 1, *SYNESII Philosophi ad Dioscorum, Serapidis Alexandrini Sacerdotem, Epistola instar Scholiorum, in Democriti Physica & Mystica, ad Chrysopoeiam pertinentia*; cujus titulus & principium: ΣΥΝΕΣΙΟΥ φιλοσόφου πρὸς Διόσκορον εἰς τὴν βίβλον ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ ὡς ἐν σχολίοις. Διοσκόρῳ ἱερεῖ τοῦ μεγάλου Σαράπιδος τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ,

(1) *Idem dogma extat apud* Julium Firmicũ Maternum *Astronomicorum lib. 4 cap. 16, ut suprà pag. 95 videre est.*

(2) *Eadem quoque de* Democriti *illis Scriptis Chymicis, quæ suprà in Codice MSto* Cæsareo, *de quo in præsens ex professo agitur,* Physica & Mystica *appellantur, mea est opinio; nempe ea esse illius generis, quæ à* Diogene Laertio *nuncupantur* τὰ ἐκ τῶν Δημοκρίτου διεσκευασμένα, *hoc est,* ex Democriti Libris composita.

δρεία, Θεοῦ τε συνευδοκοῦντος, ΣΥΝΕΣΙΟΣ Φιλόσοφος χαίρειν. Τῆς πεμφθείσης μοι ἐπιστολῆς παρὰ σοῦ περὶ τῆς τοῦ θείου Δημοκρίτου βίβλου, οὐκ ἀμελέστερον ἔχον, ἀλλὰ σπουδῇ πολλῇ καὶ πόνῳ ἐμαυτὸν βασανίσας, ἔδραμον πρὸς σε. ἐν ᾧ οὖν πρόκειται ἡμῖν εἰπεῖν, τίς ἂν εἴη ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος ὁ φιλόσοφος ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ, ἐλθὼν ἀπὸ Ἀβδήρων, Φυσικὸς ὤν, καὶ πάντα τὰ φυσικὰ ἐρευνήσας, καὶ συγγραψάμενος τὰ ὄντα κατὰ φύσιν. Ἄβδηρα δέ ἐστιν πόλις Θρᾴκης. ἐγένετο δὲ ὁ ἀνὴρ λογιώτατος. ὃς ἐλθὼν ἐν Αἰγύπτῳ ἐμυσταγωγήθη ὑπὸ τοῦ μεγάλου ΟΣΤΑΝΟΥ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Μέμφεως σὺν καὶ πᾶσι τοῖς Ἱερεῦσιν Αἰγύπτου. ἐκ τούτου λαβὼν ἀφορμάς, συνεγράψατο βίβλους δʹ βαφικάς (1) περὶ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ λίθων καὶ πορφύρας· λέγω δὴ τὰς ἀφορμὰς λαβὼν συνεγράψατο περὶ τοῦ μεγάλου ΟΣΤΑΝΟΥ. ἐκεῖνος γὰρ ἦν πρῶτος γράψας, ὅτι ἡ φύσις τῇ φύσει τέρπεται, καὶ ἡ φύσις τὴν φύσιν νικᾷ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλ' ἡμῖν ἀναγκαῖοις ἐστὶ τὰ τοῦ Φιλοσόφου ἀνιχνεῦσαι καὶ μαθεῖν, τίς ἡ γνώμη, καὶ ποία ἡ τάξις τῆς ἐν αὐτῷ ἀκολουθείας. Ὅτι μὲν οὖν δύο καταλόγους ἐποιήσατο δῆλον ἡμῖν γέγονεν, λευκοῦ καὶ ξανθοῦ· καὶ πρῶτον μὲν &c.

Hoc est, (2) anonymo quodam interprete: *DIOSCORO Sacerdoti magni Serapidis Alexandriæ, (3) eodem Deo comprobante, SYNESIVS Philoſophus ſalutem. Epiſtolam à te mihi tranſmiſſam, in quâ de divini DEMOCRITI Libro quærebas, non negligenter perlegi, ſed multo potiùs labore ac ſtudio ingenium meum excrucians, ad te mihi tandem recurrendum putavi. Ac primò quidem dicere ſtatui, quis ſit iſte (4) DEMOCRITVS. Eſt nempe Philoſophus ille Abderitanus, propter rerum naturalium ſcientiam, quas omnes ſubtiliter inveſtigavit & accuratè conſcripſit, Phyſicus dictus. Abdera autem eſt Thraciæ Civitas. Ex quâ oriundus hic Vir eruditiſſimus in Ægyptum pervenit, & Artis hujus Myſteria edoctus eſt à magno OSTANE in Templo Memphitico unà cum omnibus Ægypti Sacerdotibus. Hujus igitur OSTANIS auxilio inſtructus DEMOCRITVS, Tincturarum Libros quatuor conſcripſit, ſcilicet (5) de Sole, & Lunâ, & Lapidibus, & Purpurâ; quæ, inquam, omnia ſcripſit ille magni OSTANIS auxilio. Nam primus fuit OSTANES, qui literis mandavit, quòd Natura naturâ delectatur, & Natura naturam vincit, & cætera. Opus eſt igitur nobis, perveſtigare tanti Philoſophi ſignificationes arcanas, & quænam ſit ratio ordinis ac methodi,*

(1) *Περὶ ἡλίου καὶ σελήνης apud* Chymicos *Græcos idem eſt atque περὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου.*

(2) *Anonymi hæc verſio latina exſtat itidem manuſcripta in eâdem* Auguſtiſſimâ Bibliothecâ.

(3) *Hinc manifeſtè apparet,* Syneſium *Epiſtolam hanc ſcripſiſſe cùm adhuc eſſet* ethnicus.

(4) *Vide* Diogenem Laertium *de Vitis illuſtrium veterum Philoſophorum Græcorum libro nono, ubi de eodem* Democrito Abderitâ *ſatis prolixè agit, & Librorum ab ipſo conſcriptorum exhibet Catalogum.* (5) *Per* Solem *&* Lunam *ſignificatur hîc chymicè* Aurū *&* Argentū.

methodi, quam scripto reliquit. Et quidem initiò certum est, quòd DEMOCRITVS duplicem quasi delectum instituit, albi nimirum & flavi; & inprimis certè &c. Hucusque principium *Chymicæ* istius *Epistolæ Synesij ad Dioscorum*. Quamvis autem is in mutilâ, interpolatâ ac corruptâ ejusdem *Epistolæ* editione, quæ primùm quidem (1) *Gallicâ*, deinde autem *Germanicâ* linguâ in lucem prodijt, appelletur *Synesius Abbas*, ego tamen *Synesium* hunc haud alium esse opinor, quàm qui A. C. 410 sub *Imp. Theodosio Juniore* à *Theophilo* Patriarchâ Alexandrino *Episcopus Cyrenæus* ordinatus est, cùm anteà inter *Sophistas* sui temporis fuisset nominatissimus, & *Alexandriæ* operam dedisset *Philosophiæ*, Magistrâ inprimis usus (2) *Hypatiâ*, *Theonis* præstantissimi Mathematici filiâ. Sub Philosophiæ autem nomine floruit olim, & quidem præcipuè in *Ægypto*, etiam *Artificium Chymicum*, seu *Mysterium Chrysopoeiæ*, adeò ut communis fama percrebuerit, Ægyptios opes publicas, quibus se adversus hostes suos defenderent, *Arte Chymicâ* sibi comparare, ideóque etiamnunc in illo ipso Codice MSto *Cæsareo*, de quo in præsens ex professo agitur, *Opusculum* exstat *Chymicum*, quod *Cleopatræ*, celeberrimæ ac potentissimæ Ægypti Reginæ, attribuitur. Hinc igitur & *Suidas* Lexicographus in explicatione vocis (3) Χημεία, vel secundùm Salmasium Χήμεια, refert, *Imp. Diocletianum ob Ægyptiorum rebellionem omnes in Ægypto de Chymiâ & Chrysopoeiâ Libros, ab ANTIQVIS Autoribus conscriptos, conquiri & comburi jussisse, ne ex illâ Arte ditati Ægyptij, & pecuniâ freti, deinceps unquam ampliùs Romanis rebellarent.* Ipsa (4) *Suidæ* verba græca sunt hæc: Χημεία, ἡ τοῦ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ κατασκευή. ἧς τὰ βιβλία διερευνησάμενος ὁ Διοκλητιανὸς, ἔκαυσε, διὰ τὰ νεωτερισθέντα Αἰγυπτίοις Διοκλητιανῷ. (5) Τούτοις ἀνημέρως καὶ φονικῶς ἐχρήσατο·

(1) *Vide* Petri Borellij *Bibliothecam Chymicā, sive Catalogum Librorū Philosophicorū Hermeticorum, Parisijs A. 1654 in 12mo editum, pag.* 212.

(2) *Vide* Synesij *ad ipsam Epistolas, & Sermonem ejusdem de dono Astrolabij ad* Pæonium.

(3) Æmilius Portus *in Scholio suo ad hunc* Suidæ *locum improbat scripturam hujus vocis per η in primâ syllabâ, & contrà contendit scribendum esse* Χυμεία *per υ, tanquam à verbo* Χύειν, fundere, resolvere, *unde & verbum est* Χυμίζειν. Claudius *autem* Salmasius *Plinianarum Exercitationum in Solinum pag.* 1097 *&* 1098 *defendit scripturam Suidæ per η, &* Χήμειαν *asserit ita appellatam esse à* Prophetâ quodam, *quem antiqui istius Artis Autores* Χήμην *sive* Chemen *vocant & miris celebrant laudibus inter præcipuos, qui jam memoratam Artem repererunt & amplificárunt. Is autem haud alius est, quàm* Chamus Noæ filius, *ut fusiùs monui Prodromi mei Historiæ Literariæ Lib.* 1 *cap.* 4 § 3; *ubi etiam addidi,* Samuelem Bochartum *Geographiæ Sacræ Part.* 1 *lib.* 4 *cap.* 1 *asserere, quòd* Chemia *non à* Chamo, *sed ab Arabico* chema, *quod* occultare *significat, per appositionem articuli* Alchemia, *quasi* Ars occulta, *denominata sit. Quæ quidem vox adeò est antiqua, ut ea etiam occurrat apud* Julium Firmicum Maternum, *qui seculo post Christum quarto sub* Imp. Constantino Magno ejúsque filijs *claruit. Astronomicorum enim suorum Lib.* 3 *cap.* 15 *in decretis Lunæ in nonâ domo scribit,* si Saturni hæc domus fuerit, Scientiam ALCHEMIÆ daturam esse. *Græci autem recentiores mutatione τοῦ* λ *in* ρ *corruptè eam appellant* Ἀρχημίαν *sive* Archemiam, *ut suprà citato loco rectè monet* Salmasius. (4) *Vide etiam eundem* Suidam *in explicatione vocis* Δέρας; *utpote ubi refert,* Aureum Vellus, *cujus obtinendi causâ* Jason *cum cæteris* Argonautis *in* Colchidem *profectus est, fuisse* Librum membranaceum, continentem, quomodo faciendum sit aurum per Chemiam. *Ipsa ejus verba græca sunt hæc:* Τὸ χρυσόμαλλον δέρας ἦν βιβλίον ἐν δέρμασι γεγραμμένον, περιέχον ὅπως δεῖ γίνεσθαι διὰ Χημείας χρυσόν. (5) *Verba hæc,* Τούτοις ἀνημέρως *&c, non sunt ipsius* Suidæ, *sed alterius cujusdam pervetusti Historici, à quo ille narrationem hanc mutuatus est.*

ἐχρήσατο· ὅτε δὴ καὶ τὰ περὶ χημείας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου ΤΟΥΣ ΠΑΛΑΙΟΥΣ ΓΕΓΡΑΜΜΕ'ΝΑ ΒΙΒΛΙ'Α διερευνησάμενος, ἔκαυσε, πρὸς τὸ μηκέτι πλοῦτον Αἰγυπτίοις ἐκ τῆς τοιαύτης προσγίνεσθαι τέχνης, μηδὲ χρημάτων αὐτοὺς θαρροῦντας περιουσίᾳ, τοῦ λοιποῦ Ῥωμαίοις ἀνταίρειν. Plura huc pertinentia vide paulo inferiùs, ubi agetur de *Zosimo*, *Olympiodoro* & *Heliodoro*, Scriptoribus Chymicis.

Sextò, & quidem à fol. 53 pag. 1 usque ad fol. 69 pag. 1, *Philosophi cujusdam anepigraphi* sive *anonymi Liber de Aquâ divinâ dealbationis, & de reliquo Chrysopoeiæ artificio*: cujus titulus & principium: Ἀνεπιγράφου Φιλοσόφου περὶ θείου ὕδατος τῆς λευκώσεως. Καθ' ὅσον ἡ χρεία καλεῖ, τοσοῦτον προδέδοται. τὸ μὲν γὰρ πολὺ τοῦ ὑγροῦ &c. Nec multo post sequitur novum Caput, cujus titulus: Τοῦ αὐτοῦ ἀνεπιγράφου Φιλοσόφου κατὰ ἀκολουθίαν χρήσεως ἐμφαῖνον τὸ τῆς Χρυσοποιίας συνεπτυγμένον σὺν Θεῷ. In principio autem hujus Capitis exstat *Recensio præcipuorum veterum Scriptorum Chymicorum* his verbis: Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν τῆς Χρυσοποιίας συνεπτυξάμεθα θεωρημάτων, πρότερον περὶ τῶν αὐτῆς διαληψόμεθα τοὺς κορυφαίους τινὰς εἶναι φάσκοντες. πρῶτος τοίνυν ἙΡΜΗΣ ὁ ΤΡΙΣΜΕ'ΓΙΣΤΟΣ προσαγορευόμενος, ἀναφέρεται προσενεγκάμενος τὴν ἐπωνυμίαν διὰ τὸ κατὰ τρεῖς τινὰς τῆς δυνάμεως ἐνεργείας τὴν παροῦσαν ποίησιν γενομένην, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξω ταύτης καὶ τρεῖς διεστώσας τῶν ὄντων οὐσίας ἀνακείνας. οὗτος πρῶτος γενόμενος συγγραφεὺς τοῦ μεγάλου τούτου μυστηρίου, ἀκόλουθον ἔχει ἸΩΑ'ΝΝΗΝ Ἀρχιερέα γενόμενον τῆς ἐν ἐναγίᾳ θυσίας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἀδύτων. μετὰ τοῦτο ΔΗΜΟ'ΚΡΙΤΟΣ τρίτος ἀνεφάνη περιβόητος Φιλόσοφος ἐξ Ἀβδήρων μὲν, τῶν δὲ περὶ αὐτοῦ ὑποφητῶν ἀγαθώτατος. μετὰ τοῦτον ΖΩ'ΣΙΜΟ'Σ τις πολυμαθέστατος ἐπιφημίζεται· οὗτοι οἰκουμενικοὶ πανεύφημοι Φιλόσοφοι καὶ ἐξηγηταὶ τοῦ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους, διαλεκτικῶν τε θεωρημάτων, ὈΛΥΜΠΙΟ'ΔΩΡΟΣ καὶ ΣΤΕ'ΦΑΝΟΣ, οἵτινες ἐπισκεψάμενοι καὶ τὰ περὶ τῆς χρυσοποιίας μεγάλα ὑπομνήματα μετὰ μεγίστων ἐγκωμίων συνεγράψαντο, πιστωσάμενοι τοῦ μυστηρίου τὴν ποίησιν τούτων ἡμεῖς ἐντυχόντες, τὰς πανσόφους βίβλους ἐκ πείρας καὶ τριβῆς κατανοήσαντες. Hoc est, anonymo quodam, qui in eâdem *Augustissimâ Bibliothecâ* manuscriptus exstat, interprete: (1) *Dicamus etiam aliquid de Chrysopoeiæ Coryphæis. Primus est igitur HERMES TRISMEGISTUS, qui à triplici Artis operatione græcum.*

(1) *Valdè necessarium esse moneo, ut anonymi hæc versio latina cum ipso contextu græco accuratè conferatur. Mihi enim per angustias temporis non licet huic rei in præsens diutiùs immorari.*

cum hoc Ter-Maximi nomen accepit. Hic omnibus alijs antiquior est tanti mysterij Scriptor. Hujus vestigia secutus est JOANNES Archi-sacerdos, qui versabatur in Hagiâ Urbe & adytis ejusdem loci arcanis. Post hunc DEMOCRITUS prodijt, tertius hujus Artis Magister, Philosophiæ nomine celebris; ac licet Abderitanus origine, omnium tamen scientiæ hujus interpretum præstantissimus. Istum subsecutus est ZOSIMUS, qui & ipse, ut multarum omnino disciplinarum peritissimus, nomen vulgò maximum habet. Et isti sunt Oecumenici sive universales Philosophi, hoc est, per totum facilè Orbem nominatissimi, ac quidam velut enarratores lucubrationum hâc de Arte scriptarum à Platone & Aristotele. Sed & horum Dissertationes ac Theoremata seu Speculationes exposuerunt OLYMPIODORUS ac STEPHANUS: qui & ipsi Disciplinæ hujus arcana speculati, ingentes Commentarios de Chrysopoeiâ, non sine maximarum laudum præmio condiderunt, operandi hanc methodum mysterijs plenam, eruditione suâ confirmantes. Horum nos sapientissima scripta quandoquidem legimus, unàque per experientiam & usum Artis familiariter trivimus, ipsámque rerum hujusmodi vim atque conceptum penetravimus, &c.

Septimò, & quidem à fol. 69 pag. 1 usque ad fol. 72 pag. 1, *ZOSIMI Panopolitæ, Philosophi Alexandrini; Liber de Virtute Artis Chymicæ*, cujus titulus & principium: Ζωσίμου τοῦ θείου περὶ ἀρετῆς. Θέσις ὑδάτων, καὶ κίνησις, καὶ αὔξησις &c. Meminit hujus *Zosimi Suidas* his verbis: ΖΩΣΙΜΟΣ, Ἀλεξανδρεὺς Φιλόσοφος, Χυμευτικὰ πρὸς Θεοσεβίαν τὴν ἀδελφήν. ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον ἐν βιβλίοις κή. ἐπιγράφεται δὲ ὑπό τινων Χειρόκμητα· καὶ ὁ Πλάτωνος βίος. Hoc est: *ZOSIMUS, Alexandrinus Philosophus, scripsit de Arte Chymicâ ad Theosebiam sororem. Est autem ordine alphabetico compositum hoc Opus, constátque Libris viginti octo, & à nonnullis inscribitur* (1) Χειρόκμητα, *hoc est*, (2) *Experimenta propriâ ipsius manu comprobata. Platonis etiam Vita ab eodem Zosimo conscripta est.* Hucusque *Suidas*. Meminit eorundem *Zosimi Librorum Chymicorum* etiam *Photius* Patriarcha Constantinopolitanus in recensione Codicis Bibliothecæ suæ centesimi septuagesimi; utpote ubi refert, se legisse *anonymi* cujusdam *Autoris*, qui post *Imp. Heraclij* tempora Constantinopoli vixit, *Testimoniorum* περὶ Χριστιανῶν πίστεως, sive, *de Christianâ Fide*, ex

(1) *In Æmilij* Porti *editione græco-latinâ pro* Χειρόκμητα *perperàm legitur* Χειρόμηνα, *idque nomine generaliter vertitur* Manualia vel Manibus elaborata. (2) *Vide* Claudij Salmasij *Exercitationes Plinianas in Solinum pag.* 1100 *&* 1101, *ubi prolixè & peveruditè agit de* Democriti *Commentario Physico, qui itidem inscriptus fuit* Χειρόκμητα, *ut testantur* Vitruvius *lib.* 9 *cap.* 3 *&* Plinius *lib.* 24 *cap.* 17.

ex varijs Gentilium, tùm Græcorum, tùm Barbarorum, Scriptis collectorum, Libros quindecim, & inter ea Testimonia etiam quædam fuisse ἀπὸ τῶν ΧΥΜΕΥΤΙΚΩ͂Ν seu ΧΗΜΕΥΤΙΚΩ͂Ν ΖΩΣΙ'ΜΟΥ λόγων, hoc est, *ex CHYMICIS* seu *CHEMICIS ZOSIMI Libris.* (1) Ita enim ibi re verâ scribendum est, nempe ΧΥΜΕΥΤΙΚΩ͂Ν vel ΧΗΜΕΥΤΙΚΩ͂Ν per Υ vel Η in primâ syllabâ, non autem ΧΕΙΜΕΥΤΙΚΩ͂Ν per ΕΙ, ac si ea vox derivanda esset à voce χειμὼν, quæ *hyemem* & *frigus* significat. Sic videlicet vulgò ibi perperam legitur; unde & Interpres latinus R. P. *Andreas Schottus* S. I. verba illa sensu planè alieno vertit: *è FRIGIDIS ZOSIMI Libris.* Quòd autem *Photius* nullius alterius Scriptoris ethnici nominatim ibi facit mentionem præterquam *Zosimi*, id hâc de causâ fit, quia idem *Photius* in recensione Codicis nonagesimi octavi, ubi *de Zosimi Libris sex Historiarum* ex professo agitur, statim in principio expressè refert, eum in istis Libris, ut acerrimum impietatis gentilis cultorem, sæpè ac multùm latrare adversùs Christianos & Christianam religionem. Admiratur itaque ipse *Photius*, & alijs quoque considerandum exhibet, quòd idem ille Autor, qui in jam memoratis Historiarum Libris publicum se ac gravissimum profitetur Christi & Christianorum hostem, *Chymicis* tamen suis *Libris* nonnulla inseruerit loca, quæ pro veritate Christianæ Religionis à suprà memorato anonymo Autore inter reliqua Gentilium Testimonia potuerint allegari. Mihi autem hoc minimè mirum videtur, quippe cùm certò constet, Autores illos ethnicos, qui seculis post Christum *quarto* & *quinto* de *Chrysopoeiâ* scripserunt, *Philosophiæ Platonicæ*, ad Christianismum proximè accedenti, in primis fuisse deditos. Secundùm *Photium* igitur *Zosimus Philosophus Alexandrinus* idem est atque *Zosimus* ille *Comes* & (2) *Exadvocatus Fisci*, qui sub *Imppp. Arcadio, Honorio* & *Theodosio Juniore* floruit, & *Libros sex Historiarum*, etiam nunc exstantes, posteritati reliquit, (3) in quibus, tanquam homo ethnicus, *Imp. Constantinum Magnum* & sequentes Imperatores Christianos sæpiùs sugillat, eorúmque vitia & errores nimis liberè reprehendit. Et certè cùm Historicus hic floruerit eodem tempore, quo *Mysterium Chrysopoeiæ* à Philosophis gentilibus, *Platonicorum* præcipuè dogmatum sectatoribus, *Alexandriæ* potissimùm valdè fuit tractatum & excultum, cúmque ex suprà memoratis Historiarum Libris satis supérque appareat, quàm acris cultor ac propugnator Philosophiæ & Theologiæ gentilis ille

(1) *Vide* Thomæ Reinesij *Variarum Lectionum Librũ tertium pag.* 380.

(2) *De dignitate & officio* Advocati Fisci *vide* Jacobi Guthérij *Librum tertium de Officijs Domûs Augustæ Publicæ & Privatæ cap.* 1.

(3) *Hoc enim nomine* Zosimus *reprehenditur ab* Evagrio *Hist. Ecclesiast. lib.* 3 *cap.* 40 & 41, *à* Photio *Patriarchâ CPno in recensione Codicis* XCVIII *vi suæ Bibliothecæ, & à nonnullis alijs. Extat tamen* Joannis Leunclavij *Apologia pro* Zosimo, *quâ ostendit, ne in istis quidem, quæ adversùs Imperatores Christianos scripsit, fidem illi facilè esse abrogandam, quia & Christiani illi Principes quædam enormia vitia habuerunt, quæ fidelis Historicus minimè debuit præterire.*

fuerit, haud absimile vero videtur, eum etiam *Philosophiæ Platonicæ* & *Studio Chymico* non mediocrem dedisse operam, ideóque, licet *Comes* & *Exadvocatus Fisci* factus sit, *Philosophi* tamen existimationem & nomen non amisisse.

Octavò, & quidem fol. 72 pag. 1, *AGATHODÆMONIS* & *HERMETIS TRISMEGISTI Fragmenta duo Chymica*, quorum *primum* inscribitur atque incipit hoc modo: ʼΑΓΑΘΟΔΑΙ'ΜΟΝΟΣ. Μετὰ τὴν τοῦ χαλκοῦ ἐξίωσιν &c; *secundum* autem; ʽΕΡΜΟΥ. ʼΕὰν μὴ τὰ σώματα ἀσωματώσῃς &c.

Nonò, & quidem à fol. 72 pag. 1 usque ad fol. 76 pag. 2, *anonymi cujusdam Chymici Christiani Experimenta quædam Chymica*, quorum *primum* inscribitur atque incipit his verbis: ʽΟτι σύνθετον καὶ οὐχ ἁπλοῦν τὸ εἶδος καὶ τίς ἡ οἰκονομία.

Decimò, & quidem à fol. 77 pag. 1 usque ad fol. 83 pag. 2, ejusdem *anonymi Autoris Christiani Liber Chymicus ad Sergium de Aquâ divinâ*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Χριστιανοῦ περὶ τοῦ θείου ὕδατος, πόσα τὰ εἴδη τοῦ ψυχικοῦ θείου ὕδατος. &c. ʽΟ περὶ τοῦ θείου ὕδατος λόγος, βέλτιστε Σέργιε, πολλοῖς μὲν γέγονεν ἤδη, &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 84 pag. 1 usque ad fol. 85 pag. 2, *Fragmentum Chymicum CLEOPATRÆ de mensuris & ponderibus*, cujus titulus & principium: ʼΕκ τῆς ΚΛΕΟΠΑ'ΤΡΑΣ περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν. Περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν ἐν πλάτει ἐξήγησις πρὸς εὐχερῆ εὕρεσιν &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 85 pag. 2 usque ad fol. 87 pag. 2, *ZOSIMI Capita Chymica ad Theodorum*, quorum titulus & principium: ΖΩΣΙ'ΜΟΥ πρὸς Θεόδωρον κεφάλαια. Περὶ τοῦ ἐτησίου, τουτέστιν ἐκ τοῦ παντὸς συνισταμένου ὡς ἐτησίου λίθου &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 87 pag. 2 usque ad fol. 89 pag. 2, *ZOSIMI Liber de Instrumentis & Caminis Chymicis*, & de Aquâ divinâ; cujus titulus & principium: ΖΩΣΙ'ΜΟΥ περὶ ὀργάνων καὶ καμίνων, καὶ περὶ τοῦ θείου ὕδατος. ʽΗ τῶν ὀργάνων καμίνου διαγραφὴ &c.

Decimo quartò, & quidem fol. 90 pag. 1, ΚΛΕΟΠΑ'ΤΡΑΣ Χρυσοποιΐα, hoc est, *CLEOPATRÆ Chrysopoeia*, sive, *Ars faciendi auri*, tota ferè constans ænigmaticis characteribus.

Decimo quintò, & quidem à fol. 90 pag. 2 usque ad fol. 98 pag. 2, *ZOSIMI Commentarij genuini de Instrumentis & Caminis Chymicis*,

micis, quorum titulus & principium : Τοῦ αὐτοῦ ΖΩΣΙ'ΜΟΥ περὶ ὀργάνων καὶ καμίνων γνήσια ὑπομνήματα. περὶ τοῦ ω στοιχείου. Τὸ ω στοιχεῖον στρογγύλον τὸ διμερὲς &c.

Decimo sextò, & quidem à fol. 99 pag. 1 usq; ad fol. 106 pag. 1, *anonymi cujusdam Autoris Christiani varia Capita Chymica*, quorum *primum* inscribitur atq; incipit hoc modo: Τοῦ Χριστιανοῦ περὶ εὐσταθείας τοῦ χρυσοῦ. Τῆς δευτέρας πραγματείας ἄρτι τὸν λόγον πεποιημένος, καὶ τῶν λίθων τὰς μεθόδους ἀφθόνως ἐκθέμενος, &c.

Decimo septimò, & quidem à fol. 106 pag. 1 usque ad fol. 107 pag. 1, *PHILIPPI cujusdam Tinctura æris Persici, & Tinctura ferri Indici. Prima* harum duarum Tincturarum inscribitur atque incipit his verbis : Βαφὴ τοῦ παρὰ Πέρσαις ἐξευρημένου χαλκοῦ γραφεῖσα ἀπὸ ἀρχῆς ΦΙΛΙ'ΠΠΟΥ. Λαβὼν &c; *secunda* autem : Βαφὴ τοῦ Ἰνδικοῦ σιδήρου, γραφεῖσα τῷ αὐτῷ χρόνῳ. Λαβὼν σιδήρου ἁπαλοῦ &c. Videtur autem hîc intelligendus esse PHILIPPVS, à patriâ suâ *Side*, Vrbe Pamphyliæ, cognominatus (1) SIDETES, qui *S. Joannis Chrysostomi* Archiepiscopi Constantinopolitani fuit *Presbyter* & *Syncellus*, & *Historiam* scripsit *Christianam*, in triginta sex Libros divisam, ex quâ etiam nunc supersunt *Acta Disputationis de Christo, in Perside inter Christianos, Gentiles & Judæos habitæ, cui ipse interfuit*. Quâ de re vide plura Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 137.

(1) Vide suprà pag. 147 & 148.

Quandoquidem etiam suprà *æris Persici* & *ferri Indici* facta est mentio, adjungo hîc notabilem locum *de æris Indici præstantiâ*, qui exstat apud *Aristotelem* in Libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων sive *de mirabilibus Auscultationibus* his verbis : Φασὶ δὲ καὶ ἐν Ἰνδοῖς τὸν χαλκὸν οὕτως εἶναι λαμπρὸν καὶ καθαρὸν καὶ ἀνίωτον, ὡς μὴ διαγινώσκεσθαι τῇ χρόᾳ πρὸς τὸν χρυσόν· ἀλλ' ἐν τοῖς Δαρείου ποτηρίοις βατιακάς εἶναί τινας καὶ πλείους, ἃς εἰ μὴ τῇ ὀσμῇ, ἄλλως οὐκ ἦν διαγνῶναι, πότερόν εἰσι χαλκαῖ ἢ χρυσαῖ. Hoc est : *Ajunt & apud Indos æs adeò splendidum, purum, sincerúmque reperiri, ut colore & specie nequaquam ab auro discerni queat ; unde & inter Darij pocula cados quosdam esse, qui nisi olfactûs judicio ab auro distare non cognoscantur.*

Decimo octavò, & quidem à fol. 107 pag. 1 usque ad fol. 108 pag. 2, *anonymi cujusdam Autoris Capita duo Chymica de Aquâ divinâ*, quorum *primum* inscribitur atque incipit hoc modo : Ἀντίθεσις λέγουσα, ὅτι τὸ θεῖον ὕδωρ ἕν ἐστι τῷ εἴδει, καὶ ἡ λύσις αὐτῆς. Τινὲς δὲ φασὶν ἓν εἶναι τῷ εἴδει τὸ ὕδωρ, εἰς μέσον Δημόκριτον ἄγοντες λέγοντα· τὸ ἓν εἶδος &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 108 pag. 2 uſque ad fol. 114 pag. 2, *anonymi cujuſdam Autoris Chriſtiani Myſteria quædam Chymica*, quorum titulus & principium: Τοῦ Χριστιανοῦ σύνοψις, τίς ἡ αἰτία τῆς προκειμένης συγγραφῆς. Πολλάκις ὑμῖν ἐφόδοις ἐν τοῖς προτέροις συνδιάσμασιν ὁ περὶ τῆς θείας ἐπιστήμης διήνυσαι λόγος, &c.

Vigeſimo, & quidem à fol. 115 pag. 1 uſque ad fol. 116 pag. 2, *anonymi cujuſdam Autoris Arcana duo Chymica*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Εἰ θέλεις ποιῆσαι φούρμας καὶ τέλεις ἀπὸ βροντησίου, ποίει οὕτω. Λαβὼν νόμισμα οἷον θέλεις; &c; ſecundum autem: Περὶ διαφορᾶς μολίβδου καὶ χρυσοπετάλου. Μόλιβδος θαλάσσης σκληρός ἐστι &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 116 pag. 2 uſque ad fol. 121 pag. 2, *anonymi cujuſdam Autoris antiqui Lexicon Chymicum Græcum*, cujus titulus & principium: Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον τῆς χρυσοποιΐας. Ἀφροδίτης σπέρμα ἐστὶν ἄνθος τοῦ χαλκοῦ. Ἀλλάβαστρός ἐστιν ἄσβεστος ἡ τῶν φλοιῶν, &c. Idem *Lexicon Chymicum* exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* manuſcriptum etiam *latinè*, anonymo quodam interprete. Meminit hujus *Lexici Chymici Græci Claudius Salmaſius* in Plinianis Exercitationibus in Solinum cùm aliàs ſæpiùs, tùm præcipuè pag. 1097 his verbis: *Oſiris in Lexico hujus Artis Chemicæ exponitur plumbum & ſulphur*: Ὄσιρίς ἐστι μόλιβδος καὶ θεῖον. Quem *Salmaſij* locum propterea hîc neceſſariò exhibendum eſſe cenſui, quoniam in Indice Autorum, qui in eodem Opere Salmaſiano laudantur, illuſtrantur aut emendantur, ſub literâ O perperàm legitur: *Oſiris in Lexico Chemico*. Delenda enim hæc ibi omninò ſunt, quia *Salmaſius* jam memorato loco non citat *Oſirim* tanquam autorem Lexici Chemici, ſed tantùm teſtimonio iſtius Lexici, ab anonymo quodam Autore compoſiti, probat, per *Oſirim* apud antiquos Chymicos Græcos ænigmaticè ſignificari *plumbum* & *ſulphur*.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 122 pag. 1 uſque ad fol. 148 pag. 1, *anonymi cujuſdam Autoris varia Secreta Chymica*, quorum principium: Περὶ ξηρίου. Τρεῖς δυνάμεις εἰσὶ τοῦ ἀληθεστάτου ξηρίου καὶ τρεῖς ἐνέργειαι, &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 148 pag. 1 uſque ad fol. 163 pag. 2, *OLYMPIODORI* (1) *Thebani, Philoſophi ethnici Alexandrini*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quinto* ſub *Imp. Theodoſio Juniore* floruit, *Commentarius ſecundum operationem Zoſimi in ea, quæ ab*

(1) *Natus enim fuit* Tebis Ægyptijs, *ut teſtatur* Photius.

Hermete

Hermete Trismegisto & alijs Philosophis de Chrysopoeiâ fuerunt dicta. Ipsa tituli græci verba cum principio *Commentarij* sunt hæc: ΟΛΥΜΠΙΟΔΩ'ΡΟΥ, Φιλοσόφου Ἀλεξανδρέως, εἰς τὸ κατ' ἐνέργειαν Ζωσίμου, ὅσα ἀπὸ Ἑρμοῦ καὶ τῶν Φιλοσόφων ἦσαν εἰρημένα. Γίνεται δὲ ἡ ταριχεία ἀπὸ μηνὸς Μεχὶρ κέ καὶ ἕως Μεσωρὴ κέ· &c. Meminit hujus *Olympiodori Suidas* his verbis: 'ΟΛΥΜΠΙΟ'ΔΩΡΟΣ, Φιλόσοφος Ἀλεξανδρεύς, οὗ κλέος εὐρύ. παρὰ τοῦτον φοιτᾷ Πρόκλος ὁ Λύκιος ἐπ' Ἀριστοτελικοῖς (1) λόγοις. Ὀλυμπιοδώρου δὲ ἀκροώμενος ἀνδρὸς δυνατοῦ λέγειν, καὶ διὰ τὴν περὶ τοῦτο εὐκολίαν καὶ ὀντρέχειαν ὀλίγοις τῶν ἀκουόντων ὄντος ἐφικτοῦ, ἠγάσθη δὴ τὸ μειράκιον, ὥστε καὶ θυγάτριον ἔχων, ἠγμένον καὶ αὐτὸ φιλοσόφως, βουλευθῆναι αὐτῷ κατεγγυῆσαι. Hoc est: *OLYMPIODORVS, Philosophus Alexandrinus, cujus fama celebris est. Ad hunc audiendum Proclus Lycius, Aristotelicæ Dialecticæ discendæ causâ, se contulit. Cùm autem Olympiodorum audiret, Virum eloquentem, & qui propter linguæ volubilitatem, & celeritatem in dicendo, à paucis auditoribus intelligebatur, sic ab eo fuit approbatus, ut filiolam, & ipsam philosophicè institutam, ipsi despondere voluerit.* Hæc *Suidas*; quæ quidem ex Vitâ *Procli*, quam *Marinus*, ipsius in Scholâ successor, conscripsit, ad verbum desumpta sunt. Potest tamen *Marini* ille locus beneficio *Suidæ* suppleri & illustrari. In editione enim jam memoratæ Vitæ, quæ cum *Procli Libris sex Theologiæ Platonicæ* curâ ac studio *Æmilij Porti* Hamburgi apud Michaelem Heringium A. 1618 græcè & latinè in folio prodijt, legitur hoc modo: Φοιτᾷ μὲν ἐπὶ Ἀριστοτελικοῖς παρ' Ὀλυμπιόδωρον τὸν Φιλόσοφον, &c; quod ibidem incertus quidam Interpres vertit: *Frequentabat ex Aristotelicis Olympiodorum.* Sed re verâ ibi legendum est, ut apud Suidam: Καὶ φοιτᾷ μὲν ἐπὶ Ἀριστοτελικοῖς ΛΟ'ΓΟΙΣ παρ' Ὀλυμπιόδωρον τὸν Φιλόσοφον, οὗ κλέος εὐρύ, hoc est, *& frequentabat quidem Aristotelicæ Dialecticæ discendæ causâ Olympiodorum Philosophum, cujus fama (2) eam ob causam erat celebris.* Quorum verborum explicandorum gratiâ, subjungit non multo pòst ipse *Marinus:* Καὶ αὐτὰ δὲ ΤΑ' 'ΑΡΙΣΤΟΤΕ'ΛΟΥΣ ΛΟΓΙΚΑ' ΣΥΓΓΡΑ'ΜΜΑΤΑ ῥᾷστα ἐκμανθάνοντι, καί τοι χαλεπὰ ὄντα τοῖς ἐντυγχάνουσι, καὶ πρὸς μόνην ψιλὴν ἀνάγνωσιν. τούτοις οὖν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συσχολάσας, &c; hoc est: *Et ipsa*

(1) Æmilius Portus *hæc verba nimis generaliter vertit:* Aristotelicæ doctrinæ cognoscendæ causâ. *Ex Vitâ enim* Procli *à* Marino *conscriptâ manifestè liquet, per* τοὺς Ἀριστοτελικοὺς λόγους *hîc intelligi* τὰ Ἀριστοτελικὰ λογικὰ συγγράμματα.

(2) *Hinc etiam* Isidorus Pelusiota *Libri quarti Epistolâ vigesimâ septimâ, pro veritate Christianæ religionis ad eundē* Olympiodorum *scriptâ, ipsum reprehendit,* ὡς ἐπὶ εὐγλωττίᾳ ἐναβρυνόμενον, ἐπὶ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗ͂ τε αὐχοῦντα καὶ συλλογισμοῖς ἐπερειδόμενον, *hoc est,* tanquam se jactantem peritiâ ornatè dicendi, ac DIALECTICÆ cognitione gloriantem, solisque Syllogismis innitentem.

ipsa igitur ARISTOTELIS DE ARTE DISSERENDI SCRIPTA *magnâ facilitate perdidicit, quantumvis aggredientibus ea, vel ad nudam tantùm lectionem, difficilia. His itaque cùm Alexandriæ dedisset operam*, &c. Quamvis ergò *Olympiodorus Aristotelicam disputandi rationem* optimè calluerit, eóque nomine fuerit clarissimus, quod ad ipsa tamen *Philosophiæ dogmata* attinet, non fuit is Philosophus (1) *Aristotelicus* sive *Peripateticus*, sed *Platonicus* sive *Academicus*, ut ex *Commentarijs* ipsius *in Platonis Alcibiadem primum, Phædonem, Philebum* & *Gorgiam*, qui etiam nunc in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* manuscripti exstant, palàm videre est. Idem confirmat *Isidorus Pelusiota* Libri secundi Epistolâ ducentesimâ quinquagesimâ sextâ, ad ipsum *Olympiodorum* scriptâ, cujus principium est tale: Θαυμάζω, πῶς Πλάτωνα θαυμάζων, τὰς παραινέσεις αὐτοῦ παρὰ φαῦλον τίθεσαι· hoc est: *Demiror quî fiat, quòd, cùm Platonem mireris, ejus tamen consilia & præcepta parvi pendas*; &c. Hinc quoque *Hierocles*, itidem *Philosophus* (2) *Platonicus Alexandrinus*, eidem *Olympiodoro* dedicavit *Libros* suos *septem* περὶ Προνοίας καὶ Εἱμαρμένης, sive, *de Providentiâ & Fato*, ut *Photius* in recensione Codicis Bibliothecæ suæ (3) *ducentesimo decimo quarto*, ubi de ijsdem Libris ex professo agit, testatur his verbis: Ἔστι μὲν οὖν τὴν προαίρεσιν φιλόσοφος ὁ ἀνήρ. ἡ δὲ συγγραφὴ αὐτῷ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΝ κριτὴν προκαθίζει· ὃν καὶ παραχεῖν τοῦ λόγου τὰς ἀφορμὰς ὑποτίθεται, καὶ αὐτὸν ἔχοντα τοῦ φιλοσοφεῖν ἔρωτα, οὐ μὴν οὐδὲ τῆς πολιτικῆς σοφίας ἄπειρον. ἐμπρέψαι τε γὰρ ῥωμαϊκαῖς πρεσβείαις, καὶ πολλὰ καὶ μέγιστα τῶν βαρβάρων ἐθνῶν τῇ ῥωμαϊκῇ συνάψαι λήξει, ἅτινες αὐτῷ καὶ τῶν μεγίστων παρ' αὐτοῖς τιμῶν κατέστησαν αἴτιαι. ὁ μὲν οὖν ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΣ, πρὸς ὃν ὁ λόγος, τοιοῦτος· ᾧ δὴ καὶ παραμυθικοὺς λόγους ὁ συγγραφεὺς ἐπὶ τέλει τοῦ πρώτου βιβλίου, θετοῦ παιδὸς ἀποβολὴν ποτνιωμένῳ, περιαλγεῖ τε ὄντι καὶ σκυθρωπάζοντι, προσενήνοχεν. Hoc est: *Autor igitur hujus Operis est Philosophus, ejúsque censorem dedicatione suâ constituit* OLYMPIODORUM, *tanquam hujusmodi Dissertationis doctum & intelligentem existimatorem, ac per se non vulgarem Philosophiæ adamatorem; simul & nec civilis scientiæ imperitum & expertem; quippe cùm clarus fuerit Legationibus Romanis, multásque & maximas è* (4) *barbaris Gentibus*

Romano

(1) *Exstat hic error non solùm in suprà memoratâ incerti Autoris versione latinâ Vitæ* Procli à Marino *conscriptæ, verùm etiam passim alibi; ut exempli gratiâ apud doctissimum* Joannem Jonsium *Lib. 3 de Scriptoribus Historiæ Philosophicæ cap. 18 his verbis:* Idem videtur esse OLYMPIODORUS ille PERIPATETICUS, quem Alexandriæ Philosophiam docentem audivit Proclus Platonicus teste Marino. (2) *Vide* Photij *Bibliothecam Cod. CCXLII, ubi fit mentio* Commentarij *ipsius* in Platonis Gorgiam. (3) *Vide etiam ibidem Codicem CCLI.* (4) *Intelliguntur hîc præcipuè* Hunni. *Quod enim* Olympiodorus *ad eos missus sit Legatus, multisque maris erroribus alijsque periculis obnoxius fuerit, narravit ipse in suis Historiarum Libris, quorum Eclogæ sive Excerpta exstant apud Photium in recensione Codicis* octogesimi.

Romano adjunxerit Imperio, quæ ipſi quoque ad magnos apud illas Magiſtratus acquirendos viam ſtraverint. OLYMPIODORVS itaque, cui Opus illud inſcribitur, fuit talis; ad quem inſuper in fine Libri primi adjunxit Autor conſolationem ob amiſſionem filij adoptivi, quem is, non ſolùm animo dolenti, verùm etiam vultu triſtiore, ſupra modum luxit. Hucuſque *Photius.* Notandum autem hîc præcipuè eſt, *Olympiodorum* ab eo non tantùm laudari, ut inſignem *Philoſophum theoreticum*, verùm etiam ut exercitatiſſimum *Virum politicum*, multis Legationibus & Magiſtratibus cum ſummâ laude perfunctum. Poſteriori enim hâc laudatione remittit *Photius* lectorem ad Codicem Bibliothecæ ſuæ *octogeſimum*, ubi prolixè agitur de ejuſdem *Olympiodori Hiſtoriarum Libris viginti duobus*, in quibus ipſe Legationes ſuas ad *Hunnos* aliáſque barbaras Gentes fusè narravit, ibidémque etiam *profeſſionis Studij Chymici* ſubobſcura fit mentio. Ipſa *Photij* verba, quibus recenſionem iſtius Codicis orditur, ſunt hæc: Ἀνεγνώσθησαν ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ ἱστορικοὶ λόγοι κβʹ. ἄρχεται ἀπὸ τῆς Ὀνωρίου τοῦ Βασιλέως Ῥώμης τῆς ὑπατείας τὸ ζ καὶ Θεοδοσίου τοῦ δευτέρου (1) τὸ βʹ· κατέρχεται δὲ μέχρις ὅτου Βαλεντινιανὸς, ὁ Πλακιδίας καὶ Κωνσταντίου παῖς, εἰς τὴν βασίλειον τῆς Ῥώμης ἀνερρήθη ἀρχήν. οὗτος ὁ συγγραφεὺς ΘΗΒΑΓΟΣ μέν ἐστιν, ἐκ τῶν πρὸς Αἴγυπτον Θηβῶν τὸ γένος ἔχων· ΠΟΙΗΤΗΣ, ὡς αὐτός φησι, τὸ ἐπιτήδευμα, ἕλλην τὴν θρησκείαν. &c. Hoc eſt: *Lecti ſunt OLYMPIODORI Hiſtoriarum Libri viginti duo. Incipit is ab* (2) *Honorij Imperatoris Romani Conſulatu ſeptimo & Imp. Theodoſij Junioris ſecundo; pertingit autem uſque ad illud tempus,* (3) *quo* (4) *Valentinianus,* (5) *Placidiæ & Conſtantij filius, Imperator Romanorum declaratus eſt. Scriptor hic ortum ducit Ægyptiacis Thebis; profeſſione OPERATOR CHYMICVS, ut de ſe ipſe fatetur, religione verò gentilis.* Hæc *Photius*; qui profectò ipſe videtur ignorâſſe, quo ſenſu *Olympiodorus* ibi ſe appellaverit ΠΟΙΗΤΗΝ. Minimè enim hîc audiendus eſt Interpres latinus qui Ποιητὴν ſimpliciter vertit *Poetam* ſive *carminum artificem*; quam translationem etiam (6) alij deinceps ſine ulteriori indagatione ſecuti ſunt. Primus autem, quod ego ſciam, verum hujus loci ſenſum obſervavit ac detexit doctiſſimus *Thomas Reineſius* Variarum Lectionum lib. 2 cap. 5, pag. 154 & 155, ubi rectè monet, Ποιητὰς *Olympiodori* ævo κατ' ἐξοχὴν ſive per excellentiam fuiſſe appellatos *Philoſophos illos, qui Myſterium Chryſopoeiæ, ſive, magnam & ſacram Artem faciendi auri profiterentur*, & vulgò nunc promiſcuè appellantur *Chymici,*

(1) *Hæ duæ voces* τὸ βʹ *perperàm deſunt in vulgatis Bibliothecæ Photij editionibus.*

(2) *Nempe ab A.C.* 407.

(3) *Nempe uſque ad A.C.* 425.

(4) *Tertius videlicet.*

(5) Placidia *hæc fuit ſoror Imperatorum* Arcadij *&* Honorij.

(6) *Vide* R. P. Philippi Labbei *S. I. Notas in eaſdem* Photianas Hiſtoriarũ Olympiodori Eclogas, *quæ Tomo primo Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ insertæ ſunt.*

mici, Chemici & *Alchemistæ*, ejúsque rei probandæ causâ exhibet ex Syntagmate Chymico Græco manuscripto *Bibliothecæ Ducalis Altenburgensis* hæc verba: Γίνωσκε, ὦ φίλε, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ΠΟΙΗΤΩ΄Ν· Πλάτων, Ἀριστοτέλης, Ἰωάννης ἱερεὺς, Δημόκριτος, Ζώσιμος ὁ μέγας, ΟΛΥΜΠΙΟ΄ΔΩΡΟΣ, Στέφανος ὁ φιλόσοφος, Σοφὰρ ὁ ἐν Περσίδι, Συνέσιος, Ὀσάνης ἀπ' Αἰγύπτου, &c. Similiter etiam vocabulum (1) ΠΟΙ΄ΗΣΙΣ per excellentiam usurpatur pro *Operatione Chymicâ*; ut in illo ipso Syntagmate Chymico *Cæsareo*, de quo in præsens ex professo agitur, passim videre est. Cùm igitur hactenùs solidè demonstraverim, *Olympiodorum Philosophum Platonicum Alexandrinum*, *Olympiodorum Historicum Thebis Ægyptijs oriundum*, & *Olympiodorum Operatorem ac Scriptorem Chymicum*, unum atque eundem hominem esse, superest, ut porrò demonstrem, *Olympiodorum* hunc (2) suprà memorato *Zosimo Historico* & *Chymico juniorem* esse. Etsi enim hoc ex Commentarij Chymici, de quo in præsens agitur, suprà exhibitâ inscriptione satis eluceat, utpote ubi expresè indicatur, *Olympiodorum* in *Hermetis Trismegisti* aliorúmq; vetustissimorum Chymicorum Scriptis interpretandis *operationem Zosimi* secutum esse, quia tamen R. P. *Philippus Labbeus* S. I. in Notis suis ad Photianas Historiarum Olympiodori Eclogas objicit, *Olympiodorum Thebanum* ab ipso *Zosimo* Historiæ suæ libro quinto citari, ideóque *antiquiorem* illo esse, necessitas postulat, ut objectionem hanc accuratiùs examinem, & contrarijs argumentis diluam. Jam memoratus igitur locus controversus exstat editionis Wechelianæ *Friderici Sylburgij* græco-latinæ pag. 803 his verbis: Ἐν δὲ τῇ Ῥαβέννῃ, (μητρόπολις δὲ Φλαμινίας, πόλις ἀρχαία, (3) Θεσσαλῶν ἀποικία, (4) Ῥήνη κληθεῖσα διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιῤῥεῖσθαι, καὶ οὐχ, ὡς ΟΛΥΜΠΙΟ΄ΔΩΡΟΣ ὁ ΘΗΒΑΙΟΣ φησὶ, διὰ τὸ (5) Ῥῶμον, ὃς ἀδελφὸς γέγονε Ῥωμύλῳ, τῆς πόλεως ταύτης οἰκιστὴν γεγονέναι. (6) Κουαδράτῳ γὰρ τὸ μετατεθέον, ἐν τῇ κατὰ τὸν Βασιλέα Μάρκον ἱστορίᾳ τοῦτο περὶ τῆς πόλεως ταύτης διεξελθόντι) ἐν τῇ Ῥαβέννῃ τοίνυν ταύτῃ παρεσκευασμένῳ Στελίχωνι ταῖς Ἰλλυριῶν πόλεσι μετὰ στρατεύματος ἐπιστῆναι, &c. Hoc est secundùm versionem Joannis Leunclavij: *Hinc ad Ravennam*, (*ea Metropolis est Flaminiæ, prisca sanè Civitas, Colonia*

(1) *Vide suprà pag.* 175. *ubi eodem sensu legitur ἡ θεῖα μυστικὴ* ΠΟΙ΄ΗΣΙΣ. (2) *Vide suprà pag.* 176. (3) *Refert hoc* Strabo *Geographiæ lib.* 5. *pag.* 214 *edit. gr. lat. Parif. Is. Casauboni, his verbis*: Ἡ Ῥαβέννα δὲ Θετταλῶν λέγεται κτίσμα. οὐ φέροντες δὲ τὰς τῶν Τυῤῥηνῶν ὕβρεις, ἐδέξαντο ἑκόντες τῶν Ὀμβρίκων τινὰς, οἳ καὶ νῦν ἔχουσι τὴν πόλιν· αὐτοὶ δὲ ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. *Hoc est*: Fertur autem Ravenna à Thessalis fuisse condita; qui cùm Tyrrhenorum injurias non ferrent, ultrò in Vrbem admissis Vmbrorum quibusdam, qui Vrbem etiam nunc tenent, domum reverterunt. (4) Ῥήνη *pro* Ῥεύση *à* ῥέω, *fluat; quemadmodum* Ῥεσίνη *à* ῥέω *pro* ῥέω, *nomen* Junonis *apud* Euphorionem *in Etymologico Magno Græco*. (5) *Nempe quasi* Ῥωμαβέννα, *vel* Ῥημαβέννα, *vel* Ῥεμαβέννα. Remus *enim*, Romuli *frater, ab antiquis Autoribus Græcis promiscuè appellatur* Ῥῶμος, Ῥῆμος *vel* Ῥέμος. (6) *Vide de eo* Vossium *de Historicis Græcis lib.* 2 *cap.* 16.

Colonia Thessalorum, Rhene dicta, quòd eam aquæ ab omni parte circumfluant; non autem propterea, velut OLYMPIODORUS *ille* THEBANUS *ait, quòd Remus, Romuli frater, hujus Urbis conditor fuerit: hoc enim Quadrato relinquere debuerat, qui de hâc Urbe in Historiâ Imperatoris Marci id commemoravit) ad Ravennam igitur hanc Stelichone jam parato ad Illyricas Urbes cum exercitu adeundas*, &c. Hucusque ipsa illa loci istius controversi verba. Ad quæ *primò* quidem respondeo, licet concedatur, *genuinam* hanc ipsius *Zosimi parenthesin* esse, argumento tamen hoc à citatione desumpto sufficienter probari non posse, *Zosimum Olympiodoro juniorem* esse, quoniam permulta tùm antiqua, tùm nova exempla testantur, Scriptores ætate juniores à Scriptoribus antiquioribus, qui illis aliquâ saltem parte vitæ fuerunt synchroni, persæpè adeò ambiguè citatos esse, ut, uter alterum vivendo & scribendo præcesserit, haud certò possit affirmari. *Secundò* autem respondeo, *Olympiodori* Historiarum Libros à *Zosimo* non potuisse citari, quia ex utriusque Operis Historici *argumento* ac *scopo*, simul & *principio* ac *fine*, certò constat, *Olympiodorum Zosimi* Historiam continuâsse, & scribendi ratione ac modo imitatum esse. Primus enim horum duorum Autorum Zosimus, ut acerrimus Idololatriæ gentilis cultor ac defensor, Historiam Monarchiæ Romanæ ab *Imp. Augusto* usque ad *Imp. Theodosium juniorem*, Libris *sex* comprehensam, (1) eâ intentione literis mandavit, ut posteritas sciret, quo pacto Romanum Imperium, culpâ Imperatorum Christianorum, ob neglectum & abrogationem antiquæ Religionis ethnicæ, intra exiguum temporis spatium paulatim diminutum, & à barbaris Nationibus ferè omninò eversum sit. Hunc enim Historiæ suæ scopum indicat ipse (2) Libro primo his verbis: Πολυβίου ὅπως ἐκτήσαντο Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διεξελθόντος, ὅπως ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ σφῆσιν (3) ἀτασθαλίῃσιν αὐτὴν διέφθειραν, ἔρχομαι λέξων. Hoc est secundùm versionem Leunclavianam: *Cùm Polybius exposuerit, quo pacto Imperium perexiguo tempore Romani acquisiverint, ego, quo pacto temporis non magno spatio suis impiis delictis idem perdiderint, indicaturus sum.* Hæc de scopo suæ Historiæ ipse *Zosimus*. Composuit autem is, ut ante ipsum similiter *Eunapius* fecerat, (4) *duas* hujus Historiæ suæ Ἐκδόσεις sive *Editiones*, quarum *prima* perijt, *altera* autem sive *Nova* ea est, quæ & à *Photio* olim fuit lecta, & etiam nunc exstat sub

Aa titu-

(1) *Secutus & imitatus hâc in re est* Zosimus Eunapium *Sophistam, hominem itidem gentilem, qui* Herodiani *Historiam continuavit usque ad suam ætatem, hoc est, usque ad* Impp. Arcadij, & Honorij *tempora; ut fusiùs refert* Photius *in recensione Codicum suæ Bibliothecæ LXXVIImi & XCVIIIvi.* (2) *Vide pag. 659 suprà memoratæ editionis græco-latinæ Sylburgianæ.* (3) *Per* ἀτασθαλίας, *sive* delicta *intelligitur hîc* odium Christianorum erga Templa & Imagines Deorum gentilium. *Desumpta autem sunt hæc verba* σφῆσιν ἀτασθαλίῃσιν *ex* Homeri *Odysseâ.* (4) *Causam ejus rei vide apud* Photium *Cod LXXVIImo, ubi agitur de Eunapio.*

titulo, τῆς νέας Ἱστορίας, sive, *Historia nova*, cùm tamen ipse, ut *Photius* expressè testatur, eam inscripserit Ἱστορίαν τῆς νέας ἐκδόσεως, sive, *Historiam editionis novæ*. Hujus igitur *Editionis novæ* principium ac finem indicat *Photius* his verbis: Ἄρχεται μὲν τὰς ἱστορίας, ὡς ἄν τις εἴποι, ἀπὸ Αὐγούστου. ἐπιτρέχει δὲ πάντας τοὺς μέχρι Διοκλητιανοῦ, ψιλὴν ὥσπερ τὴν ἀνάρρησιν καὶ τὴν διαδοχὴν αὐτῶν ἀφηγούμενος. ἀπὸ δὲ Διοκλητιανοῦ πλατύτερον περὶ τῶν βεβασιλευκότων διαλαμβάνει ἐν βιβλίοις πέντε. τὸ γὰρ πρῶτον τοῦ μέχρι Διοκλητιανοῦ ἀπὸ Αὐγούστου ἀριθμεῖται. καὶ πληροῖ τὴν ἕκτην βίβλον, ἐν ἐκείνοις ἀπαρτιζομένην τοῖς χρόνοις, ἐν οἷς Ἀλάριχος τὴν Ῥώμην τὸ δεύτερον πολιορκῶν, καὶ τῶν ἐνοικούντων ἀπορουμένων, λύει τὴν πολιορκίαν, Βασιλέα τούτοις Ἄτταλον ἀνειπών. εἶτα δὲ καὶ τῆς Βασιλείας τοῦτον παραλύσας, διὰ τὸ μὴ δοκεῖν εὖ διατίθεσθαι τὰ τῆς ἐγκεχειρισμένης αὐτῷ Βασιλείας, πρὸς Ὁνώριον τὸν Βασιλέα κατὰ τὴν Ῥαβένναν διατρίβοντα, ἐφ᾽ ᾧ πεῖσαι ἤιετο. ἀλλὰ (1) Σάρος, Γότθος καὶ αὐτὸς, διάφορος ὢν Ἀλαρίχῳ, ἔχων τε ὑπ᾽ αὐτὸν ἄχρι τριακοσίων, καὶ προστεθεὶς Ὁνωρίῳ, καὶ συμπολεμεῖν αὐτῷ κατὰ Ἀλαρίχου διατεινόμενος, ἐμποδὼν ἔστη. καὶ ἡ μὲν ἕκτη αὐτῷ ἱστορία ὧδε τελευτᾷ. Hoc est secundùm R.P. *Andreæ Schotti* S.I. translationem: *Incipiens autem Zosimus Historiam jam inde, fermè dixerim, ab Augusto, & Imperatores omnes ad Diocletianum usq; percurrens, nudam quasi designationem successionemque eorum commemorat, dum latiùs tandem à Diocletiano, de ijs, qui Imperio potiti sint, Libris quinque tractare pergit. Primus enim Liber Imperatores ab Augusto ad Diocletianum usque recenset, sextique finis in ijs desinit temporibus, quibus Alarichus Romam iterum obsidens, civibus ad inopiam redactis, obsidionem solvit, eisque Imperatorem dedit Attalum; quem tamen deinde rursùs abdicavit Imperio, quòd illud sibi traditum minùs rectè videretur administrare, atque ad Imp. Honorium, Ravennæ tùm agentem, fœdus cum eo initurum misit. Sarus verò, Gotthus & ipse, simultates adversùs Alarichum exercens, cum trecentis, quibus praerat, Honorianis partibus adjunctus, bellique societatem pollicitus, Alarichi rebus impedimentum objecit. Atque hunc SEXTI Historiarum LIBRI FINEM facit.* Hæc *Photius*. Unde manifestè apparet, *Zosimi* Historiam tempore *Photij*, itidem ut etiam nunc, desijsse in Actis anni Christi *quadringentesimi decimi* his verbis: Ἀλλαρίχου δὲ ἐπὶ τὴν Ῥαβένναν ὡρμηκότος, ὡς δὴ βεβαίως αὐτῷ πρὸς Ὁνώριον ἐσομένης εἰρήνης, ἕτερόν τι παρ᾽ ἐλπίδα ἐμπό-

(1) *Vulgò ibi perperàm legitur*, ἀλλ᾽ Ἄταρος.

ἐμπόδιον εὗρεν ἡ τύχη, πρὸς τὰ συμβαινόμενα τοῖς τῆς πολιτείας πράγμασιν ὁδῷ προϊοῦσα. Σάρου μετὰ βαρβάρων ἐναριθμήτων ἐν τῷ Πικήνῳ διατρίβοντος, καὶ μήτε Ὁνωρίῳ τῷ Βασιλεῖ, μήτε Ἀλαρίχῳ προσθεμένου, δυσμενῶς ἔχων πρὸς αὐτὸν Ἀτάουλφος ἔκ τινος προλαβούσης ἀλλοτριότητος, ἐπέρχεται πανστρατιᾷ τοῖς τόποις, ἐν οἷς τὸν Σάρον συνέβαινεν εἶναι. ταύτης αἰσθόμενος τῆς ἐφόδου, πρὸς μάχην τε ἀρκέσειν οὐκ οἰηθεὶς, μόνων αὐτῷ τριακοσίων συνόντων, ἀνδρῶν, ἔγνω δραμεῖν πρὸς Ὁνώριον, καὶ κοινωνῆσαι τοῦ πρὸς Ἀλάριχον πολέμου. Hoc est secundùm translationem Leunclavianam: *Interim Alaricho cum copiis Ravennam profecto, veluti qui firmam certámque cum Honorio pacem facturus esset, aliud quoddam fortuna reperit impedimentum, ad ea, quæ statûs publici rebus essent eventura, viâ quasi quâdam progrediens. Quippe dum Sarus, nec Imperatoris Honorij, nec Alarichi se partibus adjungens, cum perexiguis barbarorum copijs in Piceno commoratur, Ataulfus, qui esset infesto in eum animo, propter quasdam obortas ante hoc tempus inimicitias, ad ea loca cum copiis universis accedit, quibus in locis tùm fortè Sarus erat. Illum adventantem cùm Sarus animadverteret, non satis ad committendam pugnam instructum se ratus, qui homines secum trecentos duntaxat haberet, ad Honorium profugere statuit, & cum eo belli adversus Alarichum gerendi societatem coire.* Hucusq; *Zosimus*. His ergò verbis desijt *Photij* temporibus, & etiam nunc desinit *Zosimi Liber sextus Historiæ editionis novæ sive secundæ*, ideóq; minimè audiendi sunt *Ioannes Leunclavius*, *Fridericus Sylburgius*, & *Gerardus Ioannes Vossius*, qui verum Libri sexti finem deesse existimant. Ipsa doctissimi *Vossij* verba Lib. 2 de Historicis Græcis cap. 20 sunt hæc: *Reliquit Zosimus Historiæ Libros sex: quorum primo Cæsares ab Augusto usque ad Diocletianum percurrit; cæteris autem quinque fusiùs persequitur res Romanas usque ad Romam iterùm ab Alarico obsessam, Attalum ab eo designatum Imperatorem, posteáque eâ dignitate exutum, & Sari ad Honorij partes transitum. Paulo tamen ulteriùs progressum esse, verisimile est. Nam quædam in fine deesse, nemini puto esse obscurum.* Hæc *Vossius*; cui, ut suprà demonstravi, *Photius* expresè reclamat. Cùm itaque *Zosimus*, seu morte, seu quâcunque aliâ ratione præpeditus, *novam* sive *secundam Historiæ suæ editionem* non ulteriùs perduxisset, quàm usque ad societatem belli à *Saro* Gottho cum *Imp. Honorio* A.C. 410 adversus *Alaricum* Gotthorum Regem initam, continuandæ & supplendæ ejusdem Historiæ causâ *Olympiodorus*, homo itidem

gentilis, & *Zosimi* ob communia Philosophiæ & Chymiæ studia sectator familiarissimus, (1) pari in Christianos odio novum composuit Opus, in *Libros viginti duos* divisum, quod ipsemet inscripsit Ὕλην, sive *Materiam*, tanquam *Commentarios*, qui ad conscribendam justam Historiam deinceps possent esse usui. Quo clarior etiam rerum gestarum esset connexio, orsus est earum narrationem à tertio ante finem Historiæ Zosimi anno, nempe *à Quinquennalibus Imp. Theodosij junioris*, hoc est, ab anno Christi 407, *Imp. Honorio VII* & *Imp. Theodosio Juniore II Consulibus*. Perduxit autem hos suos Commentarios, *Imp. Theodosio Juniori* dedicatos, usque ad annum Christi 425, quo *Valentinianus III, Placidiæ* & *Constantij* filius, Imperator Occidentis declaratus est, ut accuratiùs & prolixiùs refert *Photius* in recensione Codicis Bibliothecæ suæ *octogesimi*. His proinde diligenter & rectè consideratis, nemo, ut opinor, inficiabitur, *Olympiodorum Zosimo juniorem esse*, ideóque suprà exhibitam *Historiæ Zosimi parenthesin*, in quâ *Olympiodori* citatur *Historia*, tanquam anonymi cujusdam Grammatici antiquum *Scholion marginale*, quod librariorum temeritate aut inscitiâ ex margine in ipsum contextum irrepsit, vel totam omninò delendam esse, vel saltem tolerari non posse ultra hæc verba: (μητρόπολις δὲ Φλαμινίας, πόλις ἀρχαία, Θεσσαλῶν ἀποικία, Ῥήνη κληθεῖσα διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιρρεῖσθαι.) Quæ enim deinceps sequuntur, (καὶ οὐχ', ὡς Ὀλυμπιόδωρος ὁ Θηβαῖος φησὶ, διὰ τὸ Ῥῶμον, ὅς ἀδελφὸς γέγονε Ῥωμύλῳ, τῆς πόλεως ταύτης οἰκιστὴν γεγονέναι. Κοναδρᾶτῳ γὰρ οἱ μετεθέον ἐν τῇ κατὰ τὸν Βασιλέα Μάρκον ἱστορίᾳ τοῦτο περὶ τῆς πόλεως ταύτης διεξελθόντι.) ea sine ullo dubio *supposititium glossema* sunt.

(1) *Exempla ejus rei vide apud Photiū.*

Vigesimo quartò, & quidem à fol. 163 pag. 2 usque ad fol. 167 pag. 2, *anonymi cujusdam Philosophi Syngramma Chymicum*, cujus titulus & principium: Ἀνεπιγράφου Φιλοσόφου. Τὸ ᾠὸν τετραμερές ἐστιν, κατὰ φύσιν ἐκ τῶν εἰρημένων συγκείμενον μορίων εἰσὶν οὖν &c.

Vigesimo quintò, & quidem fol. 167 p. 2, *Pappi Philosophi* (2) *Christiani Secretum Chymicum*, cujus titulus & principium: Πάππου Φιλοσόφου. Ὅρκῳ οὖν ὀμνυμί σοι τὸν μέγαν ὅρκον, &c. Meminit hic *Pappus Stephani Alexandrini*, qui, ut suprà indicavi, sub *Imp. Heraclio* floruit. Diversus ergò hic est *Pappus* à (3) *Pappo Alexandrino*, qui sub *Imp. Theodosio Magno* floruit, & *Mathematicarum collectionum Libros octo* reliquit, quorum *sex posteriores* etiamnunc exstant latinè cum Commentarijs *Federici Commandini Vrbinatis*.

(2) *Hoc enim ex ipso apparet contextu.*

(3) *Vide* Gerard. Joan. Voss. *de Scientijs Mathematicis c. 16* § 8.

Vigesi-

Vigeſimo ſextò, & quidem fol. 168 pag. 1, *Moyſis, Prophetæ & Legislatoris Hebræorum, Secretum Chymicum ſuppoſititium*, cujus titulus: ΜΩΣΕ'ΩΣ Δίπλωσις. Plura de *Moyſis Libris Chymicis ſuppoſititiis* vide Libri ſecundi Prodromi mei Hiſtoriæ Literariæ cap. 2 § 1, ubi memoratur Σύνταξις χυμευτικὴ τοῦ Μωυσέως, hoc eſt, *Syntagma, ſive Tractatus Moyſis de Chymiâ.* Cujus Operis futilitatem *Samuel Bochartus* Geographiæ Sacræ Part. 1 Lib. 4 cap. 1 pag. 234 deridet & exagitat his verbis: *Alchymiæ Autorem faciunt* (1) *Chamum, quaſi de nomine Autoris pro Chamia dicatur Chemia & Chymia, & Arabico articulo præfixo Alchymia. Antiquitatis enim gloriam maximè affectant hujus Artis* ἐπόπται; *quos non pudet proferre MOSIS Prophetæ* χυμευτικὴν Σύνταξιν, *& Mariæ ſororis Moſis Librum Alchymiſticum; ut taceam* (2) *Hermetis, Triſmegiſti ſcilicet, Tabulam Smaragdinam, & ejuſdem Tractatus Chymicos ſeptem, & Opus de corporibus tranſmutandis; &* (3) *Oſtanis, &* (4) *Democriti, & Ori* χυμευτικά, *&* (5) *Iaſonis Vellus aureum.* Hæc *Bochartus.*

(1) *Vide etiam ſuprà pag.* 174.
(2) *Vide ſuprà pag.* 165, 166, 178.
(3) *Vide ſuprà pag.* 169.
(4) *Vide ſuprà pag.* 170.
(5) *Vide ſuprà pag.* 174.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem fol. 168 pag. 1, *Eugenij cujuſdam Secretum Chymicum*, cujus inſcriptio: Εὐγενίου. Eſt autem illud ferè totum *Notis* ſive *Characteribus Chymicis* exaratum.

Vigeſimo octavò, & quidem fol. 168 pag. 1 & 2, *HIEROTHEI Methodus faciendi auri, oratione* (6) *proſâ*, cujus titulus: ἹΕΡΟΘΈΟΥ περὶ τῆς ἱερᾶς τέχνης. Eſt autem ea ferè tota *Notis* ſive *Characteribus Chymicis* ſcripta, atque deſinit his verbis: Οὕτως οἰκονόμει ἕως οὗ γένηται ἥλιος, hoc eſt, *Ita fac donec fiat Aurum.* Subjungitur deinde *Admonitio* lectu digniſſima de pio & recto uſu *Myſterij Chryſopoeiæ*, & de ſingulari ſanctitate ac honeſtate vitæ, aliiſque varijs inſignibus virtutibus, quibus præditi eſſe debent, qui ſacræ illi Arti dant operam, & in eâ aliquid vel jam invenerunt, vel adhuc invenire deſiderant. Principium iſtius *Admonitionis* eſt hoc: Τοῦτο χρεῶ, συνεργοῦντος Ἐμμανουὴλ τοῦ ζωαρχικοῦ, τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ ἀπαυγάσματος τοῦ ἁγίου Πνεύματος. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ σωτὴρ καὶ δοτὴρ καὶ αἴτιος πάντων ἀγαθῶν. δι' αὐτοῦ τελεῖται τοῖς πιστοῖς καὶ ἀξίοις τοῦτο τὸ ΘΕΙ͂ΟΝ ΜΥΣΤΗ'ΡΙΟΝ, ΤΟ' ΤΗ͂Σ ΨΥΧΗ͂Σ Ι῎ΑΜΑ, ΚΑΙ' ΠΑΝΤΟ'Σ ΜΟ'ΧΘΟΥ ΛΥ'ΤΡΟΝ. ἀλλ' ὅς τι τοῦτο εὑρηκὼς, καὶ δοθεὶς παρὰ Θεῷ, καὶ οἰκονομῶν, καὶ τυχὼν τῶν ἐφιεμένων, δέδεται ὑπὸ τοῦ ὑψίστου Ἐμμανουὴλ, ὙΠΟΥΡΓΟ'Σ καὶ ὈΙΚΟΝΟ'ΜΟΣ αὐτοῦ γενήσεται ἐν ταύτῃ τῇ θείῃ τέχνῃ καὶ ἐν ἅπασι. καὶ τὸ δέκατον μέρος εἰς οἰκοδομὴν

(6) *Infrà enim num.* 31 *fit mentio Poematis Chymici verſibus Jambicis ſub nomine HIEROTHEI Philoſophi.*

τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν καὶ εἰς περιποίησιν πτωχῶν ὑπέρ τε αὐτοῦ καὶ ὑπὲρ τῶν ἐμῶν ἀναγκῶν ἐγκλημάτων ποιήσαντα, καὶ μέσον βίον διάγειν, ἵνα ἀφθόνως ἡ πρᾶξις αὐτοῦ γενήσεται, καὶ &c. Ubi inprimis notabile eſt, *Chryſopœiam* vocari *Divinum Myſterium, Remedium animæ, & Pretium redemptionis ab omni calamitate, Decimáſque omnium inde perceptorum fructuum in ædificationem Eccleſiarum, & ſuſtentationem pauperum debere erogari, ideóque eos, qui hujus Artis perfectionem conſecuti ſunt*, ὙΠΟΥΡΓΟΎΣ καὶ ʼΟΙΚΟΝΟΜΟΎΣ ΘΕΟΥ, hoc eſt, *Miniſtros & Diſpenſatores Dei* eſſe. Cæterùm videtur hic eſſe (1) *Hierotheus* ille *Monachus*, cujus *Programma & Iſagoge in Ioannis Climaci Scalam Paradiſi* exſtant in ejuſdem Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Codice manuſcripto *Theologico Græco* CLXXXmo.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 169 pag. 1 uſque ad fol. 173 pag. 2, *HELIODORI Philoſophi ad Imp. Theodoſium Magnum, ſive Seniorem Poema Jambicum de Arte Chymicâ, verſibus conſtans ducentis ſexaginta octo*, cujus titulus & principium: ἩΛΙΟΔΩΡΟΥ Φιλοσόφου πρὸς Θεοδόσιον τὸν μέγαν Βασιλέα περὶ τῆς τῶν Φιλοσόφων μυστικῆς τέχνης διὰ στίχων ἰάμβων.

Σκῆπτρα γαίης μέδοντες ὡς πᾶν ἐμφανὲς
Μυστιπόλοι ἔποντες &c.

Idem *Poema* exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* manuſcriptum etiam *latinè*, ſed *oratione proſâ*, anonymo quodã interprete. Quod porrò ad Autorem hujus Poematis attinet, opinor eundem eſſe atq; *Heliodorū, Emeſæ in Phœniciâ* natum, qui in adoleſcentiâ ſuâ compoſuit *Libros decem dramaticos de caſtis amoribus Theagenis & Charicleæ* (2) etiamnunc exſtantes, *Ethiopica* inſcriptos, & demum evaſit *Tricæ in Theſſaliâ Epiſcopus;* quo tamen Epiſcopatu poſteà cedere maluit, quàm jam memoratum Drama amatorium ſupprimere. Quâ de re vide plura apud *Photium* in recenſione Codicis Bibliothecæ ſuæ ſeptuageſimi tertij, apud *Socratem* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 5 cap. 21, apud *Nicephorum* Hiſt. Eccleſ. lib. 12 cap. 34, & apud *Gerard. Joan. Voſſium* de Hiſtoricis Græcis lib. 4 cap. 18. Quanta porrò familiaritas huic *Heliodoro* cum (3) ſuprà memorato *Syneſio*, Scriptore itidem Chymico, interceſſerit, apparet etiam nunc ex *Syneſii* ad ipſum Epiſtolis, quæ exſtant inter Opera ipſius à R.P. *Dionyſio Petavio* (4) S. J. Pari-

(1) Vide Lib. IV. horū Commentar. p. 191. Confundendus autem is non eſt cum S. Hierotheo, *ante converſionem ſuã Philoſopho Platonico, qui* S. Dionyſij Areopagitæ *fuit Præceptor, & Beatiſſimæ Virginis Deiparæ morti interfuit. Quâ de re vide* S. Dionyſij *Opera, à R. P. Balthaſare Corderio S. I. græcè & latinè edita Antverpiæ typis Plantinianis A. 1634 duobus Tomis in folio.*

(2) Prodierunt ij in lucem græcè & latinè cum Notis Hieronymi Commelini *Lugduni ad Rhodanum A. 1611 in octavo apud viduam Antonij de Harſy.* *(3) Vide ſuprà pag. 172.* *(4) Secunda enim Operum* Syneſij *editio Petaviana anni 1633, multo accuratior & uberior, cum adjunctâ Diſſertatione* de Vitâ & Scriptis Syneſij, *in præſens mihi non eſt ad manum.*

Pariſijs Anno 1612 græcè & latinè in folio edita pag. 175 & 256, atque ibi ſunt decima ſeptima & centeſima ſeptima.

Trigeſimò, & quidem à fol. 173 pag. 2 uſque ad fol. 177 pag. 2, *THEOPHRASTI Philoſophi Chriſtiani, Poema Jambicum de Arte Chymicâ, conſtans verſibus ducentis ſexaginta quinq;*, cujus titulus & principium: Θεοφράςου Φιλοσόφου περὶ τῆς αὐτῆς θείας τέχνης διὰ ςίχων ἰάμβων.

> Οἱ τῶν σοφιςῶν ἄνδρες ὥσπερ ῥήτορες,
> Εὐδαιμονοῦντες καὶ βιοῦντες πανσόφως,
> Καὶ τὴν φύσιν &c.

Idem *Poema* exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* manuſcriptum etiam *latinè*, ſed *oratione proſâ*, anonymo quodam interprete.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 178 pag. 1 uſque ad fol. 181 pag. 2, *HIEROTHEI Philoſophi Poema Jambicum de Arte Chymicâ, verſibus conſtans ducentis triginta*, cujus titulus & principium: ἹΕΡΟΘΕΟΥ Φιλοσόφου περὶ τῆς αὐτῆς θείας καὶ ἱερᾶς τέχνης διὰ ςίχων ἰάμβων.

> Ἀπάρχομαι προσπλέξας εὐφραδέςατον
> Ἐπῶν λόγων πόνημα &c.

Idem *Poema* exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* manuſcriptum etiam *latinè*, ſed *oratione proſâ*, anonymo quodam interprete. Vide etiam ſuprà num. 28.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 181 pag. 2 uſque ad fol. 187 pag. 1, *ARCHELAI,* (1) *Philoſophi* (2) *Chriſtiani, Poema Jambicum de Arte Chymicâ, verſibus conſtans trecentis viginti duobus*, cujus titulus & principium: ἈΡΧΕΛΑΟΥ Φιλοσόφου περὶ τῆς αὐτῆς ἱερᾶς τέχνης διὰ ςίχων ἰάμβων.

> Ἡ πάνσοφος καὶ θεία τέχνη τῶν σοφῶν,
> Τεχνουργικῶς ἔχουσα τὴν θεωρίαν,
> Σοφουργικὴν ἔντεχνον &c.

Idem *Poema* exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* manuſcriptum etiam *latinè*, ſed *oratione proſâ*, anonymo quodam interprete.

Hæc itaque ſunt, quæ continentur *Syntagmate* illo variorum *veterum Chymicorum Græcorum*, quod inter *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Codices manuſcriptos Medicos Græcos quinquageſimum primum locum* nunc obtinet. Quo autem tempore & loco illud ex alio vetuſtiori Codice deſcriptum ſit, indicat ipſe deſcriptor in fine ſuprà memora-

(1) Archelaus *hic* Chymicus *minimè confundendus eſt cum antiquiſſimo illo Philoſopho Phyſico* Archelao Mileſio, Socratis Præceptore *ſeculo ante Chriſtum quinto, cujus Vita exſtat apud* Diogenem Laertiũ lib. 2 cap. 4.

(2) *Hoc enim ex fine Poematis manifeſtiſſimè apparet, utpote ubi fit mentio* τοῦ Πατρὸς σὺν Λόγῳ τε καὶ Θείῳ Πνεύματος.

moratæ ultimæ paginæ his verbis: Ἡ *βίβλος αὕτη μετεγράφη ὑπ᾽ ἐμοῦ* ΚΟΡΝΗΛΙΟΥ ΤΟΥ (1) ΝΑΥΠΛΙΕΩΣ *τῶν* (2) *Μουρμουρέων, υἱοῦ Ἀνδρέου, ἐν Ἐνετίησι διάγοντος, ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Θεογονίας ,αφξδ΄.* Hoc est: *Liber hic descriptus est à me* CORNELIO NAVPLIENSI *Peloponnesio, filio Andreæ, Venetijs degente, anno à nativitate Christi millesimo quingentesimo sexagesimo quarto.* Cæterùm quandoquidem totus hic Codex innumeris ferè *antiquis Græcis Notis sive Characteribus Chymicis* adeò scatet, ut lectio ejus sine illarũ notitiâ non solùm difficillima, sed & plurimis locis prorsùs impossibilis sit, ingenitus animi mei candor, & sincera omnibus in omni honesto studiorum genere inserviendi intentio, haud permittunt, ut silentio dissimulem, exstare in eâdem *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* omnium illorum *Characterum Chymicorum* accuratum *Indicem manuscriptum* cùm adjunctâ brevi *Explicatione latinâ*, ab eodem illo *anonymo Autore* compositum, qui, ut suprà jam memoravi, pleraque ejusdem Syntagmatis Chymici Opuscula ex Græco in Latinum sermonem transtulit. Quo quidem nomine licet meritò fatear magnas illi deberi gratias, attamen simul etiam moneo, *Translationibus illis latinis* temerè fidendum non esse, quippe cùm in ijs multa, quæ in ipso contextu græco exstant, quibus nescio de causis omissa sint. Quamobrem nec inutilis nec illaudabilis foret labor, si quis, *Græcæ* simul *Linguæ* & *Artis Chymicæ* peritissimus, totum illud Syntagma denuò accuratè, &, unà cum duplici necessariâ Appendice græco-latinâ *de Significationibus Verborum & Characterum Chymicorum* in eo occurrentium, tandem aliquando integrè in lucem ederet; nec solùm ex *duobus* illis, qui in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* exstant, Codicibus Græcis manuscriptis, verùm etiam ex alijs aliarum Illustrium Bibliothecarum Codicibus, quorum fit mentio à R.P. *Philippo Labbeo* S.I. in Novâ Bibliothecâ Librorum manuscriptorum, Parisijs apud Joannem Henault A. 1653 in quarto editâ, pag. 128, 129, 21?, & 385, à *Claudio Salmasio* in Plinianis Exercitationibus in Solinum; à *Thomâ Reinesio* Variarum Lectionum lib. 1 cap. 2 pag. 7 lib. 2, cap. 5 pag. 154 & 155, & lib. 3 cap. 2 pag. 352 & cap. 3 pag. 380; à *Petro Borellio* in Bibliothecâ Chymicâ seu Catalogo Librorum Philosophicorum Hermeticorum; à *Joanne Jacobo Frisio* in Bibliothecâ universali Gesnerianâ, à se auctâ; à *Joanne Antonide Lindano* in Libro primo de Scriptis Medicis; à *Roberto Constantino* in Nomenclatore insignium Scriptorum pag 168, & à nonnullis alijs.

(1) *Nempe à patriâ* Naupliâ, *Vrbe maritimâ* Argiæ *regionis* Peloponnesi.
(2) *Nomine* Μουρμουρέων *significantur hîc græcobarbarè* Peloponnesij; *unde &* Peloponnesis *vulgò nunc appellatur* Morea.

LII. *Quin-*

LII.

Quinquagesimus secundus (1) Codex manuſcriptus *Medicus Græcus eſt chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátque foliis *centum nonaginta*. Continetur eo idem illud, quod in proximè præcedenti exſtat Codice, *variorum veterum Autorum Syntagma Chymicum Græcum*, (1) manu ejuſdem ſuprà memorati *Cornelij Nauplienſis* eodem ſuprà memorato anno Chriſti 1564 *Venetijs* deſcriptum, ideóque plura de eo addere ſuperfluum eſt.

Hucuſque igitur, quantum fieri potuit, fideliſſimè recenſui, quid illis contineatur *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ quinquaginta duobus Codicibus manuſcriptis*; quos reſpectu principij appellavi *MEDICOS*. Reliqua autem ejuſdem *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ* Opera manuſcripta *Medica Græca* quærenda ſunt in alijs (2) *aliarum Claſſium* Codicibus manuſcriptis, quibus ea nonnuſquam minùs convenienter inſerta ſunt. Præcipuè autem pertinet huc ampliſſima Claſſis Codicum manuſcriptorum Græcorum (3) *Philoſophicorum propriè dictorum*, de quibus proximè ſequenti Libro *ſeptimo*, ſi DEUS vitam & vires, aliáque neceſſaria adminicula benignè concesserit, ſeparatim ac peculiariter acturus ſum. Interim autem eſto hîc in præſens

PARTIS SECUNDÆ LIBRI SEXTI COMMENTARIORUM DE AUGUSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

FINIS.

(1) *Hoc enim non ſolùm apparet ex ipsâ ſcripturâ, verùm etiam ex eâdem* ſubſcriptione, *quæ exſtat in fine proximè præcedentis* Codicis.

(2) *Exempli causâ vide Lib. III horum Commentariorum pag. 275, Lib. IV pag. 261, Lib. V pag. 379, & ſuprà Lib. VI pag. 79*

(3) *Vide* Galeni *Librum, cujus titulus:* Ὅτι ἄριστος Ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος, *hoc eſt,* Quòd optimus Medicus ſit quoque Philoſophus.

PARTIS SECVNDÆ LIBRI SEXTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

INDEX PRIMVS,

EXHIBENS ALPHABETICAM SERIEM ILLORVM AVTORVM, QVORVM OPERA, AD MEDICINAM PERTINENTIA, SVPRA' ENVMERATIS QVINQVAGINTA DVOBVS CODICIBVS MANVSCRIPTIS MEDICIS GRÆCIS CONTINENTVR.

A.

ABDERITARVM *Epistola ad Hippocratem;* vide literam H, ubi agitur de HIPPOCRATE.

ACHMED *Medicus Syrus*, filius *Abramij*, nepos *Chaletis Medici;* vide literam C, ubi agitur de CONSTANTINO *Rhegino* ſeu *Africano*.

ACTVARIVS; vide JOANNES.

Claudij ÆLIANI *Prænestini*, qui *Romæ* ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. Antonino Pio* claruit, *Historia animalium à Libro primo uſque ad Libri decimi ſexti Caput trigeſimum ſextum* exſtat in Codice XLVto. Ejuſdem *Historia animalium, incipiens à Libri ſeptimi Capite octavo*, exſtat in Codice XLVIto.

AETII *Amideni*, *Medici celeberrimi & Comitis Opſicij*, qui aliquantò junior eſt *Oribaſio*, & à nonnullis cum *Aetio Antiocheno Hæreſiarchâ* perperàm confunditur, *Tetrabiblos*, ſive, *Syntagma Medicinæ*

dicinæ ex veteribus contracta, divisum in quatuor primarias Partes seu Sectiones, quarum qualibet Libros quatuor complectitur, ita ut totum Syntagma in universum constet Libris sedecim, exſtat in Codice XVIImo. Ejuſdem *Aetij Medicinæ contractæ Liber nonus, decimus, undecimus, duodecimus, decimus tertius, decimus quartus, & decimus quintus* exſtant in Codice XVIIIvo. *Ex ejuſdem Libro secundo Excerpta de speciebus terræ, de metallicis, & de animalibus*, exſtant in Codice XXVIImo, num. 5.

AGATHODÆMONIS *Fragmentum Chymicum* exſtat in Codice LImo, num. 8, & in Codice LIIdo, num. 8.

ALEXANDRI *Aphrodisienſis, Medici & Philoſophi celeberrimi*, qui principio ſeculi poſt Chriſtum *tertij* ſub *Impp. Septimo Severo & Antonino Caracallâ* floruit, *Problemata quædam Phyſico-Medica* exſtant in Codice IIItio, num. 4. Ejuſdem *Alexandri Liber de Febribus ad Apollonium* exſtat in Codice XVto.

ALEXANDRI *Tralliani*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſexto* ſub *Imp. Juſtiniano I* ſive *Magno* floruit, *fragmenta quædam* exſtant in Codice XIXno, num. 21.

ANATOLIVS; vide VINDANIVS.

ANDROMACHI *Senioris*, patriâ *Cretenſis*, ad *Imp. Neronem*, cujus fuit *Archiater, Carmen elegiacum de compoſitione Theriacæ per admixtionem carnium viperinarum* exſtat in Codice XXXIVto, num. 3.

1. ANONYMI cujuſdam Autoris *Introductio in Artem Medicam* exſtat in Codice XIXno, num. 17.

2. ANONYMI cujuſdam Autoris *Jatroſophium græco-barbarum, in Capita ducenta quinquaginta ſeptem diviſum*, exſtat in Codice XXXVIIIvo, num. 1; in Codice XLmo, num. 12; & in Cod. XLIItio.

3. ANONYMORVM quorundam Autorum *Opuſcula Medica græco-barbara*, quorum primum eſt *Epitome Artis Medicæ*, exſtant in Codice XLIVto.

4. ANONYMI cujuſdam Autoris *Vocabula quædam Medica Græca cum Explicatione itidem Græcâ* exſtant in Codice VIto, num. 4.

5. ANONYMI cujuſdam Autoris *Lexicon Botanicum* exſtat in Codice VIIIvo, num. 4.

6. ANONYMI cujuſdam Autoris *Lexicon Botanicum græco-barbarum* exſtat in Codice XIXno, num. 10.

7. ANONYMI cujuſdam Autoris *Lexicon vocabulorum Me-*

dicorum Saracenicorum cum Interpretatione græco-barbarâ exſtat in Codice XXXImo, num. 2.

8. ANONYMI cujuſdam Autoris *Catalogus alphabeticus græco-barbarus Medicamentorum ſimplicium* exſtat in Codice XXXVIIIvo, num. 4.

9. ANONYMI cujuſdam Autoris Græci *Præfatio in Meletij Librum de Naturâ ſtructurâque hominis* exſtat in Codice XXmo, num. 1.

10. ANONYMI cujuſdam Autoris *Curationes variorum morborum, quibus etiam ſuperſtitioſa nonnulla & magica Remedia permixta ſunt*, exſtant in Codice XX mo, num. 3.

11. ANONYMI cujuſdam Autoris *Liber Therapeuticus ſive de Curationibus morborum ordine alphabetico* exſtat in Codice XXmo, num. 6.

12. ANONYMI cujuſdam Autoris *Libellus de curationibus morborum ordine alphabetico* exſtat in Codice XXIVto, num. 2.

13. ANONYMI cujuſdam Autoris *Deſcriptio variorum morborum, diviſa in Libros quatuor*, quorum primo agitur *de Febribus*, ſecundo *de Dolore capitis*, tertio *de Morbis oculorum*, quarto *de Vlceribus narium*, exſtat in Codice XXXVto, num. 9.

14. ANONYMI cujuſdam Autoris *Verſus Jambici de utilitatibus Balnei* exſtant in Codice IIItio, num. 5.

15. ANONYMI cujuſdam Autoris *Excerpta ſeu Selecta veterum Medicorum de Excrementis* exſtant in Codice XIXno, num. 2.

16. ANONYMI cujuſdam Autoris *Libellus de Pulſu* exſtat in Codice XXVIto, num. 2, & in Codice XXVIImo, num. 8.

17. ANONYMI cujuſdam Autoris *Synopſis de Pulſibus* exſtat in Codice XLmo, num. 7.

18. ANONYMI cujuſdam Autoris *Excerpta quædam Medica de victûs ratione* exſtant in Codice IIdo, num. 4.

19. ANONYMI cujuſdam Autoris *Libellus de Alimentorum facultatibus* exſtat in Codice XXXmo, num. 2, & in Codice XXXImo, num. 2.

20. ANONYMI cujuſdam Autoris *Synopſis de Vrinis, translata ex Arte Medicâ Perſarum*, exſtat in Codice XXVIIIvo, num. 3, & in Codice XXXIVto, num. 5.

21. ANONYMI cujuſdam Autoris *Opus tripertitum græcobarbarum de compoſitione variorum Medicamentorum Capitibus centum & tribus; de compoſitione Emplaſtrorum Capitibus ſeptuaginta*

quatuor; & de compositione Oleorum Capitibus novem, exstat in Codice XIXno, num. 22.

22. ANONYMI cujusdam Autoris *Liber de Compositione variorum Medicamentorum, in Capita centum & novem divisus*, exstat in Codice XXIVto, num. 3.

23. ANONYMI cujusdam Autoris *Miscellanea Medica de compositionibus Antidotorum, Trochiscorum, Oleorum, Emplastrorum, aliorúmque variorum Medicamentorum*, exstant in Codice XXVIImo, num. 3.

24. ANONYMI cujusdam Autoris *Compositiones variorum Medicamentorum* exstant in Codice XXXIIItio, num. 2.

25. ANONYMI cujusdam Autoris *Compositiones variorum Medicamentorum, in Capita centum & septem divisæ;* item *Compositiones variorum Emplastrorum & Oleorum alijs octoginta Capitibus*, exstant in Codice XXXIXno, num. 1.

26. ANONYMI cujusdam Autoris *Opus de Compositione Medicamentorum* exstat in Codice XXXIXno, num. 3.

27. ANONYMI cujusdam Autoris *Opus de Compositione & usu variorum Medicamentorum* exstat in Codice XLmo, num. 9.

28. ANONYMI cujusdam Autoris *Compositiones variorum Medicamentorum* exstant in Codice XLIIdo, num. 4, *Pauli Nicæni Capitibus centum triginta* similiter subjunctæ, ut in Codice XXXIIItio.

29. ANONYMI cujusdam Autoris *Eclogæ miscellaneæ ex Hippocratis, Galeni, aliorúmque veterum Medicorum & Philosophorum Operibus*, exstant in Codice XXXVIImo.

30. ANONYMI cujusdam Autoris *Miscellanea Medica, ex Galeno & alijs antiquis Autoribus collecta in usum Xenodochiorum & Nosocomiorum*, exstant in Codice XLImo.

31. ANONYMI cujusdam Autoris *Miscellanea quædam Medica* exstant in Codice Xmo, num. 2.

32. ANONYMI cujusdam Autoris *Collectio variorum Medicamentorum, divisa in Capita triginta novem*, exstat in Codice Xmo, num. 4.

33. ANONYMI cujusdam Autoris *Collectio variarum rerum Medicarum, divisa in Capita triginta duo*, exstat in Codice Xmo, num. 5.

34. ANONYMI cujusdam Autoris *Miscellanea Medica* exstant in Codice XIXno, num. 21.

35. ANONYMI cujuſdam Autoris *Miſcellanea quædam Medica* exſtant in Codice XXVIto, num. 3.

36. ANONYMI cujuſdam Autoris *Collectanea quædam Medica* exſtant in Codice XXXVIto.

37. ANONYMI cujuſdam Autoris *Collectanea Medica græco-barbara* exſtant in Codice XXVto, num. 7.

38. ANONYMI cujuſdam Autoris *Collectanea quædam Medica græco-barbara* exſtant in Codice XLmo, num. 1.

39. ANONYMI cujuſdam Autoris *Erotemata Medica* exſtant in Codice XXVIImo, num. 11.

40. ANONYMI cujuſdam Autoris *Quæſtio Medica cum ſubjunctâ Expoſitione* exſtat in Codice IIdo, num. 2.

41. ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervationes quædam Medico-Aſtrologicæ* exſtant in Codice XIXno, num. 11.

42. ANONYMI cujuſdam Autoris *Miſcellanea quædam Medico-Aſtrologica* exſtant in Codice XIXno, num. 23.

43. ANONYMI cujuſdam Autoris *Miſcellanea quædam Medica & Aſtrologica* exſtant in Codice XXVtō, num. 9.

44. ANONYMI cujuſdam Autoris *ſuperſtitioſæ quædam Obſervationes Medicæ & Aſtrologicæ* exſtant in Codice XXVIImo, num. 14.

45. ANONYMI cujuſdam *Chymici Chriſtiani Græci Experimenta quædam Chymica* exſtant in Codice LImo, num. 9, & in Codice LIIdo, num. 9. Ejuſdem *Liber ad Sergium de Aquâ divinâ* exſtat in Codice LImo, num. 10, & in Codice LIIdo, num. 10. Ejuſdem *varia Capita Chymica* exſtant in ijſdem duobus Codicibus, num. 16. Ejuſdem *Capita duo Chymica de Aquâ divinâ, & alia quædam Myſteria & Arcana Chymica* exſtant in ijſdem duobus Codicibus, num. 18, 19, 20, 22, 24.

46. ANONYMI cujuſdam antiqui Philoſophi Græci *Liber de Aquâ divinâ dealbationis & de reliquo Chryſopœiæ ſive Auri faciendi artificio* exſtat in Codice LImo, num. 6, & in Codice LIIdo, num. 6.

47. ANONYMI cujuſdam Autoris antiqui *Lexicon Chymicum Græcum cum adjunctis Characteribus ſive Notis Chymicis* exſtat in Codice LImo, num. 21, & in Codice LIIdo, num. 21.

Ex ANTONII *Cantacuzeni Obſervationibus Medicis Excerpta quædam* exſtant in Codice VIto, num. 3.

ANTYLLI *Fragmentum Medicum* exſtat in Codice XIXno, num. 5.

APHRO-

APHRODISÆVS seu APHRODISIENSIS; vide ALEXANDER.

ARCHELAI *Philosophi Christiani Poema Jambicum de Chrysopoeiâ sive Arte faciendi auri, versibus constans trecentis viginti duobus*, exstat in Cod. LImo, num. 32, & in Cod. LIIdo, num. 32.

ARISTOTELIS *Stagiritæ, Principis Peripateticorum*, qui seculo ante Christum *quarto* floruit, *Problemata quædam Physico-Medica* exstant in Codice XLImo.

ARTAXERXIS *Longimani, Regis Persarum, Epistolæ*; vide literam H, ubi agitur de HIPPOCRATE.

B.

BASSVS; vide CASSIANVS.

BASSVS; vide literam H, ubi agitur de HIPPOCRATE.

BERYTVS; vide VINDANIVS.

BLEMMIDES; vide NICEPHORVS.

C.

CALLISTI *Monachi Liber de Antidotis, Liber de Trochiscis, Liber de Emplastris, & Liber de compositione Oleorum*, exstant in Codice XImo, num. 3, 4, 5, 6.

CANTACVZENVS; vide ANTONIVS.

CASSIANVS BASSVS, ad quem *Hierocles Mulomedicus* scripsit; vide literam C, ubi agitur de Imp. CONSTANTINO, vel *Pogonato*, vel *Porphyrogenito*, cujus curâ & studio *Geoponicorum Libri viginti* collecti sunt.

CLAVDIVS *Ælianus*; vide ÆLIANVS.

CLAVDIVS *Galenus*; vide GALENVS.

CLAVDIVS *Ptolemæus Alexandrinus*; vide PTOLEMÆVS.

CLEOPATRÆ, *Reginæ Ægypti*, quæ anno ante Æram Christi communem *trigesimo* voluntariâ morte perijt, *Fragmentum Chymicum de Mensuris & Ponderibus* exstat in Codice LImo, num. 11, & in Codice LIIdo, num. 11. Ejusdem *Cleopatræ Chrysopoeia sive Ars faciendi auri* exstat in ijsdem duobus Codicibus, num. 14.

CONSTANTINVS *Africanus*; vide CONSTANTINVS *Rheginus*,

(1) Asyncritus corruptè pro Ἀσηκρῆτις sive A Secretis.

CONSTANTINVS (1) *Asyncritus* idem atq; CONSTANTINVS *Rheginus* seu *Africanus*.

(2) Asynkitus corruptè pro Ἀσηκρῆτις sive A Secretis.

CONSTANTINVS (2) *Asynkitus*, idem atq; CONSTANTINVS *Rheginus* seu *Africanus*.

Imp. CONSTANTINI, vel *Quarti* ejus nominis, cognomine *Pogonati*, vel *Septimi*, cognomine *Porphyrogeniti*, *Geoponica*, sive *Commentariorum de Agriculturâ Libri viginti, ex varijs antiquis Autoribus collecti*, exstant in Codice XLIXno.

CONSTANTINI *Rhegini*, *Roberti Guiscardi*, *Nortmannorum*, *Apuliæ*, *Calabriæ* & *Siciliæ Ducis*, Πρωτασηκρήτου sive *Protosecretarij*, qui A. C. 1072 factus est *Monachus Casinensis*, & aliàs à patriâ suâ *Constantinus Africanus* appellatur, *Opus Medicum de omnium ferè morborum, qui homini accidere possunt, cognitione & curatione*, inscriptum *Viatica peregrinantis*, & in *Libros septem* divisum, quod is in *Græcum* sermonem vertit ex *Syriaco*, quo illud partim ab *Epro*, filio Zaphar, nepote *Elgzezar*, partim autem ab *Achmede*, filio *Abramij*, nepote *Chaletis Medici*, primùm fuit compositum, exstat in Codice XXIXno, num. 1; in Codice XXXmo, num. 1; & in Codice XXXImo, num. 2. *Ex* ejusdem *Constantini Libro de Vrinis fragmentum* exstat in Codice XXIXno, num. 2, & in Codice XXXmo. Ejusdem *Constantini Antidotarium, ex Latinâ in Græcam Linguam translatum*, exstat in Codice XXIXno, num. 3, in Codice XXXmo, & in Codice XXXImo, num. 2.

COORVM *Epistola ad Artaxerxem*; vide literam H, ubi agitur de HIPPOCRATE.

(3) Vide Lib. II horum Commentariorum pag. 552.

CRATEVÆ cognomine *Rizotomi*, Magistri Artis Herbariæ præstantissimi, (3) qui seculo ante Christum *quinto Hippocrati* fuit synchronus, *Fragmenta quædam Botanica, ex Herbario ipsius desumpta*, exstant in Codice Vto, num. 1, & in Codice VIto, num. 1.

D.

DEMETRII *Constantinopolitani Orneosophicum*, sive *Opus de accipitrum educatione & curâ, in Libros duos divisum*, exstat in Codice XLVIImo, num. 1.

DEMOCRITI *Abderitæ*, qui seculo ante Christum *quinto* floruit, *Physica & Mystica supposititia, ad Chrysopoeiam sive Artem faciendi auri pertinentia*, exstant in Codice LImo, num. 4, & in Codice LIIdo, num. 4.

DIO-

DIOCLIS *Caryſtij, Medici dogmatici*, qui ſeculo ante Chriſtum *quinto* floruit, *Epiſtola ad Antigonum Regem de tuendâ ſanitate* exſtat in Codice XXmo, num. 3. Ejuſdem *Dioclis Epiſtola prophylactica ad Antigonum Regem de morborum præſagijs & eorundem extemporaneis remedijs* exſtat in Codice XXIIdo, num. 3; in Codice XXVto, num. 5; & in Codice XLmo, num. 10. Meminit hujus *Dioclis Plinius* lib. 26 cap. 2 his verbis: *Hippocratis certè, qui primus medendi præcepta clariſſimè condidit, referta herbarum mentione invenimus Volumina: nec minùs* DIOCLIS CARYSTII, *qui ſecundus ætate famâque exſtitit; item Praxagoræ & Chryſippi, ac deinde Eraſiſtrati.*

DIONYSIVS *Vticenſis*; vide literam C, ubi agitur de Imp. CONSTANTINO, vel *Pogonato*, vel *Porphyrogenito*, cujus curâ & ſtudio *Geoponicorum Libri viginti* collecti ſunt.

Ex DIOSCORIDIS *Anazarbenſis*, qui (1) ſeculo ante Chriſtum *primo* ſub *Impp. C. Julio Cæſare & Auguſto* floruit, *Libris quinque de Materiâ Medicâ Excerpta Botanica ordine alphabetico*, exſtant in Codice Vto, num. 1. Ejuſdem *Dioſcoridis Fragmenta quædam de Herbis* exſtant in Codice VIto, num. 1. Ejuſdem *de Materiâ Medicâ Liber primus & Libri ſecundi Capita priora viginti ſex cum anonymi cujuſdam Autoris antiquis Græcis Scholijs marginalibus, & cum variantibus Lectionibus ex duobus vetuſtis Codicibus MStis Bibliothecæ Venetæ Cardinalis Beſſarionis, & ex tertio quodam Nicolai Leonici, propriâ Petri Victorij manu in margine adſcriptis*, exſtant in Codice VIImo, num. 1. Ejuſdem *Dioſcoridis Alphabetum Medicum Empiricum ſuppoſititium* exſtat in Codice XImo, num. 7. *Ex* ejuſdem *Libris quinque de Materiâ Medicâ Lexicon Botanicum, ab anonymo quodam Autore ordine alphabetico collectum*, exſtat in Codice XXVIto, num. 4, & in Codice XXVIImo, num. 4. Ejuſdem *Dioſcoridis Alphabetum Medicum Empiricum ſuppoſititium* exſtat in Codice XXVIIIvo, num. 5. Ejuſdem *Præfatio in Libros quinque de Materiâ Medicâ* exſtat in Codice XXXVto, num. 4. Ejuſdem *Deſcriptio Plantarum ſecundùm alphabeti ſeriem ſuppoſititia* exſtat in eodem Codice XXXVto, num. 4. Ejuſdem *Libri quinque de Materiâ Medicâ integri, ut ipſe eos compoſuit*, exſtant in eodem Codice XXXVto, num. 6. Ejuſdem *Alexipharmaca* exſtant in eodem Codice XXXVto, num. 6. Ejuſdem *ſuppoſititium Alphabetum Medicum Empiricum* exſtat in Codice XLmo, num. 2.

(1) *Vide Lib. II horum Commentariorum pag.* 559.

E.

EPRUS, *Medicus Syrus*, filius *Zaphar*, nepos *Elgzezar*; vide literam C, ubi agitur de CONSTANTINO *Rhegino* seu *Africano*.

EROTIANI *Lexicon in Hippocratem ad Andromachum Imp. Neronis Archiatrum* exstat in Codice XXXVIIIvo, num. 2.

ESDRÆ, *Sacerdotis Legis divinæ Testamenti Veteris peritissimi*, qui seculo ante Christum *quarto* floruit, *suppostitia Recensio dierum infaustorum cujusque mensis* exstat in Codice XXVto, num. 9.

EVGENII cujusdam *Secretum Chymicum* exstat in Codice LImo, num. 27,& in Cod. LIIdo. num. 27.

EVTECNII *Sophistæ antiqua Græca & hactenùs inedita Paraphrasis prosaica in Nicandri Theriaca & Alexipharmaca, ut & in Oppiani Halieutica sive Poema de Piscatione, & in ejusdem Ixeutica sive Poema de Aucupio*, exstat in Codice Vto, num. 3. Ejusdem *Hypothesis sive Argumentum Theriacorum & Alexipharmacorum Nicandri* exstat in Codice VIto, num. 2.

G.

(1) *Vide Lib. II horum Commentariorum pag. 551.*

GALENI, (1) qui *Pergami in Asiâ Minori* natus est seculo post Christum *secundo*, nempe circa annum Christi centesimum trigesimum primum sub *Imp. Hadriano*, eodémque seculo desinente, septuagesimum agens ætatis annum, sub *Imp. L. Septimio Severo* obiit, *Libri septem Commentariorum in totidem Sectiones Aphorismorum Hippocratis Coi* exstant in Codice IIdo, num. 1. Ejusdem *Commentarius in Hippocratis Librum de salubri victûs ratione* exstat in eodem Codice IIdo, num. 6. Ejusdem *Commentarius tripartitus in Librum Prognosticorum sive Prænotionum Hippocratis* exstat in Codice IIItio, num. 6. Ejusdem *Fragmenta quædam Botanica* exstant in Codice Vto, num. 1, & in Codice VIto, num. 1. *Ex* ejusdem *Operibus Excerpta varia* exstant in Codice VIIIvo, num. 3. Ejusdem *Liber sextus, septimus, octavus, nonus, decimus & undecimus de Simplicium Medicamentorum facultatibus* exstant in Codice IXno. Ejusdem *Therapeuticorum sive de Curatione ad Glauconem Libri duo* exstant in Codice Xmo, num. 1. Ejusdem *Libellus de Febri* exstat in eodem Codice Xmo, num. 2. Ejusdem *Libellus de Pulsu* exstat in eodem Codice Xmo, num. 3. Ejusdem *Definitiones Medicæ* exstant in eodem Codice Xmo, num. 9. Ejusdem *Libellus de optimis secundùm naturam urinis* exstat in eodem Codice Xmo, num. 10. Ejusdem *Liber de Urinarum*

rum differentiâ exſtat in eodem Codice Xmo, num. 11. Ejuſdem *Liber de Pulſu ad Teuthranem* exſtat in eodem Codice Xmo, num. 12. Ejuſdem *Libri duo de curatione ad Glauconem* exſtant in Codice XImo, num. 1. Ejuſdem *de locis affectis Libri ſex* exſtant in Codice XIImo. *Ex* ijſdem *Libris de locis affectis, & ex alijs quibuſdam ejuſdem Galeni Operibus, Excerpta quædam* exſtant in Codice XIIIto. *Ex* ejuſdem *Scriptis de ſtructurâ hominis Excerptâ quædam græco-barbara* exſtant in Codice XIVto, num. 1. *Ex* ejuſdem *Galeni Operibus Eclogæ græco-barbaræ, in Capita centum ſeptuaginta ſex diviſæ*, exſtant in eodem Codice XIVto, num. 2. *Ex* ejuſdem *Operibus Excerpta de Medicamentis ſuccedaneis ordine alphabetico* exſtant in Codice XIXno, num. 6. *Ex* ejuſdem *Operibus alia quædam Excerpta* exſtant in eodem Codice XIXno, num. 18. Ejuſdem *Medicamenta ſuccedanea ordine alphabetico* exſtant in Codice XXImo, num. 6. Ejuſdem *fragmenta de Phlebotomiâ* exſtant in Codice XXVIto, num. 3. *Ex* ejuſdem *Operibus*, & quidem præcipuè *ex* illius *Prognoſtico ſeu Libro Prænotionum, Excerpta quædam de Pulſibus* exſtant in Codice XXVIImo, num. 1. Ejuſdem *Medicamenta ſuccedanea ordine alphabetico* exſtant in eodem Codice XXVIImo, num. 5. Ejuſdem *Libellus de Humoribus ex Hippocrate* exſtat in Codice XXVIImo, num. 10. *Ex* ejuſdem *Galeni Operibus Excerpta de Phlebotomiâ* exſtant in Codice XXVIImo, num. 12 & 13. Ejuſdem *Epiſtola de Pulſibus ad Teuthranem* exſtat in Codice XXVIIIvo, num. 2. Ejuſdem *Fragmenta quædam de Phlebotomiâ* exſtant in eodem Codice XXVIIIvo, num. 4. Ejuſdem *Medicamenta ſuccedanea ordine alphabetico* exſtant in Codice XXIXno, num. 5, & in Codice XXX, num. 1. *Ex* ejuſdem *Libro ad Patrophilum de Pleuritide Excerptum* exſtat in Codice XXXmo, num. 4. Ejuſdem *Fragmenta varia* exſtant in eodem Codice XXXmo, num. 6. *Ex* ejuſdem *Operibus Excerpta quædam græco-barbara de Vrinis & de Pulſu* exſtant in Codice XXXImo, num. 1. Ejuſdem *Medicamenta ſuccedanea ordine alphabetico græco-barbarè* exſtant in eodem Codice XXXImo, num. 2. Ejuſdem *Liber ſextus, ſeptimus & octavus de ſimplicium Medicamentorum facultatibus ordine alphabetico* exſtant in Codice XXXIVto, num. 2. *Ex* ejuſdem *Libro primo de Antidotis fragmentum, quo continetur Andromachi Senioris, patriâ Cretenſis, ad Imp. Neronem, cujus fuit Archiater, Carmen elegiacum de compoſitione Theriacæ per admixtionem carnium viperinarum*, exſtat in eodem Codice XXXIVto, num. 3. Ejuſdem *Galeni Libri duo de differentiâ Febrium* exſtant in Codice XXXVto, num. 5.

Ejuſdem *Definitiones Medicæ* exſtant in eodem Codice XXXVto, num. 8. Anonymi cujuſdam Autoris *Tabulæ Diviſionum, quæ exſtant in* ejuſdem *Galeni Libro de Sectis, in Libris duobus de Curatione ad Glauconem, in Libro de Pulſibus ad Teuthranem, in Libro de Differentiâ morborum, in Libro de Cauſis morborum, in Libro de Differentiâ ſymptomatum, & in Libris tribus de Cauſis ſymptomatum,* exſtant in eodem Codice XXXVto, num. 12. *Ex* ejuſdem *Operibus Excerpta de ſtructurâ hominis* exſtant in Codice XXXVIImo. Ejuſdem *Medicamenta ſuccedanea* exſtant in Codice XXXIXno, num. 2. Ejuſdem *Galeni Teſtamentum ſuppoſititium* exſtat in Codice XLmo, num. 1. Ejuſdem *Medicamenta ſuccedanea* exſtant in eodem Codice XLmo, num. 3 & 11. *Ex* ejuſdem *Operibus Excerpta quædam* exſtant in Codice XLImo.

GEORGII Piſidæ, *Diaconi & Chartophylacis Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*, qui circa annum Chriſti 630 ſub *Imp. Heraclio* claruit, *Hexaëmeron* ſive *Poema de ſex dierum Opificio Mundi* exſtat in Codice XLVIIIvo, num. 1,

H.

HELIODORI, *Emeſæ in Phoeniciâ nati, Philoſophi,* & poſteà *Tricæ in Theſſaliâ Epiſcopi*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quarto* floruit, *Poema Jambicum ad Imp. Theodoſium Magnum ſive Seniorem de Chryſopoeiâ, ſive Arte faciendi auri, verſibus conſtans ducentis ſexaginta octo*, exſtat in Codice LImo, num. 29, & in Cod. LIIdo, num. 29.

HERMETIS *Triſmegiſti*, ſive, *Mercurij Termaximi*, qui ſeculo ante Chriſtum *decimo ſexto*, quo *Moyſes* natus eſt, floruit, *fragmentum ſuppoſititium de Ponderibus Medicis* exſtat in Codice XXVto, num. 6. Ejuſdem *aliud quoddam fragmentum ſuppoſititium græco-barbarum* exſtat in Codice XXXImo, num. 1. Ejuſdem *ſuppoſititia Opuſcula Medica & Aſtrologica novem ad diſcipulum ſuum Aſclepium ſive Æſculapium*: nempe *de Herbis ſacris duodecim Signorum Zodiaci & ſeptem Planetarum; de triginta ſex Decanis duodecim Signorum Zodiaci; de Animalibus volatilibus; de Animalibus quadrupedibus; de Animalibus aquatilibus; de Gemmis ſeu Lapidibus pretioſis; de Characteribus ſive Notis Ponderum & Menſurarum; de Melomantiâ, ſive, de Divinatione ex membris humani corporis; & de Arithmomantiâ, ſive, de Divinatione ex numeris*; exſtant in Codice Lmo, num. 1. Ejuſdem *Fragmentum Chymicum ſuppoſititium* exſtat in Codice LImo, num. 8, & in Codice LIIdo, num. 8. Vide etiam literam P, ubi agitur de

de PTOLEMÆO *Alexandrino*, & literam Z, ubi agitur de ZOSIMO.

HIEROPHILI *Sophistæ Liber de Diætâ secundùm duodecim menses*, & ejusdem *Liber de facultatibus alimentorum*, exstant in Codice XXVIIIvo, num. 7 & 8.

HIEROTHEI *Philosophi Christiani Methodus faciendi Auri, oratione prosâ*, exstat in Cod. LImo, num. 28, & in Cod. LIIdo, num. 28. Ejusdem *Poema Jambicum de Chrysopociâ sive Arte faciendi auri, versibus constans ducentis triginta*, exstat in Cod. LImo, num. 31, & in Cod. LIIdo, num. 31.

HIPPOCRATIS *Coi*, qui seculo ante Christum *quinto* floruit, *Liber de Internis Affectionibus* exstat in Codice Imo, num. 1. Ejusdem *Liber de Affectionibus* exstat in eodem Codice Imo, num. 2. Ejusdem *Liber de Morbo sacro* exstat in eodem Codice Imo, num. 3. Ejusdem *Libri tres priores de Morbis* exstant in eodem Codice Imo, num. 4. Ejusdem *Libri tres de Victûs ratione* exstant in eodem Codice Imo, nũ. 5. Ejusdem *Libri duo de Morbis mulierum* exstant in eodem Codice Imo, num. 6. Ejusdem *Aphorismi in septem Sectiones divisi, & totidem Galeni Commentarijs illustrati*, exstant in Codice IIdo, num. 1. Ejusdem *Aphorismi cum Expositione Stephani Atheniensis* exstant in Codice IIItio, num 1. Ejusdem *Liber Aphorismorum cum anonymi cujusdam Autoris Præfatione* exstat in Codice IVto, num. 1. Ejusdem *Libellus de fœtûs in utero mortui exsectione* exstat in Codice VIImo, num. 2. Ejusdem *Aphorismi in Sectiones septem divisi* exstant in Codice Xmo, num. 6. Ejusdem *Prognosticon, sive, Liber Prænotionum in tres Sectiones divisus* exstat in eodem Codice Xmo, num. 7. Ejusdem *Epistola ad Ptolemæum Regem* exstat in eodem Codice Xmo, num. 8. *Ex* ejusdem *Hippocratis Operibus Excerpta varia* exstant in Codice XIIItio. *Ex* ejusdem *Operibus Excerpta græco-barbara de structurâ hominis* exstant in Codice XIVto, num. 1. *Ex* ejusdem *Operibus Eclogæ græco-barbaræ, in Capita ducenta viginti duo divisæ*, exstant in Codice XIVto, num. 3. Ejusdem *suppostitius Liber Mysteriorum de præsignificatione vitæ & mortis humanæ, in sepulcro ipsius, jussu Imp. C. Julij Cæsaris aperto, in pulpito sub capite inventus, & ab ejusdem Medico Modonosio publicatus*, exstat in Codice XIXno, num. 8. Ejusdem *Hippocratis Aphorismi in septem Sectiones divisi* exstant in Codice XXVIImo, num. 6. Ejusdem *Epistolæ duæ ad Ptolemæum Regem* exstant in Codice XXVIIIvo, num. 6. Ejusdem *Liber de Vlceribus* exstat in Codice XXXImo, num. 2. *In* eundem *Hippocratem Epi-*

gramma Sotadicum Nicomedis, vel ſecundum alios *Baſſi*, exſtat in Codice XXXIIItio, num. 3. Ejuſdem *Hippocratis Aphoriſmi* exſtant in Codice XXXIVto, num. 4. Ejuſdem *Fragmentum de ſanguinis miſſione* exſtat in Codice XXXVto, num. 1. *In ejuſdem Aphoriſmos Stephani Athenienſis Scholia* exſtant in eodem Codice XXXVto, num 7. *Artaxerxis Regis Perſarum Epiſtolæ tres de Hippocrate*, nempe *ad Pætum*, *ad Hyſtanem Helleſponti Præfectum*, & *ad Coos*, *unà cum Pæti*, *Hyſtanis & Coorum Epiſtolis reſponſorijs*, exſtant in Codice XXXVIto. *Hyſtanis Epiſtola ad Hippocratem, & Hippocratis Reſcriptum ad Hyſtanem*, exſtant in eodem Codice XXXVIto. *Hippocratis Epiſtola ad Demetrium* exſtat in eodem Codice XXXVIto. *Senatûs Populiq; Abderitani Epiſtola ad Hippocratem*, & *Hippocratis Reſcriptum ad Senatum Populúmq; Abderitanum*, exſtant in eodem Codice XXXVIto. Ejuſdem *Hippocratis Liber de geniturâ hominis* exſtat in Codice XXXVIImo. *Ex* ejuſdem *Operibus Excerpta de ſtructurâ hominis* exſtant in eodem Codice XXXVIImo. *Erotiani Lexicon in Hippocratem ad Andromachū Imp. Neronis Archiatrum* exſtat in Codice XXXVIIIvo, num. 2. Anonymi cujuſdam antiqui Autoris Græci *Variæ Lectiones, Emendationes & Notæ in Hippocratis Opera*, *& in Vitam ejuſdem à Sorano Epheſio Juniore conſcriptam*, exſtant in eodem Codice XXXVIIIvo, num. 3. *Ex* ejuſdem *Hippocratis Operibus Excerpta quædam de quatuor Elementis*, *& de quatuor Humoribus*, *quibus conſtat homo*, exſtant in Codice XLIIdo, num. 3. Vide etiam literam G, ubi agitur de GALENO.

HYSTANIS *Præfecti Helleſponti Epiſtolæ*; vide ſuprà, ubi agitur de HIPPOCRATE.

I.

(1) Vide Lib. VI horum Commentariorum pag. 112 & 113.

IOANNIS cognomine *Actuarij*, *Zachariæ filij*, (1) qui ſeculo poſt Chriſtum *decimo quarto* ſub *Imp. Andronico Palæologo Seniore* ejuſque nepote *Imp. Andronico Juniore* floruit, & *Opus* ſuum *de Methodo medendi Apocaucho*, *Magno Duci & Gubernatori totius Aulæ Conſtantinopolitanæ* dedicavit, *Libri ſeptem de Vrinis* exſtant in Codice IIItio, num 5. Iidem *Libri ſeptem* exſtant etiam in Codice XXI, num. 1. Ejuſdem *Libri duo de ſpiritûs animalis actionibus & nutritione ad Joſephum Rhacendytam* exſtant in eodem Codice XXI, num. 2. Ejuſdem *Actuarij Epitome totius Artis Medicæ*, *in Capita nonaginta novem diviſa*, ſive re verâ, *Liber primus & ſecundus de Methodo medendi* exſtant in eodem Codice XXI, num. 3. Ejuſdem Actuarij

Liber

Liber tertius de Methodo medendi exſtat in eodem Codice XXImo, num. 4. Ejuſdem *Liber ſextus de Methodo medendi* exſtat in eodem Codice XXImo, num. 5. Ejuſdem *Liber quartus de Methodo medendi* exſtat in eodem Codice XXImo, num. 7. Ejuſdem *Liber quintus de Methodo medendi* exſtat in eodem Codice XXImo, num. 8. Ejuſdem *Liber quartus & Liber quintus de Methodo medendi* exſtant in Codice XXIIdo, num. 1 & 2. Ejuſdem *Libri ſex de Methodo medendi* exſtant in Codice XXIIItio, ſed ſub nomine *Pyropuli*.

IOANNIS, filij *Meſuæ* ſive *Moyſis, Damaſceni*, Medici *Arabis* celeberrimi, qui ſecundùm *Conradum Geſnerum* circa annum Chriſti 1158 floruit, *Remedium purgandi capitis & ſtomachi* exſtat in Codice XXVto, num. 7. Ejuſdem *Liber de ſimplicibus Medicamentis purgantibus, in quinq; Tmemata ſive Sectiones diviſus*, & perperàm *S. Joanni Damaſceno* attributus, exſtat in Codice XXIXno, num. 4; in Codice XXXmo, num. 1; & in Codice XXXImo, num. 1.

IOANNIS, *Epiſcopi Preſdrianorum, Liber de Vrinis* exſtat in Codice XIXno, num. 20.

ISAACI *Judæi, filij adoptivi Salomonis Arabiæ Regis, Remedium purgandi capitis & ſtomachi* exſtat in Codice XXVto, num 7.

L.

LEONIS *Philoſophi & Medici Synopſis Artis Medicæ ad quendam Georgium, diviſa in Libros ſeptem*, exſtat in Codice Xmo, num. 15.

S. LVCÆ *Evangeliſtæ*, profeſſione *Medici, Halation* ſive *Embamma ſalſum* exſtat in Codice XIXno, num. 22; in Codice XXIVto num. 2; in Codice XXVIImo, num. 7; & in Cod. XXXIIItio, num. 2.

M.

MAGISTRIANI cujuſdam *duplex Curatio leproſorum* exſtat in Codice XXmo, num. 2.

MARCELLI *Sideta*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. M. Antonino Philoſopho* claruit, *Liber de Pulſibus, ab anonymo quodam Autore ex Carmine heroico in proſam orationem paraphraſticè translatus*, exſtat in Codice XXXVto, num. 10.

MAXIMI *Planudis Opuſcula duo Medica*; vide literam N, ubi agitur de NICEPHORO *Blemmidâ*.

Ex MELETII, *Philoſophi, & Monachi Monaſterij S. Trinitatis apud*

apud Tiberiopolim in Phrygiâ Majore, Opere de Naturâ structurâque hominis Excerpta quædam exstant in Codice XIVto, nũ. 1. *Ex* ejusdem *Meletij Jatrosophio Ecloga græco-barbaræ, in Capita ducenta septendecim divisæ*, exstant in eodem Codice XIVto, num. 4. Ejusdem *Meletij Liber de Naturâ structurâque hominis* exstat in Codice XIXno, num. 1. Idem ejusdem *Meletij Liber cum Anonymi cujusdam antiqui Autoris Græci Præfatione* exstat in Codice XXmo, num. 1. *Ejusdem Libri Epitome, ab anonymo quodam Autore composita*, exstat in Codice XXVIImo, num. 9.

MESVE; vide JOANNES, *filius Mesuæ sive Moysis, Damascenus.*

MICHAELIS *Pselli*, qui circa annum Christi 1078 obijt, *Syntagma de Alimentorum facultatibus ad Imp. Michaelem Ducam ordine alphabetico* exstat in Codice XLVIImo, num. 2. Ejusdem *Liber de Diætâ ad Imp. Constantinum Monomachum* exstat in eodem Codice XLVIImo, num. 3.

MODONOSIVS *Imp. C. Julij Cæsaris Medicus*; vide literam H, ubi agitur de HIPPOCRATE.

MOSCHIONIS, *Medici Græci*, (1) qui ab anno Christi *sexagesimo nono* usque ad annum circiter *centesimum* floruit, *Liber de Muliebribus Passionibus, in Capita centum quinquaginta duo divisus*, exstat in Codice XXXIIdo.

(1) *Vide Lib. V horum Commentariorum pag. 138.*

MOYSIS, *Prophetæ & Legislatoris Hebræorum*, qui seculo ante Christum *decimo quinto* obijt, *Secretum Chymicum supposititium*, inscriptum Δίπλωσις, sive *Duplicatio*, exstat in Cod. LImo, num. 26, & in Cod. LIIdo, num. 26.

MYREPSVS; vide NICOLAVS.

N.

NICANDRI *Colophonij*, celeberrimi Medici, Historici, Poetæ & Grammatici, (2) qui seculo ante Christum *secundo* sub *Attalo tertio* ejus nominis ultimóque Pergami Rege floruit, *Theriaca & Alexipharmaca, ab Eutecnio Sophistâ prosâ oratione paraphrasticè reddita*, exstant in Codice Vto, num. 3. Ejusdem *Theriacorum & Alexipharmacorum Hypothesis sive Argumentum, ab Eutecnio Sophistâ compositum*, exstat in Codice VIto, num. 2.

(2) *Vide Lib. II horum Commentariorum pag. 565.*

NICEPHORI *Blemmidæ*, qui circa annum Christi 1272 obijt, *Opuscula quatuor Medica*, quorum primum, *Notitia Mensurarum Medicarum*; secundũ, *Canticum seu Carmen de judicando de sanguine phlebo-*

phlebotomiæ ægrotorum; tertium, *Canticum de Vrinis ægrotorum*; quartum, *Cognitiones & Curationes morborum humanorum in centum triginta Capita divisæ*; exſtant in Codice XXmo, num. 2. Ejuſdem *Cantica Medica duo de Vrinis & de ſanguine Phlebotomiæ* exſtant in Codice XLmo, num. 5, & in Codice XLIIdo, num. 2.

NICEPHORI *Patriarchæ Conſtantinopolitani Oneirocriticon* ſive *Interpretatio Somniorum verſibus Jambicis ſecundùm ordinem alphabeti*, exſtat in Codice XXmo, num. 5.

NICOLAI *Myrepſi Alexandrini Opus de Compoſitione Medicamentorum*; vide literam A, ubi agitur de ANONYMIS num. 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, & lit. C, ubi agitur de CALLISTO *Monacho*.

NICOMEDES; vide literam H, ubi agitur de HIPPOCRATE.

O.

OLYMPIODORI *Thebani* ſive *Thebis Ægyptijs oriundi*, *Philoſophi Platonici Alexandrini* religione *Gentilis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quinto* ſub *Imp. Theodoſio juniore* floruit, *Commentarius ſecundùm operationem Zoſimi in ea, quæ ab Hermete & alijs Philoſophis de Chryſopœiâ ſive Arte faciendi auri fuerunt dicta*, exſtat in Codice LImo, num 23, & in Codice LIIdo, num. 23.

OPPIANI *Cilicis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *tertio* ſub *Imp. Septimio Severo & Antonino Caracalla* floruit *Halieutica ſive Poema de Piſcatione & Ixeutica ſive Poema de Aucupio*, *ab Eutecnio Sophiſtâ proſâ oratione paraphraſticè reddita*, exſtant in Codice Vto, num. 3.

Ex ORIBASII *Pergamenſis, qui ſeculo poſt Chriſtum quarto Imp. Juliani Apoſtatæ fuit Medicus, familiaris*, & *promotor ad Imperium, magno ſeptuaginta Librorum Syntagmate Medico, jam memorati Imp. Juliani juſſu collecto, anonymi cujuſdam Autoris Eclogæ ſive Excerpta variorum Remediorum* exſtant in Codice Xmo, num. 16. Ejuſdem *Oribaſij Synopſeos Medicæ ad filium Euſtathium Libri novem* exſtant in Codice XVIto. *Ex* ejuſdem *Oribaſij Scriptis Synopſis compendiaria totius Artis Medicæ, juſſu Imp. Conſtantini Porphyrogeniti à Theophane collecta*, exſtat in Codice XXImo, num. 9; in Codice XXIVto, num. 1; in Codice XXVto, num. 1; & in Codice XLmo, num. 8.

ORPHEI Thracis, unius ex Argonautis, qui ſeculo ante Chri-

ſtum XIIItio floruit, *Libellus ſuppoſititius proſaicus de Gemmis* exſtat in Codice XXXmo, num. 5.

OSTANIS *Philoſophi Ægyptij*, cognomine *Magni* & *Senioris*, qui ſeculo ante Chriſtum *quinto* ſub *Xerxe Rege Perſarum* floruit, ejuſq; expeditioni in Græciam anno ante initium vulgaris Æræ Chriſtianæ 480 interfuit, *Epiſtola Chymica ſuppoſititia*, ſed antiqua, *ad Petaſium de compoſitione, uſu & effectu Aquæ Argenti vivi* exſtat in Codice LImo, num. 3, & in Codice LIIdo, num. 3.

P.

PÆTI *Epiſtola*; vide literam H, ubi agitur de HIPPOCRATE.

PAMPHILI, *Grammatici Alexandrini* & *Medici*, (1) qui ſeculo ante Chriſtum *ſecundo* floruit, & celeberrimi Critici *Ariſtarchi* fuit diſcipulus, *Fragmenta quædam Botanica*, deſumpta ex ipſius *Hiſtoriâ herbarum alphabeticâ*, exſtant in Codice Vto, num. 1. & 2.

(1) *Vide Lib. II horum Commentariorum pag. 528 & 534.*

PAPPI *Philoſophi Chriſtiani, qui Stephani Alexandrini*, ſub *Imp. Heraclio* florentis meminit, *Secretum Chymicum* exſtat in Cod. LImo, num. 25, & in Cod. LIIdo, num. 25.

Zosimi Ἱστορία τῆς νέας ἐκδόσεως etiamnunc exstat integra, nec quidquam in fine deest, p. 186, 187.
Zuingerus; vide *Theodorus*.

INDICIS TERTII PARTIS SECVNDÆ LIBRI SEXTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI FINIS.

COLLATIO NOVI ET ANTIQVI NVMERI CODICVM MANVSCRIPTORVM MEDICORVM GRÆCORVM QVINQVAGINTA DVORVM, DE QVIBVS PARTE SECVNDA SEXTI HVIVS COMMENTARIORVM LIBRI SECVNDVM PRÆSENTEM COLLOCATIONIS EORVM ORDINEM SINGVLATIM ACTVM EST.

Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*	Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*
1	1.	27	34.
2	19.	28	39.
3	9.	29	5.
4	ſine numero.	30	21.
5	3.	31	6.
6	ſine numero.	32	ſine numero.
7	ſine numero.	33	29.
8	28.	34	ſine numero.
9	30.	35	4.
10	12.	36	ſine numero.
11	10.	37	27.
12	20.	38	7.
13	35.	39	36.
14	23.	40	24.
15	ſine numero.	41	38.
16	Theolog. 231.	42	ſine numero.
17	14.	43	17.
18	2.	44	33.
19	11.	45	Philoſoph. 9.
20	18.	46	Philoſoph. 171.
21	22.	47	25.
22	37.	48	Philoſoph. 89.
23	16.	49	Philoſoph. 149.
24	26.	50	Philoſoph. 272.
25	8.	51	ſine numero.
26	32.	52	ſine numero.

Ex jam enumeratis
Codicibus manuſcriptis Medicis Græcis
ſunt
Membranacei quinque:

nempe ſecundùm Numerum *novum* 1mus, 4, 5, 10, 34;

Chartacei autem *quadraginta ſeptem*:

nempe ſecundùm Numerum *novum* 2dus, 3, 6, 7, 8, 9, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52.

LIBRI SEXTI COMMENTARIORUM DE AUGUSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI APPENDIX,

QUA CONTINENTUR VARIA ADDITAMENTA, NON SOLUM AD IAM MEMORATUM LIBRUM SEXTUM, VERUM ETIAM AD PRIORES QUINQUE LIBROS, PERTINENTIA.

ADDITAMENTUM I.

pertinens ad Libri *primi* pag. 11 & 12, ubi fit mentio *Holsteniani Monumenti sepulcralis Romæ in Ecclesiâ Germanorum, appellatâ S. Mariæ de Animâ.*

QVandoquidem Libri *primi* horum Commentariorum pag. 11 & 12 *Monumenti sepulcralis* Avunculi mei *Lucæ Holstenij*, ab Eminentissimo Principe *Francisco* S. R. E. Cardinale *Barberino Romæ in Ecclesiâ Germanorum*, appellatâ *S. Mariæ de Animâ*, in honorem ejus magnificè erecti, debitam quidem feci mentionem, sed, prout tempus tunc ferebat, non nisi nudam illius Inscriptionem ibi exhibere potui, supplendæ nunc istius observantiæ causâ integrum illud hîc repræsento æri incisum cum verâ Ipsius *Effigie*, quam, præstantissimi Pictoris accuratissimâ manu Romæ ad vivum depictam, in Museo meo adservo & vene-

ror. Cæterùm ne repetita hæc iſtius *Monumenti* mentio planè ſolitaria ſit, adjungo ecce *viginti duas Epiſtolas*, ab eodem *Avunculo* ad me valdè adhuc juvenem A. 1640, 1641, 1644, 1645, 1646, 1647 & 1650, partim *Hamburgum*, partim *Amſterodamum*, partim *Lutetiam*, partim *Toloſam* miſſas; quas ob nativam ſtyli elegantiam, prudentiſſima monita & præcepta, ac variam rerum eruditarum notitiam, non conſervatione ſolùm privatâ, ſed & publicâ luce digniſſimas exiſtimo.

EPISTOLA I;
Hamburgum.

Petro Lambecio, Nepoti meo chariſſimo, Lucas Holſtenius S. P. D.

EPiſtolium meo rogatu abs te ſcriptum, Suaviſſime Petre, indolis atque ingenij tui ſpecimen mihi fuit longè gratiſſimum. Facilè enim perſpexi, quàm felici pede virtutis & doctrinæ iter ſis ingreſſus, & quàm gnaviter jam ſpem atque exſpectationem meam præverteris. Ego quamvis de tuâ in cœptis ſtudiorum laboribus conſtantiâ non dubitem, cohortari tamen te volui, ut, quod tuâ ſponte te facturum confido, id meo rogatu atque etiam juſſu praſtes urgeáſque alacriùs. Et cùm univerſum Sapientiæ ſtudium duabus potiſſimùm partibus conſtet, ut animum quàm maximâ & pulcherrimâ divinarum humanarúmq; rerum cognitione inſtruas, & ut ea, quæ animo complexus es, puro & copioſo ſermone proferre poſſis, in utroque multum tibi ſtudij ponendum exiſtimes ad egregiam laudem conſequendam, ne vel barbaram atque infantem tibi pares Sapientiam, vel caſſam & inanem rerum bonarum loquacitatem. Cúmque omnis vera ac ſolida eruditio Græcis Latiniſq; literis ſit conſignata, ac proinde Linguarum cognitio clavis inſtar ſe habeat, ſine quâ reconditas Sapientiæ opes fruſtrà te aditurum ſperes, illa nunc præcipuè tibi comparanda erit optimorum Autorum lectione atque uſu; uſum verò maximè acquires, ſi multa eáque optima ex aurei ſeculi Scriptoribus ita legendo ediſcas, ut ſcripturus aut locuturus ſemper habeas in numerato. Vale chariſſime Nepos, & tuæ induſtriæ ac ſedulitatis exemplo Lucam fratrem ad ſtudiorum amorem excita. Romæ (1) pridie Kalendas Majas A. cIↄ Iↄc XL.

(1) *Agebā tunc annū ætatis* decimum tertium; *nempe reſpectu diei decimi tertij Aprilis ſtyli novi A.* 1628.

EPI-

EPISTOLA II;

Hamburgum.

Optime & charissime Petre:

BIna, quæ Parens tuus ad me misit, diligentiæ atque industriæ tuæ specimina per mihi grata fuere. Quid enim gratius aut jucundius mihi accidere possit, quàm ut eâ ætate, quâ alij vix primos flores promittunt, jam aliquem ingenij tui fructum videam? Quocirca cohortatione meâ ad te excitandum non est opus, cùm adeò gnaviter in virtutis studio decurras. Hoc tantùm monendum duxi, ne ita ingenij præstantiæ fidas, ut laborem studiúmque te compendi facere posse existimes; quin ita potiùs rem putes, hæc Dei ac naturæ munera perinde nobis concedi ad studiorum curriculum feliciter absolvendum, ut secundus ventus ad navigandum adspirat. Nam ni vela explices, ventóque obvertas, & clavum prudenter moderere, haud ampliùs proficias, quàm qui vento destitutus, remis sedulò incumbit; quem sæpiùs in portum appellere videas, dum alterum incuriâ & negligentiâ in vada aut scopulos impellit. Græcæ linguæ studium nunquam tibi satis commendaverim; ea utramque eruditionis paginam facit. Terentium & Ciceronem semper præ manibus & in oculis habeto, ut optimos Latini sermonis Magistros; quibus quanto magis delectaberis, eo te ampliùs in literis profecisse cognosces. Sed hæc ex (1) Præceptore tuo rectiùs & copiosiùs intelliges; quem cùm suo loco Parentes tibi erudiendo præfecerint, in amoris & honoris societatem admiserunt. Vale, & me tui amantissimum redama. Romæ (2) A. cIↃ IↃc XL Kal. Septembr.

Tui amantissimus avunculus

Lucas Holstenius.

EPISTOLA III;

Hamburgum.

Optimæ Indolis Adolescenti Petro Lambecio, Sororis filio Lucas Holstenius S.

QVàm gnaviter sedulóque studijs incumbas, charissime & jucundissime Petre, & Parentum commendatio & tuæ literæ testantur. Hæ sanè luculentum diligentiæ specimen exhibent, unde facilè perspicio, quàm læta incrementa indies studia tua capiant. Neque est quod te satis tuâ sponte concitatum exstimulem, cùm etiam vota mea viceris; id saltem moneo, ut cùm nascendi series medium te inter (3) Joañem & (4) Lucam fratres collocârit, sedulò des operam, ut

(1) *Nomen illi erat* Joañes Palladius.

(2) *Agebã tunc annũ ætatis* decimum tertium.

(3) *Vide de eo Librorum Commentar. p.* 11.

(4) Obijt *is præmaturè A.* 1661. *d.* 4. *Maij, cum proximè præcedenti Anno* 1660. *d.* 10. *Januar.* Patavij Philosophiæ & Medicinæ Doctor *creatus, ex Italiá domum rediisset. Vide etiam Catalogum Librorum à me editorum num. VI, pag.* 7.

ut alterum presso vestigio subsequaris, alteri ipse exemplum præbeas, quo ad studiorum curriculum alacriùs excitetur. Itaque turpe tibi futurum existimes, si vel alter longiùs te à tergo relinquat, alter antecedentem occupet; quod quidem facilè cavebis, si ita tempus colloces in studijs, ut nunquam ocio vel ineptijs indulgeas. Æquè enim malè pereunt bonæ horæ aliena, quàm nihil agendo. Tu sæpiùs ad me scribe, atque id cura, ut in scriptione veterum Autorum Terentij, Ciceronis, ac Plauti imitatio aliqua eluceat. Vale. Romæ (1) postrid. Id. Februarij cIↄ Iↄc XLI.

EPISTOLA IV;
Hamburgum.

Petro Lambecio, Nepoti meo charissimo,
Lucas Holstenius S. P. D.

Bene sit Optimo (2) Principi, cujus humanitati etiam literas tuas exoptatissimas debeo. Fuit hæc coronis beneficiorum, quæ ab ejus benignitate in me profecta sunt plurima, quòd visere ad vos dedignatus non fuerit. Ego verò indolem tuam exosculor, & animum bonæ mentis amantem non solùm laudo, sed etiam exstimulo, & quàm possum maximè cohortor, ut spretis Germanicarum Academiarum (3) ganeis & popinis, quibus ingenium pariter & pudor deteritur, ad celebriores Belgij, Galliæ & Italiæ scholas quamprimùm te conferas, & clarissimis Europæ luminibus te adjungens, iis virtutis & sapientiæ Magistris utare. Non dubito, quin, eodem Illustrissimo Principe referente, cognôris, quonam hìc in Vrbe sim loco, & quæ mihi meisque studiis parârim subsidia: quæ licet maxima non sint, neque ad invidiam usque opulenta, otio tamen literario cum aliquo decore sustentando sufficiunt. Est mihi adhæc Bibliotheca, Codicibus non solùm editis, sed etiam manuscriptis, Græcis præsertim, probè instructa; quam ego cum Crassorum vestrorum opibus commutare nolim. Hæc χρήσει καὶ κλήσει tua erit, ubi ad me veneris. Venies autem, si studiis tuis consultum velis; quæ nulli mortalium magis quàm mihi curæ cordique erunt. Si Parentes Italicæ profectioni obluctentur, haud improbaverim, imò suaserim etiam, ut Belgium primùm adeas, atque inde te conferas in Galliam, unde facilior in Italiam excursus. Vbi intellexero quid consilij cœperis, submittam literas commendatitias, quæ aditum ad doctorum Virorum alloquium & amicitiam tibi aperiant, ne planè hospes ad nos venias. Interim, dum patrio nido affixus hæres, temporis rationem sedulò abs te exigas, ne in hoc ætatis & ingenij vigore vel momentum tibi otioso effluat. In

(1) *Agebā tunc annū ætatis* decimum tertium.

(2) *Erat is* Franciscus Carolus, *Saxoniæ Inferioris Dux Lauenburgēsis.*

(3) *Verba hæc, primo intuitu nimis dura & rigida, non sunt generaliter & simpliciter accipienda, ac si* Germanicæ Academiæ *per se damnarentur; sed restrictissimè, & tantùm respectu perniciosissimi* Pedantismi, *qui in earū nonnullis negligentiâ debitæ disciplinæ invaluit, & illis ipsis, apud quos per pravam consuetudinem adhuc viget, invisus & intolerabilis est.*

In dicendi & ratiocinandi arte diligenter te exerce. Hoc enim præcipuū experiere (1) ἐφόδιον ad superiorum Facultatum cognitionem posteà parandā. Terentium, Plautum, Ciceronem & Cæsarem nunquā deponas de manibus; hi linguam stylúmq; tibi dirigant. Græcæ linguæ usum quàm potes promptissimū legendo scribēdóq; tibi redde; nunquā enim veterum Sapientū adyta sine hoc adminiculo penetrabis. Vale, & si me amas, frequentiùs ad me scribe. Romæ (2) postrid. Non. Nov. A. cIↃ IↃc XLIIII.

(1) Viaticum, seu Adminiculum.

(2) Agebā tunc annū ætatis decimum septimū.

EPISTOLA V;

Hamburgum.

Optimæ Indolis & præclaræ Spei Adolescenti, Petro Lambecio, Lucas Holstenius S.P.D.

GAudeo hactenus obscurum tibi non fuisse, quo semper in te animo fuerim, postquam te virtuti & liberalibus studiis gnaviter incumbere intellexi. Quamvis enim necessitudo nostra charissimum te mihi fecerit, magnâ tamen commendatione prolixiorem tibi affectum conciliavit bonæ mentis amor, quo flagras. Literas ad (3) Vossium & Barlæum, Viros Clarissimos, proximo cursore accipies, & ob incerta itineris alios apud mercatorem Belgam invenies. Et quoniam ad Sapientiæ mercatum proficisceris, non ut exoticas merces in (4) principe Orbis terrarum Emporio compares, nullam rei gerendæ occasionem prætermitte; doctos viros assectare, frequenta, cole, eorúmq; affectum probitate, modestiâ, assiduitate & diligentiâ promereri stude. Sed nunc felici numinis auspicio stadium ingredere, & animum ad virtutis curriculum alacriter excita; habebis me favitorem, dum cœptum premis. Tu modo, suavissime Petre, recta monentibus & de tuo profectu solicitis obtempera; & cum optimo quoq;, maxime autem cum temetipso contende; ita palmam tibi certam promittere poteris. Ego Deum, ut cœptis tuis faveat, & studia feliciter provenire faciat, ex animo rogo & veneror. Romæ (5) prid. Kal. Octob. cIↃ IↃc XLV.

(3) Duo hi doctissimi ac celeberrimi Viri, Gerardus Joannes Vossius & Caspar Barlæus erant tunc temporis in Illustri Gymnasio Amsterodamensi Professores publici; ille quidem Historiarum, hic autem Philosophiæ Moralis.

(4) Intelligitur hic Amsterodamū.

(5) Agebā tunc annū ætatis decimū octavum.

EPISTOLA VI;

Amsterodamum.

Petro Lambecio, Optimarum Artium Studioso, L. Holstenius S. P. D.

SCripsi ante octiduum prolixè de totâ itineris & studiorum tuorum ratione, optime & charissime Petre, sed vereor, ut eas literas ad Parentem missas jam acceperis. Nunc iterum significo, lubenti animo

animo me tuum resciviſſe diſceſſum ex patriâ, & ſalvum te Amſterodamum perveniſſe plurimùm gaudeo. Id miror te ne verbo quidem ad me ſcripſiſſe, cum optima literas mittendi occaſio ſit per mercatorem Belgam; idque ut porrò facias, & quàm poteris frequentiſſimè, te moneo, cùm minima maxima de te tuiſque ſtudiis ſcire deſiderem. Interim hortor, ne de diſceſſu ex Belgio cogites, quamvis primo acceſſu non ſatis ex voto tuóq; deſiderio res ſucceſſiſſe videatur. Aderit Deus honeſtis conatibus, nec ſuo auxilio egregiam voluntatem deſtituet. Literas incluſas (1) *Bartholdo Neuhuſio tradas velim, cui te tuáq; ſtudia quàm diligentiſſimè commendavi; is conſilio operâq; ſuâ te juvabit. Tu omnia in ejus ſinum* (2) ἀφειδῶς *effunde. Ego id curabo, ut animum meum planè paternum perſpectum habeas. Interim me mone de omnibus ſuperioris Epiſtolæ capitibus. Expoſui Neuhuſio rationes, cur te Amſterodamo pedem movere nolim, & quibus potiſſimùm ſtudiis te incumbere velim: rogavi etiam, ut hoſpitium tibi commodum proſpiciat, niſi ipſe jam paràris, ubi ad aliquot menſes vivas, donec linguæ morúmq; Belgicorum paulò peritior, vel Lugdunum vel aliò migres. Quamprimum ſermones & conſilia cum eo contuleris, tuam mihi ſententiam indices velim, & Amſterodamenſis Scholæ ſtatum exactè perſcribas: illud quoq; ſignifices, ubi locorum Iſſaacus Voſſius Gerardi filius vivat, & qui Profeſſores ſint Amſterodami præter Voſſium & Barlæum; Hoc etiam prioribus monui, ut diligenter exquiras de Academiâ vel Gymnaſio Deventrienſe, ubi Gronovius, Civis noſter, Vir egregius, literas docet; de his quoq; cum Neuhuſio confer. Tu, mi Petre, animum bonâ ſpe erige, &, cùm à paterno nido corpore avolaveris, animum quoq; ab ejus recordatione & deſiderio abſtrahe. Temporis rationem habe; hujus enim uſuram precioſiſſimam nobis Deus eſſe voluit. Vale, & me tui amantiſſimum de omnibus certiorem facito. Vale. Romæ* (3) *17. Febr. A. cIↄ Iↄc XLVI.*

EPISTOLA VII;

Amſterodamum.

Doctiſſimo Juveni Petro Lambecio L. Holſtenius

(4) χαίρειν καὶ εὐπράττειν.

NOn dubito chariſſime Petre, quin priores meas à mercatore Belgâ jam acceperis, quibus de itineris & ſtudiorum tuorum ratione uberiùs perſcripſi. Ex iiſdem perſpicies, quàm ego ſolicitè tuas exſpectârim, quas Parentes Hamburgo tandem ad me miſerunt. Puto

(1) *Degebat is tunc temporis* Amſterodami: *religioſiſſimus æquè ac doctiſſimus Sacerdos, & acerrimus Catholicæ Religionis Propugnator; ut apparet ex variis ipſius lectu digniſſimis Scriptis, contra Hæreticos recentiores ſolidiſſimè editis.*

(2) Liberè.

(3) *Agebā tunc annū ætatis* decimū octavum.

(4) *Hoc eſt*, Gaudere & benè rem gerere. *Ita enim verba hæc vertit* Horatius *Lib.* 1 *Epiſt.* 8.

Puto conſpectum ac conſuetudinem tot Illuſtrium Virorum itineris moleſtiſſimi tædium ex animo jam diſpuliſſe ; & omninò futurum ſpero, ut, quo magis humanitatem eorum deguſtabis, eo minus te profectionis, quantumvis (1) *intempeſtivæ , pœniteat. Superioribus meis varias tibi & Neuhuſio rationes expoſui, cur Amſterodami te aliquamdiu commorari velim: ſed, cùm feliciori ſtudiorum profectu ſpem & exſpectationem meam ſuperaveris, legem ampliùs nullam dico, quo minus tuo utaris arbitrio & ingenij ductum ſequaris. Hoc duntaxat moneo, dum eo es loco , ubi ſtudia Geographica maximè florent, gnaviter des operam, ut* (2) *πιναχογραφίαν, & eam, quam vocant* (3) *Ὑδρογραφίαν, ab optimis delineandi Magiſtris addiſcas, nec ſumptui eâ in re parcens nec tempori. Cæteræ enim ſcientiæ ubivis locorum, hæ Amſterodami tantùm percipi poſſunt. De ſtudiis græcis verè mihi* (4) *θαύματα καὶ ἀπροσδόκητα nuncias. O me felicem , qui eo in ſtadio te currentem video, etiam cum doctorum plauſu, quò te jamdudum vota & cohortationes meæ trahebant. Multos hic fautores habebis , ſed me faventiorem neminem. Quomodo enim te hæc ſtudia amantem non amem unicè ? Sed quo caſu aut conſilio* (5) *Ariſtænetum tibi expoliendum ſumpſiſti , in quo Joſiæ Merceri induſtria ita omnia præſtitiſſe videtur , ut, quantùm ab ingenio humano meliorum Codicum ope deſtituto proficiſci poſſit, nullum alienæ diligentiæ locum reliquerit ? Nam & Verſio nativâ elegantiâ cum græcis certat ; Notæ autem ita omnibus numeris ſunt abſolutæ, ut nec demi quidquã nec addi poſſit. Verùm non ego tàm ſeverâ lege tecum agam , ut nihil permittam juventuti. Illud autem , ſi me amas & tuam famam , quàm cautiſſimè cave , ne Merceri politiſſimi & humaniſſimi Viri manes vel uno verbo lædas, etiamſi manifeſta ab eo diſſentiendi ſit cauſa ; ita enim ejus virtus , doctrina & ſingularis modeſtia meretur : tùm verò & hoc , ne amantium nequitias &* (6) *ἀπόρρητα , reducto ſipario , curioſiùs veſtigando , & tuo & alieno pudori injuriam facias : eâ enim ætate es, quæ multa iſtorum vel ignora-* re,

Hh

(1) *Nempe ob navigationem hyemalem menſe Decembri.*

(2) Compoſitionem Tabularum Geographicarũ.

(3) Compoſitionem Tabularũ Nauticarum.

(4) Miracula & inopinata.

(5) *Scripſit hic Ariſtænetus Ἐπιςολὰς ἐρωτικὰς ſive* Epiſtolas amatorias *elegantiſſimas* , *in* duos Libros *diviſas , quas primus omnium in lucem edidit ſed tantùm* græcè, Joãnes Sambucus, *Hungarus Tirnavienſis, Antvverpiæ typis Chriſtophori Plantini A.* 1566 *in quarto, & quidem ex pervetuſto ſuo, & hactenùs, quod ſciam, unico Codice manuſcripto membranaceo, qui etiam nunc adſervatur in* Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi , *& inter Codices MStos Philoſophicos ac Philologicos Græcos ſecundùm antiquum numerum eſt centeſimus trigeſimus quintus, atque, ut ipſe ibi in principio inſcriptione propriæ manûs teſtatur, A.* 1561 *ab ipſo fuit comparatus in* Apuliâ. *Secundus deinde eaſdem Epiſtolas* latinè *ſimul &* græcè *cum eruditiſſimis Notis ſuis edidit* Joſias Mercerus *Pariſijs apud Marcum Orry A.* 1594 *in octavo , ſed abſque ſuo nomine. Quod porrò ad* meum *in eaſdem Epiſtolas* Commentarium, *in Holſtenianâ hâc Epiſtolâ memoratum, attinet , eum componere orſus ſum Hamburgi d.* 3. *Junij A.* 1645, *abſolvi autem Amſtelodami Kalendis Februarij A.* 1646. *Exſtat is nunc autographus in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ , nec communicationem ejus denegabo , ſi quis* novæ Epiſtolarum Ariſtæneti editioni *illum velit ſibi ungere.* (6) Arcana , quæ divulgari haud honeſtum eſt. *Libanius in Ethopoeiâ ſecundâ , quæ exſtat Operum ipſius Tom.* 2 *pag.* 734 *vocat τὰ τῶν ἐρώντων μυστήρια , hoc eſt ,* amantium myſteria.

re, vel verecundâ dissimulatione præterire debet. Quocirca doctissimorum Virorum (1) Vossij, (2) Heinsij, & inprimis (3) Salmasij consilio utere, nec quidquam nisi eorum judicio ac censurâ probatum profer. Salmasius enim, Merceri gener, candidè suggeret, ne quid in Soceri nomen famámq; peccetur. Auctoris ætatem, patriam & professionem ex Libanij Epistolis (4) ἀνεκδότοις observasse videor; nec dubito quin ipsissimus sit Venerum & Gratiarum parens, cujus elegantiam & leporem in scribendis Epistolis quâvis occasione prædicat. Mittam aliàs ex Vaticano exemplari, si quæ (5) γνωρίσματα contineant, quæ Aristæneti vitam illustrent: qualis est ea, quâ (6) Spectati Persicam Legationem, Constantij Imperatoris jussu peractam, narrat. Multa quoque de hoc ipso Aristæneto suggerit Libanij oratio de vitâ suâ, quæ (7) principio Tomi posterioris legitur. (8) De Lycophrone non solùm probo consilium tuum, sed etiam hortor ac moneo, ut ex (9) σκοτεινοῦ auctoris tenebris lucem nomini famǽq; tuæ quæras. Offero etiam Codicem manuscriptũ optimæ notæ (10) Cõmentariorum Tzetzæ; sed ita est (11) ὀγκώδης, ut ægrè transmitti ad te possit. Eum igitur apud me tibi paratum scias, ubi veneris; interim ingenium experire. Habeo & Orphei Poëmatum exemplar non contemnendum, ex quo (12) Argonautica plurimis locis emendavi. Auctor ille, hucusq; à Criticorum & Correctorum vulgo derelictus, tuam exposcere videtur operam. Hymni autem, reconditæ antiquitatis plenissimi, justum Commentarium merentur; quem vel unius Procli Scripta (13) ἀνέκδοτα tibi instruent, ut ex Notis meis ad Sallustium Philosophum facilè perspicies: ne quid de cæteris, quos apud me habeo, Platonicis nunc dicã, in quibus (14) τῆς μυθικῆς θεολογίας thesaurus latet. Gaudeo te eam Octavij Tensini humanitatem experiri, quam ejus amici hîc mihi pollicebantur. Literas meas imposterùm ab ipso recipies, tuásq; vicissim per eum ad me mittito. Itaq; ejus operâ liberè & (15) ἀπροφασίστως utere, meq; quàm sæpissimè de tuis rebus certiorem facito; id enim meo jure abs te postulare videor. Quamprimũ abs te & Neuhusio responsum ad priores accepero, scribam de profectione cæterísq;, quæ studiis tuis maximè profutura videbuntur. Nunc vale, & me ama. Romæ (16) prid. Kal. April. cIↄ Iↄc XLVI.

EPI-

(1) Nempe Gerardi Joannis. (2) Nempe Danielis. (3) Nempe Claudij. (4) Ineditis. *Sunt autem Epistolæ* duodecim; *quas vide infrà in Appendice proximè sequentis Epistolæ o*ctavæ. (5) Indicia *seu* documenta. (6) *Vide infrà pag.* 244 *&* 245 *Annotationes meas marginales ad* primam Libanij Epistolam. (7) *Vide Operum* Libanij *editionem græco-latinam Parisinam Federici Morelli A.* 1626 *&* 1627 *in folio Tom. II pag.* 21. (8) *Vide Prodromum meum Historiæ Literariæ Lib. 2, cap.* 4 § 4, *pag.* 181. (9) Obscuri. (10) Lycophronis *Poëma, inscriptum* Alexandra *sive* Cassandra, *exstat etiam aliquoties in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ manuscriptum, & quidem* cum Commentarijs Isacij Tzetzæ *in Codicibus MStis Philologicis Græcis secundùm antiquum numerum* 201*mo &* 214*to*. (11) Grandis. (12) *Eorundem* Argonauticorum *præstantissimum exemplar manuscriptum membranaceum exstat etiam in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Codice MSto Philologico secundùm antiquum numerum ducentesimo secundo.* (13) Inedita. *Eadem autem* Procli Scripta inedita *exstant etiam in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Codicibus MStis Philosophicis.* (14) Fabulosæ Theologiæ. (15) Sine excusatione. (16) *Agebam tunc annum ætatis* decimum octavum.

EPISTOLA VIII;

Amsterodamum.

Doctissimo Juveni Petro Lambecio

Lucas Holstenius (1) εὐπϱάττειν.

QVod tardiùs meas accipis, eò factum, ne tuam de Aristæneto exspectationem morarer: malui enim simul omnia mittere, quæ ex Libanio conquirere potui. Itaq; bonis avibus, Musisq; faventibus aleam jacito; tantùm pudoris & modestiæ limites serva, quos superioribus fixi. Miror nondum tibi redditas fuisse a. d. Id. Martij literas meas, quas per mercatorem Belgam pridem misi. Sed ille, uti video, tricator est; itaq; Tensini operâ posthàc tutius uteris, qui tuas diligentissimè ad me curavit. Nunc ne tua vota morer, Lugdunum ut proficiscare, per me tibi licet. Sed dé iis primùm sedulò inquirito, quæ in schedulâ notata habes, & de singulis itidem (2) ἀφοϱιστικῶς rescribe. Non est quod de mearum rerum statu anxium solicitúmq; te habeat; nam mihi Dei beneficio salva tutáq; sunt omnia. Nonne legisti illud suavissimi (3) Fabulatoris, non quidem (4) ἐπιμύθιον, sed Oraculum?

(5) Quemcunq; populum tristis eventus premit,
Periclitatur magnitudo Principum,
Minuta (6) plebes facili præsidio latet.

Quocirca omnem ex animo curam expellito, & quam divina bonitas (7) εὐημερίαν præstat, eâ fruere. Probo eam, quam (8) Juvenali veteriq; Scholiastæ operam impendis: nam & me idem aliquando studium incessit; sed quotquot istorum scholiorum exemplaria inspexi, inspexi autem plurima & antiquissima, à Pithœanis illis toto quod ajunt Cœlo discrepant, ut frustrà ex ijs medelam locis hiulcis speres. Id gaudeo, quod Themidi te tuáq; studia addixeris: Non illa Musas ita aspernatur, ut vulgus leguleiorum putat; sed omnem humanarum ac divinarum rerum scientiam sibi vindicat. Tu magnorum Virorum, quos commemoras, exempla sequere; ita te quoq; magnum aliquando futurum non dubites. Itaq; ubi Lugduni sedem fixeris, seriò hoc agere incipias, & Antecessoribus, quos Academia illa habet celeberrimos, totum te dedas. Illud autem etiam me non monente facturum te scio, ut Historiæ & Antiquitatis Romanæ cognitionem obnixo tibi studio compares. Tu, quod certè debes, crebrò de omnibus ad me scribe: facies autem, si id tibi persuasum habueris, neminem esse, qui studijs tuis rectiùs consultum cupiat, quiq; tuo profectu delectetur impensiùs, quàm ego,

(1) Benè rem gerere.
(2) Distinctè.
(3) Nempè Phædri, *Imp. Augusti Liberti, Lib. 4 fab. 6.*
(4) Fabulæ additamentum *seu* clausulā.
(5) *Significatur hîc persecutio* Barberinorum *per Summū Pontificem* Innocentium X; *quâ coacti Cardinales* Franciscus *&* Antonius *A. 1646 cū* Thaddæo *fratre fugerūt in Galliam.*
(6) Plebes *antiquè pro* plebs.
(7) Jucundam temporis prosperitatem.
(8) *Conferebam enim tunc temporis* Juvenalis *Satyras* cum V. CL. Gerardi Joannis Vossij *pervetusto & optimæ notæ Codice manuscripto membranaceo, cui in margine anonymi cujusdam antiqui* Scholiastæ *Annotationes erant adjunctæ. Eadem* Iuvenalis Satyræ cum antiquis Scholijs *exstant etiam aliquoties manuscriptæ in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ.*

qui ob tuam te indolem amo ac diligo, diligámq; porrò, quamdiu tu bonam mentem, literas, virtutem & inprimis pietatem, (1) πασῶν τῶν ἀρετῶν ἡγεμόνα καὶ κρηπῖδα *amaveris. Sed heus tu, Catalogum Manuscriptorum Græcorum Vaticanæ Bibliothecæ satis accuratum in Amsterodamensi Bibliothecâ olim vidi: eum tu, dum commoditas est, percurre, tibiq; quæ ex usu futura putaveris, nota;* (2) *neq; enim hîc, quæ seculi nostri inscitia est, facilè pervolvendi ejus sit copia. Tu de profectione, deq; commoratione Leidensi, consilium cum clarissimo Neuhusio capias. Id vide ne Germanorum contubernio te adjungas, qui tempus studijs destinatum* (3) συμποσίοις *& comessationibus malè perdunt. Et cum post jacta Jurisprudentiæ fundamenta in Gallias te proficisci cupiam, vide ut Belgarū & Gallorum usu ac conversatione aliquam ejus linguæ cognitionem tibi compares; etiam, si volueris otiúmq; suppetat, adhibito Magistro. Sed ubi tuas recepero, de hisce quid agendum sit rebus, rectiùs dispiciemus. Vale & Clarissimos Viros, ejus Urbis Lumina, officiosè à me saluta. Romæ,* (4) *VII. Id. Aprilis* cIɔ Iɔc XLVI.

(1) Omnium Virtutum Principem & fundamētum.

(2) *Tunc temporis enim ipse* Præfecturam Bibliothecæ Vaticanæ *nondum erat adeptus.*

(3) Compotationibus.

(4) *Agebā tunc annū ætatis* decimum octavū.

(5) *Eadē, & plures aliæ* Libanij *ad* Aristænetū *&* *de* Aristæneto *Epistolæ exstāt etiam in* Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi, *ut in Holstenianarū ad has duodecim Epistolas Observationum fine accuratiùs indicabitur.*

LIBANII

Sophistæ sive Rhetoris Antiocheni,

qui integro ferè quarto post Christum seculo sub Imperatoribus *Constantio* & *Constante, Juliano, Joviano, Valentiniano I, Valente, Gratiano, Valentiniano II* & *Theodosio Magno* floruit, EPISTOLÆ DUODECIM, ex Codice manuscripto *Bibliothecæ* (5) *Vaticanæ* depromptæ; quarum priores *decem* ad ipsum ARISTÆNETUM, Rhetorem & Epistolographum Nicænum, duæ autem posteriores de eodem ARISTÆNETO ad *Entrechium* & *Acacium* scriptæ sunt.

I.

Λιβάνιος Ἀρισταινέτῳ.

Ἐπανήκων ἡμῖν ὁ (6) Σπεκτάτος ἀπὸ τῆς πρεσβείας, πολλοῖς ἔδοξεν εὐδαίμων εἶναι· τοῖς μὲν, ὅτι πολλὴν εἶδε γῆν, καὶ ὄρη, καὶ ποταμοὺς· τοῖς δ', ὅτι τὴν Περσῶν δίαιταν, καὶ ἔθνη, καὶ νόμους, ἐν οἷς ζῶσιν. Ἡ δὲ τὴν αὐτοῦ τοῦ δυναστεύοντος θέαν, καὶ τῶν λίθων, οἷς ἐκεκόσμητο, μέγα ἦγον. τοῖς δὲ σεμνὸν ἐδόκει, τὸ δῶρα δόντα, λαβόντα ἀπελθεῖν. ἐμοὶ δὲ καὶ ταῦτα μὲν ἔχειν τινὰ χάριν ἐφαίνετο· κάλλιστον δὲ, τὸ δείξαντα ῥήτορος δύναμιν ἐν Σέρσοις, ἐπανελθεῖν. Καίτοι γε ᾤμην αὐτὸν

(6) *De hoc* Spectato *eiusque Legatione nomine* Imp. Constantij *ad* Saporem *Regem Persarum vide* Ammiani Marcellini *Lib.* 17. *pag.* 96 *editionis Parisinæ V. CL.* Henrici Valesij *A.* 1636 *in quarto. Consule etiam ibidem eiusdem doctissimas Notas pag.* 139, 140 *&* 141.

αὐτὸν ἀποβεβληκέναι τετὶ τὸ γένος, πολὺν ἤδη χρόνον ἀπὸ τῶν βιβλίων μετηνεγμένον ἄλλοσε· τῷ δ' ἄρα ἐνέμενεν ἐπὶ τὸ ἦθος ἡ δεινότης. ὡς γὰρ ἐχρημάτιζεν ὁ Πέρσης, καὶ ὁ λόγος ἦν περὶ τῶν διαφορῶν, καὶ πολὺς ἐνέκειτο σοῦ παππῴως ἀπαιτῶν ὅρους, καὶ πολλάκις ἐρωτῶν, (1) εἰ μὴ δίκαιον εἰς σοῦ παῖδας τὰ τῶν προγόνων καταβαίνειν. τὰ μὲν παρὰ τῶν ἄλλων ἐνταῦθα παλαίσματα Σπεκτάτος ἀπαγγελεῖ, τὸ γέλωτος ἦν οἷός τε γίνεται κρατεῖν· οἷς δὲ οὗτος ἐχρήσατο πάνυ γενναῖα καὶ διασείοντά γε τοὺς εὐπροσώπους τὸ Πέρσου λόγους. ἔφη γάρ· εἰ μὲν, ὦ Βασιλεῦ, Κωνστάντιος σοῦ τῆς ἀγάπης ἀποτέμνεται, τῶν ὅπλων ἔχου, μέχρις ἐκεῖνος τὸ πλεονεκτεῖν· εἰ δ' οἷς μὲν ἐγκαλεῖς, πάλαι τεθνᾶσιν· ὁ δὲ μεθ' ὧν εἰσῆλθεν εἰς τὸν πόλεμον, ταῦτ' ἔχων καταθέσθαι τὸν πόλεμον ἐθέλει, σκόπει μὴ πλεονεξίαν ἐγκαλῶν, αὐτὸς τοῦτο ποιῶν ἐλεγχθῇς. ἐπὶ τούτοις ἐνέδυ φασὶ τὴν λεοντῆν· ὡς ἐκεῖνον βλέποντα μὲν εἰς τὴν ἡλικίαν, ἐξετάζοντα δὲ τὸν λόγον, οὐκ ὀλιγάκις σεῖσαι τὴν κεφαλὴν, καὶ διὰ τὸν σὸν ἐρώμενον οὐ συκοφαντῶν ἡμῖν τὸν Βασιλέα σεσίγηκεν. ἄλλῳ μὲν οὖν συνεῖπε καλῶς· αὐτὸς δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ τί ποτ' ἂν καὶ λέγοι προθυμότερον ὡς σὲ παρ' ἡμῶν τρέχων, ἢ παρ' ἡμᾶς ἐκ τῆς Περσίδος.

II.

Τῷ αὐτῷ.

Νικέντιον μὲν τὰ σὰ γράμματα φίλον ἡμῖν ἐποίει, Μόδεστον δὲ, ὄντα καὶ πρότου φίλον, μᾶλλον ἢ πρότερον ἐποίει τὰ γράμματα. τὴν μὲν οὖν πόλιν ἡμῖν εὔφραινε τῇ περὶ ἐμὲ σπουδῇ, ἐμὲ δὲ τῇ περὶ σοῦ μνήμῃ. τὸ γὰρ ὑπὸ τῶν καλῶς σε εἰδότων ᾀδόμενον, καὶ αὐτὸς ἐφθέγγετο. οὔπω τοιοῦτον εἶδον. καὶ διεξῄει πολλὰ τῶν σῶν, προστιθεὶς ὡς οὐκ ἂν πάντ' εἰπεῖν ἔχοι. Εἶτ' ἐκαλεῖτο μὲν ὑπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ λουτρὰ, κατείχετο δὲ ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἐν τῷ λόγῳ. καὶ ὁ μὲν ἐπῄνει τὰ σά. Φουρτουνατιανὸς δὲ ἐκεῖνον, ὅτι ἃ χρῆν ἐπῄνει. τίς οὖν ἐγώ; σιγῶν ἠρυθρίων ὡς ἂν αὐτὸς ἐπαινούμενος. Εἰσάγω δὴ τὸν ἄνδρα εἰς τὸ βουλευτήριον, τὸ λόγων ἀγῶνες ἡμῖν. καὶ ἴσως οὐκ ἠνίασα λέγων, λαβὼν δὲ παρὰ σοῦ δύο ἄρχοντας φίλους, ἑνὶ γέμοντι σοφίας ἀμείβομαί σου τὸ δῶρον. (2) Ἁρποκρατίων γὰρ οὑτοσὶ

(1) *Ipsa* Saporis *verba apud* Ammianum *iam citato loco sunt hæc*: Adusque Strymona flumen & Macedonicos fines tenuisse Majores meos, antiquitates quoque vestræ testãtur; hæc me convenit flagitare, *&c.*

(2) *Hic est ille* Harpocration, *Romano nomine clientelari dictus* Valerius, Rhetor Alexandrinus, *quem* Suidas *testatur autorem esse* Lexici *sive* Dictionarij in decem præcipuos Græciæ antiquæ Rhetores, *quod etiam nunc exstat, & primùm quidem superiori seculo ab* Aldo Manutio *Venetijs, deinde autem longè accuratiùs hoc nostro seculo, nempe A.* 1614, *Parisijs apud Claudium Morellum à V. CL.* Philippo Jacobo Maussaco *editum est cum subjunctis eruditissimis* Notis *& amplissimâ* Dissertatione Criticâ de Harpocratione ejúsque Scriptis; *in quâ pag.* 328 *perperàm conjectat*, Harpocrationem *hunc floruisse seculo post Christum* secundo, *& fuisse* Imp. L. Ælij Veri *in Græcis Præceptorem.*

οὗτοσὶ καὶ ποιητὴς ἀγαθὸς, καὶ παιδευτὴς ἀμείνων· δεινὸς μὲν ἐνθεῖναι τὰ τῶν παλαιῶν νέοις, δεινὸς δὲ ἐκείνοις παρισωθῆναι. Βεβιωκὼς δὲ συνεχῶς ἐν βιβλίοις, ἡδίστην μὲν ἔχει κομψείαν, ἁπλοῦς τις ὢν καὶ γενναῖος, καὶ οὐκ ἂν ἁλοίη φρονῶν μὲν ἕτερα, λέγων δὲ ἄλλα. Εὐδαίμων δὲ κοινωνήσας καὶ τροφῆς καὶ μουσείων, πάλαι μὲν ἐν τῷ φοιτᾶν, νῦν δὲ ἐν τῷ παιδεύειν, καὶ μικροῦ τῷ φίλῳ συμπεφυκὼς, ὑπὸ τῆς ὑμετέρας ἀπεῤῥάγη δυναστείας. καὶ νῦν διακριθέντες μετὰ δακρύων, πορεύεται μὲν αὐτὸς, καθῆται δὲ ἐκεῖνος. Εὐδαίμονα μὲν οὖν ἐγὼ (1) μυθήσομαι· σὺ δ' Ἁρποκρατίωνι γίγνου τοῦθ', ὅπερ ἡμεῖς Εὐδαίμονι.

III.

Τῷ αὐτῷ.

Τὸν (2) Ἱμερίου μὲν υἱὸν, Σωπάτρου δὲ ἀδελφιδοῦν, Ἰαμβλίχῳ δὲ ὁμώνυμον, ἐμὸν δὲ συγγενῆ καὶ φίλον ἔχων, εὐθὺς ἡγοῦ καὶ σαυτοῦ φίλον, καὶ μὴ καταβραχὺ συγκεράννυ τῷ νεανίσκῳ σαυτὸν, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς γράμμασιν ἀναπέτασον αὐτῷ πάντα τὰ πράγματα, μὴ τῇ ἡλικίᾳ κρίνων τὸν τρόπον, ἀπὸ δὲ τοῦ τρόπου τὸν νέον τιθεὶς εἰς γέροντας. οὗτος ἐμὲ φιλεῖ ὥσπερ μήτηρ· αἰσχύνεται δὲ ὥσπερ υἱός· φοβεῖται δὲ ὡς ἂν οἰκέτης. Τὸ δὲ ὂν αὐτῷ, νομίζων τὴν μεγίστην ἀνάγκην εἰς (3) ἀρετὴν ἄσκησιν εἶναι, θεοὺς τιμῶν δέξαιτ' ἂν Ἶρος γενέσθαι μᾶλλον, ἢ μὴ τιμῶν Κινύρας. κληρονομήσας δὲ πατρῴας οὐσίας καὶ φίλων, τὸ μὲν τῶν φίλων ηὔξησε μέρος, τὸ δὲ ἐκείνης οὐκ ἠξίωσεν· ἀλλ' ἐπαινῶν Εὐριπίδην λέγοντα, νοῦν ἔχοντος εἶναι φίλον πρίασθαι χρημάτων πολλῶν σαφῆ. τοῦτο τὸ κτῆμα κτώμενος ἀναλίσκει τῶν ὄντων. ἀκούσας δὲ, τίς μὲν (4) ὁ καλῶν, ἐφ' ὃ δὲ καλούμενος τίνι γνώμῃ πορεύεται, θαυμάσῃ μὲν αὐτοῦ τὸ μὴ θαυμάσαι πλοῦτον, (5) ἐπαινήσῃ δὲ τὴν σοφίαν, ἣ πειρᾶται διαφεύγειν, ἃ μὴ νομίζει καλά· μακάριον δὲ ἡγήσῃ τῆς περὶ τὰ θεῖα κρίσεως. ξενίσας οὖν τὴν γενναίαν φύσιν, καὶ συνευξάμενος αὐτῷ (6) ληθῆναι, πέμπε ἐπ' Ἰταλίας, μᾶλλον δὲ ἐπὶ Συρίας.

IV.

Τῷ αὐτῷ.

Ἐγένετο καὶ Ἀρισταίνετος ἡμῖν εἷς τῶν πολλῶν ὁ πρότερον τῶν σοφῶν, καὶ τὰς ἐπιστολὰς πήχεσι καὶ σταθμῷ μετρεῖ, κἂν μακρὰς μὴ λάβῃ, δεινὰ πέπονθε καὶ ἠδίκηται. Ἐγὼ δὲ σε ᾔδειν εἰδότα, μέτρα τῶν λόγων

(1) In duobus Codicibus MStis Cæsareis rectiùs legitur παραμυθήσομαι.

(2) In Codice MSto Cæsareo membranaceo pro Ἱμερίου legitur Ἡμερίου.

(3) In Codice MSto Cæs. membranaceo legitur ἀρετῆς.

(4) In eodem Codice Cæsareo additur hîc αὐτὸν.

(5) In eod. Cod. Cæs. legitur ἐπαινέσῃ.

(6) In eod. Cod. Cæs. rectè legitur λυθῆναι.

λόγων εἶναι τὰ πράγματα. (1) πάντως δὲ ὁ τῶν (2) ἐπιστολῶν περιλαμβάνει μέρος. τότε οὖν (3) συνέστελλε τὴν ἐπιστολὴν ὁ φέρων τὴν ἐπιστολήν, ἔχων ἀγγεῖλαι σοι τὰ ἡμέτερα ἀκριβῶς· εἰ δὲ ἐγὼ διηγούμην, ὑβρίζετο ἂν ὁ φέρων· ἀλλ' οὐδὲ ἀγνὼς ἦν ὁ γυμνάσιός σοι, καὶ διδάσκειν σε δέον ὅστις ἐκεῖνος ἔφυγον ὑπ' ἀργίας τῆς περὶ τὰ πράγματα, τίς (4) ἦν ὁ τοῦ βεβήλου καιρὸς, καὶ τοῦ τὰς θύρας ἀποκλείειν. ὁρᾷς ὅπως ἐπέστελλες Στρατηγίῳ μακρὰ καὶ καλά; μήκους γὰρ ἐδεῖτο περὶ ὧν ἐπέστελλες. μικρά σοι παρ' ἡμῶν ἧκε· καὶ γὰρ μακρά ποτε ἧκε. τότε μὲν πολλῶν, ὕστερον δὲ οὐ τοιούτων. οὐ γὰρ ἔδει, ὅπως δὲ ἡμῖν εἰς χεῖρας ἦλθεν ἃ πρὸς ἐκεῖνον ἔγραψας, ἄκουσον. ἀνέστρεψε μὲν ἐκ Καρχηδόνος· ἐγὼ δέ, τοῦτο δὴ τὸ εἰωθὸς, πρὸ τῆς πόλεως ἠσπαζόμην· ὁ δὲ ἅμα τε ἐφίλησε, καὶ γράμματα, ἃ ἧκεν αὐτῷ παρὰ σοῦ, δώσειν μοι ταῦτ' ἔφη. ταῦτ' ἐλέγετο σὺν φαιδρότητι, σοί τε καὶ ἐμοὶ τιμὴν ἔχοντα. Νεβρίδιος δὲ ἠκροᾶτο σὺν ἐκείνῳ φερόμενος. ὡς οὖν οἴκαδε ἦλθον, αὐτοῦ δόντος ἀνέγνων, οὐ πλείω μᾶλλον ἢ καλλίω. ἐγὼ μὲν ἐπῄνουν, ὁ δ' ἥδετο. Ὀλυμπίῳ δὲ πολλὴν εἰδὼς χάριν, ὅτι σοι τὰ ὄντα ἀπήγγελκε, καὶ τὴν μεθ' ἡμῶν μοῖραν, καὶ τοὺς ῥηγνυμένους δύο, καὶ τοὺς πηδῶντας, καὶ τοὺς (5) κλαίοντας· οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν ὅσην ἡδονὴν ἔχω· καὶ σὺ δ' ἂν ἔχοις εἰκότως, εἴ σοι κέρδος τὸ μὴ περὶ τῶν ἐμῶν ἐξηπατῆσθαι πραγμάτων. τῶν δὲ ἐμῶν λόγων ἐρᾶν μὲν ἐγνωκὼς, τιμὴν δὲ οὐ διδοὺς, ἀδικεῖς. αἰτοῦμεν (6) οὐ χρυσίον, ἀλλὰ βιβλία τῶν παλαιῶν, ἃ πάλαι μὲν ὑπέσχου δωρεὰν, νῦν δὲ (7) οὐκ ἀντεδίδως.

V.

Τῷ αὐτῷ.

Ἔμελλές ποτε καὶ τῶν ἐν ἀρχαῖς γεύεσθαι πόνων, καὶ ὡς οὐ πάσῃ μηχανῇ τὸ ἄρχειν φυγών· καὶ νῦν ζώνη καὶ στρατεία καὶ ὄχλος περὶ θύρας, καὶ ἀγρυπνίαι, καὶ φροντίδες. ἡ πολλὴ δὲ ἐκείνη ῥᾳστώνη καὶ τὸ ἀργεῖν ἐκκεχώρηκε. φοβοῦμαι δὲ οὐδὲν, μὴ τῶν μεγίστων πρῶτον ἁψάμενος, ἰλιγγιάσῃς ἡμῖν. ἡ γὰρ δὴ φύσις ἡ σὴ καὶ μελέτης χωρὶς ἐπίσταται κατορθοῦν. ὥστε σε πιστεύω ταχέως μὲν θαυμαστὸν ἐν τοῖς παροῦσι φανεῖσθαι, ταχέως δὲ τῇ περὶ ταῦτα ἀρετῇ πρός τι λαμπρότερον ἥξειν. ἐφ' ᾧ δὲ αὐτός τε μάλιστα ἥσθην, σύ τ' ἂν εὐφραίνοιο· τοῦτό ἐστιν· ὅσοι τὸν λόγον ἐδέξαντο τοῦ πράγματος, τοσοῦτοι καὶ ἡδονὴν μετὰ τοῦ λόγου· καὶ τῶν πρότερον σε φασκόντων φιλεῖν, οὐδεὶς ἠλέγχθη φάσκων μὲν, ἥκιστα δὲ φιλῶν· ἀλλὰ τὸ πάλαι τοῦτο· ἄξιος Ἀρισταίνετος διὰ πάσης ἐχώρει τῆς πόλεως. καὶ δὴ καὶ ὁ Βασι-

(1) In Cod. MS. Cæs. chartaceo pro πάντως legitur πᾶς.

(2) Locus hic mutilus ex duobus Codicibus MStis Cæsareis supplendus est hoc modo: ὁ τῶν λόγων νόμος καὶ τὸ τῶν ἐπιστολῶν περιλαμβάνει μέρος.

(3) In Cod. MSto Cæs. membranaceo, συνέστειλε.

(4) In duobus Codicibus MStis Cæs. legitur rectè. τίς οὖν &c, & post ἀποκλείειν pro puncto positum est signum interrogationis.

(5) In duobus Cod. MStis Cæs. legitur κλάοντας.

(6) In iisdem Codicibus Cæsareis legitur, αἰτοῦμεν δὲ, οὐ &c

(7) In Cod. Cæs. chart. legitur, νῦν δὲ οὐδὲν ἀποδίδως.

ὁ Βασιλεὺς ἐθαυμάζετο μελέτης σοφώτερον συνθεὶς τὸ τῆς ἀρχῆς κηρίον. Εἰ μὲν οὖν ἐξῆν μοι καὶ αὐτῷ παρὰ σὲ τρέχειν, ἐπετόμην ἄν. νῦν δὲ, ᾧ βαδίζειν ὑπῆρχεν, ἥκει Διάνιος, ὁ σὸς μὲν συγγενὴς, ἐμὸς δὲ ἑταῖρος, πολλάκις μὲν ὑπό σου κεκλημένος πρότερον, νῦν δέ γε ὑπὸ τοῦ καιροῦ· τὸ γάρ σε Βιθυνίας κρατεῖν κατάγει τὸν ἄνδρα, πολὺν δὲ χρόνον φυγόντα τὴν οἰκίαν, διὰ τὸ φοβεῖσθαι βουλὴν καὶ πενίαν. εἰ γὰρ ἐλάβοντο ἐπιδημοῦντος, τοῦδε οὐ δυναμένου λειτουργεῖν, λοιπὸν ἦν δεδέσθαι. ἐδόκει οὖν αὐτῷ μετριώτερον εἶναι γῆ ξένη μετ᾽ ἐλευθερίας, ἢ πατρὶς μετὰ ἀτιμίας. καὶ τῷ μὲν ἀφιστάναι τῆς μητρὸς ἤλγει· τὴν μητέρα τε ἰδεῖν ἐπὶ τοιαύταις ἐλπίσιν ὤκνει. τῷ μὲν τοι παρ᾽ ἡμῖν βίῳ καὶ τὴν μητέρα, καὶ σὲ, καὶ πάντας ἡμᾶς κεκόσμηκε, μετὰ σωφροσύνης τε καὶ πρᾳότητος καὶ τοῦ παρέχειν αὐτὸν αἰδέσιμον διάγων, καὶ τὸ μέγιστον τῶν πρὸς ἡμᾶς δικαίων οὐδὲν διαφθείρας, οὐκ ἐπεσπάσατο μῖσος παρὰ τῆς ἑτέρας μερίδος. τοιγαροῦν θαῤῥῶν ἔλεγον, ὡς (1) κοινωνήσει τοῦ γένους. καὶ οὐκ ἐδόκει χεῖρον εἶναι τοῦ αἵματος. δέχου δὴ τὸν οἰκεῖον, πολλοὺς τῇδε διὰ τὸν τρόπον κτησάμενον φίλους· καὶ βούλευσαι περὶ τοῦ τίνα χρὴ τοῦτον ὁδὸν ἐλθεῖν, εἴτ᾽ οἴκοι μένειν, εἴθ᾽ ὡς ἡμᾶς ἀναστρέφειν, εἴτε ζῆν ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει ποιούμενον τὸν βίον ἀπὸ τῶν δικῶν.

(1) In Cod. MSto Caes. membran. rectè legitur, ὡς κοινωνεῖ σοι τοῦ γένους, καὶ οὐκ ἐδόκει χείρων εἶναι τοῦ αἵματος.

VI.

Τῷ αὐτῷ.

Ἐξέστω παίζειν ὑπάρχῳ, πάντων ὑπάρχων διαπάντων κεκρατηκότι, καὶ τοῖς αὐτοῦ λόγοις τιθέντι μὲν με περὶ τῶν τῆς Δάφνης πηγῶν, τιθέντι δὲ περὶ τῶν δένδρων τῶν καλῶν καὶ μεγάλων, τιθέντι δὲ περὶ τοῦ κάλλους τῶν καταγωγίων. ἀλλ᾽ ὁ μὲν ᾀδέτω τέ με καὶ ἐγκωμιαζέτω, καὶ χαριζέσθω στέφανον (2) τῶν ἀπὸ τῶν ῥημάτων· ἐγὼ δὲ χαίρω μὲν τούτοις τιμώμενος. οὐ μὴν ἀγνοῶ γε ἐμαυτὸν, οὐδὲ φυσῶμαι καὶ μετεωρίζομαι. ἀλλ᾽ ὁ φιλόλογος μὲν καὶ φιλόπονος οἶδα τίς ὤν, οὔπω γε μὴν τοσοῦτον ὅσον εἶναι φησὶν ὁ τῆς δίκης ἑταῖρος Ῥουφῖνος, ὁ τραφεὶς ἐν τοῖς ἐκείνης καὶ τεμένεσι καὶ χερσίν· ὅθεν αὐτῷ καὶ τὸ δύνασθαι σώζειν εἶκον τε ἕκαστον, καὶ πόλεις, καὶ ἔθνος, καὶ γῆν καὶ θάλατταν. Καί μοι δοκεῖ τούτοις με κοσμεῖν τοῖς ἐπαίνοις ἐκεῖνος οὐκ ἄνευ θεῶν, τῶν εἰδότων μὲν τὰς τρικυμίας, αἷς πολὺν ἤδη χρόνον ἐλαύνομαι· βουλομένων δὲ εἶναί τι καὶ τὸ πεῖσον τὰ τοιαῦτα φέρειν. Εἶδεν οὖν ὡς μόνον ἂν ἐνέγκαι τοῦτο παραμυθίαν, εἰ τοιαῦτα ψηφίζοιτο περὶ ἡμῶν ἀνὴρ, θεῶν μὲν ἥττων, ἀνθρώπων δὲ ἀμείνων.

(2) In cod. Cod. Caes. rectè legitur τόν.

ἀμείνων καὶ χαίρω μὲν αὐτὸν ἀκούων συνεῖναι τῷ βασιλεύειν εἰδότι, εὔχομαι δὲ αὖθις τε ἰδεῖν, καὶ συνουσιῶν ἀπολαῦσαι τῶν ἴσων· καίτοι χαλεπόν γε κρατῆσαι τοσούτων νοσημάτων, ὧν καὶ πολλοστὸν μέρος ῥαδίως ἂν με ἀπήνεγκεν· ὃ δὴ καὶ τὴν πυκνότητα τῶν γραμμάτων ἔπαυσε. σοὶ μὲν (1) ἥδιστ' ἂν καὶ καθημέραν ἐπέστελλον, ἰατροὶ δὲ ἐβόων, ὡς εἰ μὴ σιωπῇ διάγοιμι, καὶ πλείω καὶ μείζω ποιήσω τὰ κακά. (1) In Cod. MSto Cæs. membran. legitur, σοὶ μὲν γὰρ ἥδιστ' ἂν &c.

VII.

Τῷ αὐτῷ.

Καλῶς σοι τεθρήνηται τἀμὰ κακά, ἥ τε τοῦ παιδὸς τελευτὴ τοῦ διὰ τὴν μητέρα δεινὰ παθόντος, ἥ τε Καλλιοπίου τοῦ τοῖς τῶν παλαιῶν λόγοις λυσιτελοῦντος, ἥτε τῶν ὀφθαλμῶν ἀσθένεια, καὶ τὸ ἀπολωλὸς αὐτοῖς τὸ πολὺ, καὶ τὸ οὔπω, τὸ μικρὸν· ὥστε πάλιν ἔρρει δάκρυα κατὰ τῶν γεγραμμένων· καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν τοιούτων ἠξιῶσθαι παρὰ σοὶ τὰς ἐμὰς συμφορὰς, συγγενείας τε βουλομένης, καὶ τοῦ τῆς φιλίας νόμου, καὶ τοῦ περὶ τοὺς λόγους. ὧν τὰς ἀρχὰς ὅθεν ἔλαβες, ἐπὶ τοσοῦτον προὔβης, ὡς οὕτως εἶναι καλὸς ἐν ἐπιστολαῖς. ὅθεν δὲ μοι τὸ κλαῦσαι γέγονεν, ἐκεῖθεν καὶ ἡ παραμυθία· τὸ γὰρ Ἀρισταίνετον τοιαῦτα περὶ τοιούτων εἰπεῖν δεδυνῆσθαι, καὶ εἶναι ῥήτορα πολλοῦ τινὸς ἄξιον, ἀνέσῃ μέ πως ἀπὸ τοῦ πτώματος, καὶ ἦν τῇ ψυχῇ φάρμακον. Σὺ μὲν οὖν τὸν Θεόφιλον ἡγῇ μακάριον ὁμιλοῦντα. Ἐστὶ δὲ τοῦτ' ἐμὸν, ὅτι βιβλίων τε καὶ παιδείας ἀνδρὶ γέμοντι σύνειμι καθ' ἑκάστην ἡμέραν· τὰ μὲν αὐτὸς ὡς αὐτὸν ἰὼν, τὰ δ' ἐκείνου βαδίζοντος ὡς ἐμέ. ἐν δὴ τοῖς λόγοις τοῖς ἐν ταῖς συνουσίαις ἐπαινοῦμεν τε τοὺς τοσοῦτον σε πεποιηκότας θεοὺς, καὶ ἅμα παρ' αὐτῶν αἰτοῦμεν εἶναι τοὺς αὐτοὺς περί σε, τάτε ἀνδρῶν ἄριστον ὄντα, καὶ χαίρειν ἐν ταῖς τῶν συνήθων εὐπραξίαις εἰδότα· καὶ οὐ χαίρειν γε μόνον, ἀλλὰ καὶ συμπράττειν, ὅπως ἂν ἐν λαμπροτάτοις εἶεν. οὐ πεῖραν καὶ γυναῖκος Θεόφιλος τὴν μὲν ἔλαβε, τὴν δὲ λήψεται.

VIII.

Τῷ αὐτῷ.

Καὶ ὅτε ἀσθενεῖν σοι τὴν γυναῖκα ἠκούομεν, συνηλγοῦμεν, ἐννοοῦντες ὡς εἰκός σε διακεῖσθαι καμνούσης· καὶ ἐπειδὴ τὴν τελευτὴν ἐπυθόμην,

μὴν, ἀνῴμωξα, δεινόν τι ποιούμενος Ἀρισταίνετον εἶναι ἐν πένθει· οὗ τῇ φύσει πανηγύρεις πρέπουσιν. ὁρμήσας δὲ παραμυθείας λόγοις, ἀνέσχον, δείσας μὴ πάνυ σε δοκῶν εἰδέναι, ἔπειτα ἀληθῶς ἀγνοῶν· οἷς γὰρ ἔμελλόν σε κουφιεῖν τούτοις δὴ τοῖς Πινδάρου, καὶ Σιμωνίδου, καὶ ὅσα ἐκ τραγῳδιῶν εἰώθαμεν φάρμακα λύπῃ προσάγειν, πάντα ἐδόκεις μοι πάλαι τε εἰδέναι, καὶ πρὸς (1) ἀλλήλους εἰπεῖν. ἐλογιζόμην οὖν, ὅτι εἰ μὲν οἷά τε κατακοιμίζειν ἀθυμίαν, αὐτὸς ἴασαι σαυτόν· εἰ δ' οὐχ οἷά τε, καὶ παρ' ἄλλου μάτην ἂν λέγοιτο. διὰ ταῦτα τοῦ μὲν ἀφίσταμαι· τὴν διήγησιν δέ σοι τῶν πραγμάτων (2) ἀποδίδωμαι, ἃ τοῦ χειμῶνος συνέβη. ἠρξάμεθα τῆς συνουσίας, μετὰ προλόγου καὶ τινος ἁμίλλης πρός τι τῶν Δημοσθένους. ἦν δὲ ὁ μὲν εὐχὴν (3) αἰτῶν βεβαίαν· τῇ δὲ (4) ἄλλῃ πολλαὶ μορφαὶ καὶ προσῆλθον, ἐπειδὴ ἀνέστην, ἑπτακαίδεκα νέοι. Πλάτων δέ (5) μοι ἠσθένει Ζηνόβιος ὁ χρηστός. ἔπειτα ἐγὼ μὲν τοῦ διδάσκειν εἰχόμην, τὰ δὲ ἐπέρρεεν, ἔθνεα, πολῖται καὶ ξένοι· καὶ ταύτῃ ὅστις εἴη εἰδέναι θέλοντες· τὸ μὲν γὰρ εἶναι μὴ κακῶν λόγων δημιουργὸν (6) συγκεχώρητο. θάτερον δὲ ἐδοκιμάζετο· καὶ ἔδοξα τοῖς μὲν οὐκ εἶναι χείρων ταύτῃ, τοῖς δὲ, καὶ βελτίων· ὥστε ἐν οὐ πολλαῖς ἡμέραις πεντήκοντα νέων ἦν ὁ χορός· ἀριστᾶν δὲ οὐκ ἦν, ἀλλ' ἔδει πονεῖν εἰς ἑσπέραν. ἐθαυμάζετο δὲ μετὰ τῶν ἄλλων, (7) τὸ τῆς γαστρὸς κρατεῖν. ἧκεν ὁ Στρατηγὸς, καὶ ἐδεξάμην τὸν ἄνδρα λόγῳ μικρῷ μὲν· οὗτος γὰρ οἶμαι προσφωνοῦντι νόμος. ῥηθέντι δὲ μετὰ νοῦν αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις. ὁ δὲ ἀντίτεχνος (καλῶ μὲν γὰρ αὐτὸν, ὃ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν) ἠπείλησεν ἐρεῖν. καὶ τοῦτ' ἦν ἐπίδειξις ἡ ὑπόσχεσις. ἰδὼν δὲ τοὺς παιδαγωγοὺς ἰσχύοντας ἀπὸ τοῦ πωλεῖν τοὺς νέους, καὶ τὸν ἐν μουσείοις κόσμον ἀπολωλότα, συμβουλεύω τοῖς ἐμαυτοῦ πολίταις, μὴ ταῦτα περιορᾶν, ἀλλ' ἀγανακτῆσαι καὶ κωλῦσαι. καὶ ἐγένετό τις ὀργὴ μετὰ τῶν ἀδικούντων οὐ μικρά. ὁ δὲ ἀντίτεχνος (8) ἠπείλησεν ἐρεῖν αὐτοῖς· καὶ τοῦτ' ἦν ἐπίδειξις ἡ ὑπόσχεσις. τελευτᾷ Ζηνόβιος· καὶ ἐμονῳδοῦν ἀπελθὼν τοῦ τάφου. καὶ μικρὸν ὕστερον ἐγκωμιάζω τὸν διδάσκαλον μακροτέρῳ λόγῳ· καὶ ἔδοξεν οὐ φαύλους κεκομίσθαι μισθούς. ὁ δὲ ἀντίτεχνος ὑπέσχετο λέξειν, ἣν ὁ πατὴρ (9) αὐτοῦ ἀποθάνῃ. ὁ δ' ἔτι ζῇ. τούτων γιγνομένων, οἱ σφόδρα ἐγνωκότες ἀναισχυντεῖν· ἦσαν δὲ τρεῖς· ἀντὶ τραπέζης λαμπρᾶς οἱ τοῦτο ποιοῦντες ἐνέδοσαν. ἐγὼ μὲν οὖν ἀναπαύλης ἐδεόμην· τῷ θείῳ δὲ οὐδὲν ἄρα ἤρκει. καὶ Κυρῖνος δὲ ἦν τῶν οὐκ ἀφιέντων· παρ' ἡμῖν τε ἔχων τὸν υἱὸν, καὶ (10) μιμούμενόν σε μὲν εἰς τὰ ἐμά, ἐμὲ δὲ εἰς τὰ σά· ἀγωνίζομαι δή τινα

ἀγῶνα

(1) In Cod. MSto Cæs. membran. rectius legitur πρὸς ἄλλους.
(2) In eod. Cod. Cæs. legitur ἀποδίδωμι.
(3) In eod. Cod. Cæs. legitur εὐχὴν μόνην αἰτῶν &c.
(4) In eod. Cod. Cæs. rectè legitur, τῇ δὲ ἁμίλλῃ πολλαὶ &c.
(5) In eod. Cod. Cæs. legitur Πλάτων δὲ οἶμαι ἠσθένει &c.
(6) In eod. Cod. Cæs. legitur συνεκεχώρητο.
(7) In eod. Cod. Cæs. legitur καὶ τὸ τῆς γαστρὸς &c.
(8) In eod. Cod. Cæs. legitur ἠπείλει συνερεῖν αὐτοῖς.
(9) In eod. Cod. Cæs. legitur αὐτῷ.
(10) In eod. Cod, Cæs. legitur μιμούμενος.

ἀγῶνα τῶν ἐν τοῖς πλάσμασι τούτοις· ὁ δὲ ὠρχοῦντο, ἅτε ἐν αὐτοῖς τεθραμμένοι· καὶ ἐδέοντό μου κατὰ μέσον γινομένου τὸν λόγον, μετὰ τῆς ἴσης τέχνης καὶ τὴν ἀντιλογίαν γράφειν. καὶ γράψας ἀπῆλθον ὅτι τάχιστα· καὶ ἦν ἀδελφὸς ὁ λόγος τοῦ προτέρου, καὶ διεσέσειστο τῶν πολεμίων τὰ πράγματα. δείσας δὲ μὴ γυμνωθείη, εἰσῆλθεν ὡς καθέξων τὰς (1) ὑποστάσεις· ἐκίνησε δὲ καὶ τὰς οὐκ ἂν εἴποις ἐσίγα συμβάσας· ἐν γὰρ τοῖς προοιμίοις ἐδεῖτο ἐμὲ φθῆναι τὸ τέλος εἰπεῖν. Κυρίου δὲ οὐ διδόντος ὑπερπηδᾶν, αὐτὸς αὐτῷ τοῦτο ἔδωκε. καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας κάθηται μόνος. ὅρκοι δὲ καὶ ἀνάγκαι πᾶσαι καὶ δεσμοὶ, καὶ ὅσα ἐπιστεύετο τηρήσειν τοὺς νέους, ἐπατεῖτο. καὶ μετέρρεον. ἐπὶ τούτοις γράμματα Βασιλέως ἀφικνεῖται κελεύοντά με ἀναστρέφειν πρὸς ἃ ἀπεκείματο τότε τῆς κεφαλῆς καὶ τὸ τῶν νεφρῶν νόσημα, ὡς οὐκ ἂν δυναίμην. τοῦτο δὲ οὕτω θέμενος, δείκνυμι λόγον περὶ εὐφυίας· τύπος δὲ τῆς διαλέξεως, τὰ σὰ παιδικά. καὶ δευτέρας ἐδέησεν ἡμέρας, ἧς ἐκοινώνει Κλημάτιος. τὴν μὲν οὖν ἐπ' αὐτῷ κίνησιν οὐκ ἐμὸν εἰπεῖν. ἐκεῖνο δὲ ἦν ἐμὸν εἰπεῖν, καὶ ἐβοᾶτο, ὅτι τούτων μέν τοι διδάσκαλος Ἀριστοίνετος· καὶ δὴ καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἂν ἔπαινον δέχηται.

(1) In margine adscriptum hîc erat Holsteniana manu ὑποχέσεις. In Codice autem MSto Cæs. legitur ἀποστάσεις.

IX.

Τῷ αὐτῷ.

ΜΗ λαβεῖν μέν σε τὰ γράμματα, ἃ Κλημάτιος ἐκόμιζεν, οὐκ ἂν πεισθείην· οὐ δὲ μηδὲν ἡμῖν ἐπιστεῖλαι τὴν αἰτίαν ζητῶν, οὐχ ὁρῶ, πλὴν εἰ (2) τῷ μνήματι προσκεῖσθαι πάντων σε τῶν ἄλλων ἀφίστησι· καίτοι καὶ κατ' αὐτόγε τοῦτο χρῆν σε ἐπιστεῖλαι διδάσκοντά με τὴν τῆς γυναικὸς ἀρετὴν, νομίζοντα μέρος εἶναι τῆς εἰς ἐκείνην τιμῆς, τὸν λόγον. τὸ δὲ εἰ μείζων ὁ κόσμος οὗτος ὧν νῦν ποιεῖς. περὶ μὲν οὖν τούτου πράξεις ὅτι σοι βέλτιον ἂν φαίνηται· ἡμεῖς δὲ ἃ πλασάμενοι νοσεῖν ἀνέστημεν ἐκεῖθεν, τῇδε νοσοῦμεν· ὥστε πρότερον μὲν ἐδυσχεραίνομεν τόπον τινά, νῦν δὲ αὐτὸ τὸ ζῆν. πρὸς γὰρ τῷ περὶ τὴν κεφαλὴν κακῷ, νεφρῖτις ἡμᾶς πολιορκεῖ, νῦν μὲν σφοδρότερον ἐμβάλλουσα, νῦν δὲ ἡσυχαίτερον, πάντως δέ τι λυποῦσα· καὶ πάντα μὲν πανταχόθεν εἰς τὴν ἴασιν ἀγείρεται· κρατεῖ δὲ τὸ κακὸν, καὶ ὁ νεφρὸς ἡμῖν, ὅλμος φασὶν ὑπὲρ κεφαλῆς· ἀλλ' ὅμως πειρώμεθα μὴ σιγᾶν. μηνυτὴς δέ σοι καὶ τούτων κἀκείνων ἔσται Μητρέιος· ὃς τῇ πατρίδι μὲν ἔχων ἀντιθεῖναι τὴν ἡμετέραν, τοῖς πολίταις δὲ τοὺς ἐνταῦθα φίλους, ὑπὸ σοῦ πάλιν εἰς Βιθυνίαν ἕλκεται, θαυμαστὸν

(2) In cod. Cod. Cæs. legitur πλὴν εἰ τὸ τῷ μνήματι, &c.

αὐτοῦ φίλτρον ἐγκαταλιπὼν Σύρεις· ἃ μήτ' ἀγνοεῖν ἐᾷ τὸν πρεσβύτην, μήτ' εἰδότα ὀργίλον εἶναι.

X.

Τῷ αὐτῷ.

ΟΥδὲ πρότερον ἐν τοῖς πολίταις ἠπιστάμην περὶ σοῦ λέγων, ἃ περὶ σοῦ λέγειν ἄξιον ἦν. οἱ δὲ συγγινόμενοι τῶν ἐμῶν πολιτῶν μάρτυρές μοι γινόμενοι, πρὸς ἅπασαν τὴν πόλιν πλείω τὴν πίστιν ἐνέθηκαν, Ἀντίοχος ἐκεῖνος ὁ χρηστὸς, Ἀπελλίων ὁ βέλτιστος, πάντες ὅσοι δι' ὑμῶν ἰόντες ἔλαβον παρὰ τῆς τύχης τὸ γνῶναι τὴν σὴν ψυχήν· ὥστε ἐν τοῖς ἐπ' ἀγορᾶς συλλόγοις τὸ πολὺ τῶν λόγων σὺ ποιεῖς. καί τινες ἤδη τῶν εἰωθότων κινεῖσθαι, σπεύδουσιν ἰδεῖν τὸν ὑμέτερον τόπον· οὐχ ὅπως ἐκεῖνον ἴδοιεν, ἀλλ' ὅπως ἐκεῖνον σὲ τὸν γόητα· τοῦτο γὰρ (1) ἐκόσμισεν Ἀντίοχος τοὔνομα, μάλα δὴ καταχρεθεὶς ὑπὸ σοῦ. σὺ δ' ὅτι μὲν ἀπηλλάγης ποτὲ τοῦ τάφου τῆς γυναικὸς, ἐπαινῶ· φασὶ δέ σε μηδὲν γεγονέναι φαιδρότερον, ἢ ὅτε παρεκάθου τῷ τάφῳ· ἀλλὰ τὸν μὲν τόπον ἀφεῖναι, τῆς δὲ ἀθυμίας ἔχεσθαι, καὶ τὸ πρόσωπον πάνυ δεικνύναι γέροντος. (2) σὺ μὲν οὖν ἐκ λύπης, ἐμοὶ δὲ τοῦτο παρὰ τὸ νοσεῖν. νοσῶ δὲ ἐξ οὗπερ ἧκον· καὶ οὐδὲ παύσεταί γε τὸ κακὸν, πρὶν ἂν παύσωμαι τῆς πατρίδος ἐρῶν. θαυμάζω δὲ ὅπως ἠχθέσθης τὰ γράμματα ἀπαιτούμενος, εἰδὼς τὸν ἡμέτερον τρόπον, ὡς οὐκ οἶδεν ἀντὶ τῆς Πενελόπης τὴν Ἑλένην ἐπαινεῖν. νῦν δὲ ἐπειδὴ διδάσκεις, μικρὰ καὶ νῦν (3) ἔγραφες ἐκ τῶν πλείω· τοῦ δὲ μηδενὸς, τοῦτο πλέον· πειρασόμεθα δὲ μὴ γίνεσθαι κακοὶ, τοῦ θέρους ἡμᾶς ἀπὸ τῶν μειρακίων ἐλευθεροῦντος· ἐν ᾧ τι καὶ βέλτιον ἄν τις φθέγξαιτο.

(1) In Cod. MSto Cæs. membran. legitur ἐκόμισεν. (2) In eod. Cod. Cæs. rectè legitur: σοὶ μὲν οὖν, ἐκ λύπης, ἐμοὶ δὲ τοῦτο, παρὰ τοῦ νοσεῖν. (3) In eod. Cod. Cæs. legitur γέγραφας.

XI.

Λιβάνιος Ἀκακίῳ.

ΚΑὶ αὐτός εἰμι τῶν (4) βεβαπτομένων ὑπὸ τοῦ μεγάλου κύματος ἐκείνου. κεῖται γὰρ Ἀρισταίνετος, ὦ Ζεῦ, ἥτε δευτέρα πληγὴ (5) διέφθειρεν ἡμᾶς· οὐδὲ τῆς Ἱεροκλέους κεφαλῆς φεισαμένου τοῦ δαίμονος. διὰ ταῦτα σεσιγήκαμέν τε καὶ (6) σιγῶμεν ὅσα γε ἐν ὁμίλῳ κοινῷ· ὡς οἵ γε φοιτῶντες, χρῶνται ἡμῖν (7) χείροσιν ἢ πρόσθεν· ἥδιστα δὲ τῷ τε υἱεῖ καὶ τῷ κηδεστῇ προ-

(4) In eod. Cod Cæs. legitur βεβαπτισμένων. Intelligitur autem hoc loco horrendus ille terræ motus Nicomediensis, in quo Aristænetus cum Hierocle periit. Quâ de re vide plura pag. 254 in margine. (5) In eod. Cod. Cæs. meliùs legitur προδιέφθειρεν. (6) In eod. Cod. Cæs. legitur σιγήσομεν. (7) In eod. Cod. Cæs. legitur οὐ χείροσιν.

προθύμως εὖ μάλα(1) λέγων ἡμμένοις καὶ κινοῦσι τὸν παιδευτὴν οὐ παρακαλουμένοις. ὥς τε σοὶ καὶ(2) γράφειν τι πρὸς αὐτῷ, τὴν ἐκείνου τοῦ ἔπους ἀρχὴν ἀρκεῖν, ἥ φησιν, οὕτω νῦν φίλα τέκνα. πιστεύω δὲ καὶ Φιλόξενον ἄξια τῆς συγγενείας δράσειν.

(1) In eod. Cod. Cæs. rectè legitur λόγων.
(2) In eod. Cod. Cæs. rectè legitur γράφοντι.

XII.

Λιβάνιος Ἐντρεχίῳ.

Ἐγὼ δέ σε ἐβουλόμην ἀμφότερα ὁμοῦ δύνασθαι, οἴκοι τε εἶναι καὶ παρ' ἡμῖν· καὶ μεθ' ἡμῶν μὲν ἐπιμελεῖσθαι λόγων, Νίκαιαν δὲ κοσμεῖν, καὶ συνέχειν Ἀρισταινέτῳ τὴν οἰκίαν. Νικαίας δέ μοι καὶ μεμνῆσθαι καὶ μέλειν καὶ τιμᾶν τῶν δικαίων ἂν εἴη· ἥδε γάρ ἐστιν ἡ τῷ κόλπῳ με δεξαμένη, καθάπερ τὸν Διόνυσον ἡ Θέτις τῶν Βακχῶν αὐτῷ τυπτομένων· φιλῶν δὲ Νίκαιαν, καὶ τὸν Ἀρισταινέτου τάφον, πῶς οὐκ ἂν καὶ τὸν ἀντ' ἐκείνου τοῖς ἐκείνου γενόμενον φιλοίην; ἔνι δὲ καὶ φιλοῦντα μὴ ἐπιστέλλειν, ὥσπερ οὖν καὶ μὴ φιλεῖν ἐπιστέλλοντα· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἡμᾶς καὶ ὃν οὐκ ἐπέστελλες ἐφίλεις χρόνον. ἔπειθε δέ σε φιλεῖν, τὸ ζητοῦντα μὲν λόγους ἥκειν Ἀθήναζε, φανῆναι δὲ οὓς ἐζήτεις ἔχοντα. τὰ δ' ἐφεξῆς ἅπαντα τῶν λόγων τούτων, ἀρχαί τε ἐπ' ἀρχαῖς αἱ δευτέραι παριοῦσαι τῷ μέτρῳ τὰς προτέρας. ἔρως τε Βασιλέως Πέρσας ἐληλακότος, καὶ μετ' ἐκεῖνον ὑπάρχου(3) φιλανθρώπου, Βασιλεῖ τιμίου, ὃς μετὰ σοῦ τὸ πλέον τῆς οἰκουμένης ἐπελθὼν, ἅπαντα σοὶ πιστεύων, παραδοὺς τὴν Παλαιστίνην ἄγειν, λαμπροτάτας ἀφορμὰς παρέδωκεν. ἀλλ' εἰς ταῦτα μὲν ἐπιθυμίᾳ τῶν σῶν ἐπαίνων ἤχθην. λαβὼν δέ σου τὴν ἐπιστολὴν, καὶ τὸ μῆκος ἰδὼν, ᾤμην αὐτὴν ἐρεῖν τί μοι καὶ περὶ τῶν υἱέων, ἐν ὅτῳ τέ εἰσι, καὶ τίνες αἱ ἐλπίδες. εἰκὸς δὲ εἶναι χρηστὰς, σοῦ τοὺς σαυτοῦ παιδεύοντος. εὑρὼν δὲ αὐτοὺς οὐδαμοῦ, μάλα ἠχθέσθην· οὐχ ὡς οὐκ ὄντων ἐν τοῖς πρέπουσι πόνοις· πῶς γὰρ οἵ γε ἐκ σοῦ; ἀλλ' ὅτι μοι ἔδειξας οἴεσθαί με μηδένα αὐτῶν ἔχειν λόγον· καὶ ταῦτα τοῦ κινοῦντος ὄντος οὕτω μεγάλου.

(3) In eod. Cod. Cæs. legitur, ὑπάρχου, φιλανθρώπου Βασιλεῖ τιμίου, ὃς &c.

OBSERVATIONES HOLSTENIANÆ,

ex jam exhibitis *duodecim LIBANII Epistolis* excerptæ;
cum ADDITIONIBUS LAMBECIANIS,
partim in margine, partim in fine
adjunctis.

Ex his igitur duodecim Libanij Epistolis hac ad Aristæneti vitam pertinentia

tinentia observo. Primò, fuisse eum natione Bithynum, patriâ Nicænum, indicant Epistolæ 9na & 12ma. Secundò, vixisse eum sub Imp. Constantio, Imp. Constantini Magni filio, apparet ex Epistolâ primâ. Tertiò, quamvis sub Imperatoribus jam Christianis vixerit, fuisse tamen paganum, & gentilium sacra coluisse, Imperatorum legibus nondum sublata, testatur commendatio Jamblichi, (1) Himerij filij, in Epistolâ 3; Quartò, Rhetorem sive Attici sermonis Magistrum fuisse, ostendit Epistola 8va sub finem, ubi Libanius eum Magistrum suum appellare non veretur, & διάλεξιν περὶ εὐφυΐας se habuisse ait eo dicendi genere, quod Aristæneto in delicijs erat; ideóque de suis & aliorum Orationibus accuratè ad eum scribit, ut Epistolâ 1 de Spectato, & Epistolâ 8 de suo certamine cum æmulo Sophistâ sive ἀντιτέχνῳ: sed eum & docendi munus exercuisse, disertè testatur Epistola 10 sub finem. Quintò, excelluisse potissimùm Epistolis pulcherrimis scribendis, apparet ex Epistolâ 4 & 7, ita ut publicè in doctorum circulis legerentur; non probabat autem Laconicas. Sextò, fuisse Virum insigniter humanum, & amicorum amantissimum, ita ut in transitu ad se visentes benevolentiæ præstigijs quodammodo irretiret, ostendit Epistola 10, & (2) γόητος appellatio, quam Antiochus ei tribuit. Septimò, animum ejus ad mulierum amores procliviorem arguit affectus erga uxorem defunctam propemodùm nimius, cujus meminit Epistola 8, 9, 10. Octavò, Rempublicam attigisse, & (3) nescio quo munere publico apud Bithynos functum, docet nos Epistolâ 5. Nonò, morte obitâ, (4) Nicææ sepultum ostendit Epistola 12 ad Entrechium, qui familiæ relictæ curam gessit. Hæc γνωρίσματα sive indicia Aristæneto Epistolarum amatoriarum Autori ad unguem conveniunt omnia, qui post Constantinopolim in Byzantij ruinis excitatam vixit, vegetâ adhuc eloquentiâ, quæ cum suppressis gentilium sacris studijs concidit post Theodosij Junioris tempora. Aristænetum Libanio (5) σύγχρονον fuisse & (6) ὁμότεχνον, facilè

(1) *Huius* Himerij *Sophistæ Bithyni, cuius Vita exstat apud* Eunapium, Orationes tres *hactenùs, quod ego sciam,* ineditæ *exstant manuscriptæ in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ, ut suo deinceps tempore & loco accuratiùs indicabo, cùm in Continuatione horū Commentariorum ad Codices manuscriptos* Philologicos *Græcos pervenero.*

(2) *Hoc est,* Præstigiatoris *seu* Incantatoris. (3) *Indicat hoc* Ammianns Marcellinus *Libro decimo septimo, quippe ubi expreßè refert,* Aristæuetnm *A. C.* 358, *Datiano & Cereali Consulibus, affectatam recens* Diœcesim Bithynam, *vicariâ potestate curantem, ideóque* Nicomediæ, *quæ, ut ipse ait,* Bithyniæ Vrbium Mater *erat, degentem, in horrendâ istius Vrbis per terræ motum subversione periisse. Ipsa eius verba sunt hæc*: Quosdam domorum inclinata fastigia intrinsecus ferebant intactos, angore & inediâ consumendos. Inter quos ARISTÆNETVS, affectatam recens Diœcesim curans vicariâ potestate, quam Constantius ad honorem uxoris Eusebiæ Pietatis cognomine dedicârat, animam, hoc casu cruciatam diutiùs, exhalavit. *Ad quem locum vide Annotationes* Friderici Lindenbrogij *&* Henrici Valesij. (4) *Quamvis* Aristænetus Nicææ *sepultus sit,* Nicomediæ *tamen in terræmotu A.* 358 *perijt, unà cum* Hierocle *Philosopho, ut ipse testatur* Libanius *Epistolâ duodecimâ.* (5) *Hoc est,* æqualem *seu, ut vulgò loquuntur,* contemporaneum, (6) *Hoc est,* ejusdem artificij.

facilè perſpiciet, ſi quis Epiſtolam ejus primam Libri primi conferat cum Ecphraſi pulchritudinis Libanij Tom. 2 pag. 709, & Epiſtolam 10 Lib. 2 cum Ethopoeiâ ſecundâ in calce ejuſdem Tomi 2, pag. 734, quæ ex Ariſtæneto facilè emendari poteſt. Nam pictor ille non (1) εὐτυχὴς, *ſed* ἀτυχὴς. *Plura etiam ejus generis Libanium cum Ariſtæneto conferenti occurrent.*

Hucuſque Avunculus. Cujus Obſervationibus, præter ſuprà adjunctas *Annotationes meas marginales*, hoc inſuper neceſſariò addendum eſt, eaſdem *Libanii duodecim Epiſtolas* etiam exſtare aliquoties manuſcriptas in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ*, & quidem præcipuè in duobus antiquis & bonæ notæ Codicibus manuſcriptis, ad *Joannem Sambucum* olim pertinentibus, quorum primus *membranaceus*, & nullo numero notatus, *Epiſtolas Libanij quadringentas octodecim*, alter autem *chartaceus*, & inter Codices MStos Philoſophicos atque Philologicos Græcos ſecundùm antiquum numerum *undecimus*, *Epiſtolas* ejuſdem *ducentas octoginta novem* continet. Exſtant etiam in iiſdem duobus Codicibus præter eas *duodecim*, quæ ex Codice *Vaticano* ſuprà jam exhibitæ ſunt, aliæ *duodecim* ejuſdem *Libanij ad Ariſtænetum Epiſtolæ*, quarum principia ſunt hæc:

In Codice manuſcripto *membranaceo*:

I. Ἀρισταινέτῳ. Τὰ παίδων πρὸς ἡμᾶς ἐπλήρωσεν ὁ Βοσδιανὸς, ὁ δὲ ἐκείνου πατὴρ πρὸς ἡμᾶς τῶν πατέρων, ὥς τε &c. Epiſtola 278, fol. 104 pag. 2. Eadem exſtat etiam in Codice chartaceo fol. 73 pag. 1, & eſt ibi ducenteſima ſexageſima, incipitque notabili hâc variâ lectione: Τὰ παίδων πρὸς ἡμᾶς ἐπλήρωκεν ὁ καλὸς Βοσδιανὸς, ὁ δὲ ἐκείνου πατὴρ &c.

II. Ἀρισταινέτῳ. Ἡ πόλις ἡμῖν πλέον ἐρῶσι τῆς σῆς ψυχῆς, ἢ σὺ τῆς ἐμῆς; &c. Epiſtola 285, fol. 106 pag. 1.

III. Ἀρισταινέτῳ. Καλήγε ἡ συνωρὶς, σὺ καὶ Δομέτιος ὁ χρηστός· ζεύγνυσι δὲ ἡμᾶς &c. Epiſtola 299, fol. 109 pag. 2.

IV. Ἀρισταινέτῳ. Ἠχύνθην ὅτι ἐγράψας περὶ τῶν θηρίων· οὐ γὰρ ἐώκεις &c. Epiſtola 301, fol. 110 pag. 1.

V. Ἀρισταινέτῳ. Ἤδειν μὲν πρότερον καὶ τὸν ἐμαυτοῦ πολίτην Μακεδόνα &c. Epiſtola 305, fol. 110 pag. 2.

In Codice manuſcripto *chartaceo*:

VI. Ἀρισταινέτῳ. Θαλασσίῳ τούτῳ, τὸ μὲν ὄνομα πατρῷον, ὁ τρόπος δὲ τοὐκείνου καλλίων. τίς μὲν γὰρ &c. Epiſtola 40, fol. 10 pag. 2.

VII.

(1) *Ipſa illa* Libanij *verba, ſunt hæc:* Τεχνίτης καλεῖσθαι βουλόμενος ἀγαθὸς, ἐραστὴς, ΕΥΤΥΧΗΣ ὀνομάζομαι. *Hoc eſt, interprete Morello:* Cùm artifex peritus nuncupari vellem, FORTUNATUS prædicor amator. *Sed pro* εὐτυχὴς *ſine ullâ controverſiâ ibi legendum eſt* ἀτυχὴς, *& totus locus vertendus eſt hoc modo:* Artifex appellari cupiens bonus, amator infortunatus nuncupor; *nempe propter irriti & inepti amoris impoſſibilem effectum.*

VII. Ἀρισταινέτῳ. Οὕτω με Σπεκτάτος ὁ γυναῖος ἀνηρτήσατο &c. Epiſtola 94, fol. 26 pag. 2.

VIII. Ἀρισταινέτῳ. Πρότερον μὲν ἐθαύμαζον τὸν κράτιστον Ἑρμογένην ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας, &c. Epiſtola 134, fol. 40 pag. 1.

IX. Ἀρισταινέτῳ. Καλῶς μοι δοκοῦσιν οἱ ποιηταὶ περὶ τοῦ ἔρωτος ἐσκέφθαι, καλοῦντες αὐτὸν ἀνίκητον, ὁπότε &c. Epiſtolâ 135, fol. 40 pag. 2.

X. Ἀρισταινέτῳ. Ἆρα καὶ τοῦτο τοῖς ἄρχουσιν νόμος μὴ τοῖς φίλοις ἐπιστέλλειν, &c. Epiſtola 232, fol. 64 pag. 2.

XI. Ἀρισταινέτῳ. Χάρις γέ σοι, προσθέντι τὸ ὅτι ὑγιαίνεις, τῷ ὅτι ἠρώστησας, &c. Epiſtola 253, fol. 70 pag. 2.

XII. Ἀρισταινέτῳ. Πρέπον δέ γε εἰς τὸν καλὸν Σπεκτάτον ᾄδεις, &c. Epiſtola 270, fol. 76 pag. 2.

De his igitur *duobus* alijſque pluribus *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* antiquis Codicibus manuſcriptis Græcis, quibus *Libanij* Sophiſtæ *Epiſtolæ* aliáque varia *Opera* continentur, ſuo deinceps tempore & loco accuratiùs & prolixiùs agam, cùm, volente Deo, in Continuatione horum Commentariorum ad *Codices manuſcriptos Philologicos Græcos* pervenero. Interim vide Librum *tertium* pag. 275, Librum *quintum* pag. 375, Libri hujus *ſexti* Partem primam pag. 77, & ejuſdem Libri *ſexti* Partem ſecundam pag. 219. Corollarij etiam loco exhibeo hîc ex eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Tabulas duas Topographicas*, quarum altera *Nicæam*, *Ariſtæneti* patriam, altera autem *Nicomediam*, horrendâ per terræmotum ſubverſione & miſero *Ariſtæneti* atque Hieroclis interitu famoſiſſimam, quemadmodum ambæ Vrbes ſecundum verum ſitum ab anonymo quodam pictore Chriſtiano coràm in ipsâ *Bithyniâ* depictæ ſunt.

EPISTOLA IX;

Amſterodamum.

Optimo & eruditiſsimo Juveni Petro Lambecio L. Holſtenius S. D.

Binas tuas accepi, Chariſſime Petre, ut deſideratas diu, ita gratiſſimas. Nihil enim magis ſcire cupiebã, quàm tuam de Amſterodamenſi commoratione voluntatem ac ſententiam, quam prioribus ſignificâſti. Sed quæ tuorũ ſtudiorum ratio eſt, mallem te illuſtriori loco vivere, & ubi major Doctorum ac Profeſſorum numerus diſcendi cupiditatem

ditatem expleat, præsertim cùm Juris Studio te addixeris; quod sine rerum usu & forensi strepitu vix percipi potest, nisi Scholæ potiùs quàm Foro discere velis. Quocirca, si cum Parentum veniâ fieri possit, Lutetiam Parisiorum te ut conferas suadeo ac hortor, Vrbem Viris doctis refertissimam, & Studiis tuis percommodam. Neq; enim uspiam terrarum aut eruditiores aut humaniores invenias, aut etiam mihi amicitiâ conjunctiores, quorum beneficio Regia Bibliotheca tibi patebit: ne privatas commemorem Thuani, Memmij, (1) Puteanorum Fratrum, & inprimis eam, quam Card. Mazarinus nunc instrui curat à Gabriele Naudæo, mei amantissimo. Sed nihil magis eò te invitare debet, quàm incredibilis benignitas Cardinalis (2) Barberini, Mecænatis mei, qui te omni humanitatis genere excipiet & complectetur. Eo autem pario facilè doctis Viris innotesces, qui omni obsequio illum colunt, ut communem Literarum ac Literatorum Patronum. Cæterùm ita velim iter instituas tuum, ut celebriores aliquot Belgij Civitates inspicias, Harlemum, Leidam, Vltrajectum, Hagam, Delphos, Roterodamum, tùm etiam Dordracum, Middelburgum & Vlissingam; unde facilis Caletum aut Diepam patet trajectus. At nolim (3) Leidam (4) ὁδȣ̃ πάρεργον, ut cæteras, transeas; nefas enim Musas & (5) μουσοπόλους ex transcursu venerari: sed ut tot illustria Nomina persalutes, & Academiæ rationem perspicias, mensem, ut minimum, te ibidem subsistere velim; ita sub finem Septembris Lutetiæ te futurum spero. Habebis à me proximo cursore literas itineri tuo necessarias; interim libros, quos poteris, conquire, præsertim Geographicos, eósq; diligenter in fascem compactos apud Tensinum mercatorem depone, primâ occasione Genuam aut Liburnum mittendos. Sed eâ in re Blavij consilio utere, qui sæpiùs libros Romam curat. Doleo perijsse literas & meas & Leonis Allatij ad Neuhusium: ejus enim opera in coëmendis libris te potissimum uti cuperem; ideóq; Indicem ad me mitte librorum, annotato singulorum pretio, quod ab eodem mercatore tibi refundetur. De Aristæneto angustia temporis prolixiùs me scribere vetat; illud tantùm suggero, σπεῦδε βραδέως. Libani; epistolas Lutetiæ videbis apud Clarissimum Valesium, qui non denegabit cæteras, quæ ad rem tuam faciunt. Interim, si me amas, de libris, de tuis studijs, de itinere quamprimùm rescribe. Vale. Romæ (6) VIII Kal. Jun. cIɔ Iɔc XLVI.

(1) *Nempe* Petri & Jacobi, *Virorum omni laudum genere maiorum, qui tunc Regi Galliæ à Consilijs & Bibliothecâ erant. Quâ de re vide plura in* Petri, *fratris senioris, Vitâ, à* Nicolao Rigaltio *conscriptâ, & Lutetiæ ex officinâ Cramosianâ A. 1652 in quarto editâ cum subjunctis variorum clarissimorum Virorum Encomijs. Quibus ego hoc tantùm nunc addo, verè de eximio illo fratrum pari dici posse, quod* Diogenes Laertius Archelaum *de* Cratete *&* Polemone *dixisse refert, eos fuisse λείψανα τȣ̃ χρυσȣ̃ γένους, hoc est,* reliquias aurei seculi. (2) *Nempe* Francisci. (3) *Aliàs* Lugdunum Batavorum *vel* Lugdunum ad Rhenum. (4) Obiter. (5) Musis deditos. (6) *Agebam tunc annum ætatis* decimum nonum.

EPISTOLA X;

Amſterodamum.

Optimo chariſſimóq; ſuo Petro Lambecio Lucas Holſtenius S. P. D.

IIs, quas ante octiduum abs te accepi, Chariſſime Petre, tunc ex tempore reſpondi, de Ariſtæneto ſcilicet tuo, cujus editionem non ſine magno fructu in menſes aliquot premes: tùm potiſſimum de itinere Gallico, quo Lutetiam ſub autumni principium pervenias; ubi omnia ſtudijs tuis commodiora experiere, & Juriſprudentiæ ſcientiam à doctiſſimis Viris toto pectore hauries. Nunc priuſquam Amſterodamo pedem moveas, velim compares mihi quatuor volumina illa novi Atlantis à Blavio edita, coloribus, ſed dilutioribus, illuminata, ita ut ſculpturæ & ſcripturæ ſubtilioris diligentiam non offuſcent colores. Id verò inprimis vide, ut impreſſionis ſint vividioris priorum duorum Voluminum Tabulæ, quæ jam longo uſu attritæ, in pleriſq; exemplaribus pallidiores comparent. Itaq; non ſolùm pretio, ſed & precibus hoc à Blavio impetres meo nomine, ut exemplar quàm perfectiſſimum habeam. Plurima apud me ſunt, quibus Italiæ Geographia egregiè juvari poſſet; tres autem abſolutiſſimas habeo Tabulas, Hetruriæ Suburbicariæ ſive Provinciæ Patrimonij, Latij cum Regione Sabinorum, Marſorum & Æquicolarum, tùm Melitæ Inſulæ & (1) Gauli. Veterem quoq; Italiam, Cluverianâ multo (2) correctiorem, & ab errorum Centurijs aliquot expurgatam, ſubmittere poſſum. De his quamprimùm reſponde. Maris mediterranei deſcriptionem habeo à parente Domini Blavij folio oblongo editam, ſed Tabulæ hydrographicæ rudiores ſunt, neq; Oceani περιηγήσει reſpondent. Si quid in eo genere accuratiùs à ſexennio prodijt, mihi parari velim. Chartas Indicæ navigationis jam habeo. Ad Theatrum Civitatum Italiæ multa ex Bibliothecâ Barberinâ ſuggerere poſſum, præſertim Piceni Civitates & munimenta omnia; ſed quis deſignandis exemplaribus ſumptus faciet? De Ignatio (3) Voſſij nihil reſciveram, neq; Leo Allatius cōmunis noſter Amicus. Mirum quàm editionem iſtam videre deſidero; nam veterem verſionem adjunctā puto, quam penes (4) Armacanum Epiſcopum eſſe ipſe Voßius affirmabat. Ad Hiſtoricos Græcos multa notavi, quæ idem Iſaacius apud me vidit, eáq; lubens ſubmittam, ſi (5) Vir doctiſſimus operæ pretium futurum

(1) *De* Gaulo *inſulâ, à* Melita *ad quinque millia paſſuum verſus occaſum æſtivū ſitâ, vide* Philippi Cluverij *Siciliā Antiquam lib. 2 cap. 16, pag.* 443, 444 *&* 445.

(2) *Vide* Annotationes *ipſius* in Italiam Antiquam Cluverij, *ab Eminentiſſimo Card.* Franciſco Barberino *Romæ typis Jacobi Dragondelli A.* 1666 *editas in octavo.*

(3) Nempe Iſaaci. *Significantur enim hîc* Epiſtolæ S. Ignatij, Epiſcopi Antiocheni & Martyris, *quas V.CL.* Iſaacus Voſſius, *Gerardi Joannis filius, ex Bibliothecâ Medicea cum veteri Translatione latinâ & Notis ſuis edidit Amſtelodami apud Joannem Blaeu A.* 1646 *in 4to.* (4) *Nempe* Jacobum Vſſerium; *de quo vide* Voſſii *Senioris inſigne teſtimonium capite decimo Operis de Vitijs Sermonis & Gloſſematis Latino-barbaris, pag.* 44. (5) *Nempe* Gerardus Joannes Voſſius.

futurum existimaverit. Pretium Operum Erasmi iniquissimum est. Epistolas Londini excusas Cardinalis Barberinus Parisijs sibi parabit. De cæteris libris, quorum Indicem miseram, rem tui judicij facio, ut pares, quos meliores judicaveris. His verò coemendis centum quinquaginta florenos Dominus Tensinus tibi suppeditabit. Sed doleo literas meas & Leonis Allatij intercidisse, quibus Neuhusij amicitiam tibi parare studui, eum præcipuè in usum, ut tibi consilio atq; operâ istâ in re adesset. Vale Charissime Petre, & Vossium utrumq; peramanter à me saluta. Romæ (1) *postrid. Kal. Jun.* cIↃ IↃc *XLVI.*

EPISTOLA XI;
Amsterodamum.

Eruditißimo Juveni Petro Lambecio, Nepoti meo charißimo, Lucas Holstenius S.P.Dico.

GAudeo rem ita successisse, ut optaveram. Tu igitur, quod facis, cœptum iter prosequere, &, dum ætas ingeniumq; floret, ne momentum quidem temporis frustrà tibi patiaris elabi, cujus rationem exigenti reddere non possis; nullum verò magis scrupulosum temporis tui exactorem habeas, quàm teipsum. De Aristæneto quòd (2) ἐπέχειν *constitueris, laudo probóq; plurimùm. Nihil enim in eo recensendo opis atq; adjumenti, à scriptis Codicibus, vel in Gallijs vel in Italiâ exspectabis, cùm hactenùs nullum ejus Libelli exemplar repertum fuerit præter* (3) *Pannonicum Sambuci; itaq; omnia hîc præsidia à tuo aut amicorum ingenio tibi petenda erunt. Philostrati epistolarum versionem probo, & ut in publicum proferas, sed moroso examine castigatam etiam hortor. Alciphronis* (4) ἀνέκδοτα *à Leone Allatio habuit Cl.* (5) *Vossius, ex Vaticano deprompta. Tu cum in Gallias atq; inde ad nos veneris, plura istius generis ex Manuscriptis colliges, quæ simul edi mereantur. Hoc tantùm moneo, ne quid crudum aut præcox temerè eruditorum hominum oculis obtrudas, cujus posteà aut te pœniteat, aut pudeat amicos. Differ itaq;, differ; habent parvæ commoda magna moræ. In Constantinopolitanâ Historiâ recensendâ, quicquid studij operæq; posueris, rectè collocatum existimo, ideóq; prolusionem in*

(1) *Agebam tunc annũ ætatis* decimũ nonum.

(2) Nempe τὴν ἔκδοσιν, *hoc est*, editionem differre.

(3) *Vide de eo suprà pag.* 241.

(4) Nempe Epistolas octo Alciphronis ineditas, *quarum* quinque *posteriores inscribuntur:* Ἀλκίφρονος Ῥήτορος ἐπιστολαὶ παρασίτων, *hoc est*, Alciphronis Rhetoris Epistolæ Parasitorũ sive Parasiticæ. *Harũ* primam *edidi integram in Lucubrationibus meis Gellianis pag.* 78 *&* 79. *Ejusdem* Alciphronis Epistolæ ἁλιευτικαὶ καὶ ἑταιρικαὶ, *hoc est*, piscatoriæ *&* amatoriæ *exstant græcè & latinè in Syntagmate Epistolarum Græcanicarum mutuarum à pag.* 359 *usque ad pag.* 380. *Ejusdem Epistolæ* ἀγροικικαὶ *sive* rusticæ triginta octo *hactenùs ineditæ exstant in* Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ *præstantissimo antiquo Codice, inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos secundùm antiquũ numerum centesimo sexagesimo quarto, qui multas alias variorum veterum Autorum hactenùs ineditas Epistolas Græcas continet, & passim literis aureis magnificè exornatus est. Inscriptio aurea* Epistolarum Alciphronis *est ibi hæc:* Ἐπιστολαὶ Ἀλκίφρονος Ῥήτορος ἀγροικικαί. (5) *Nempe* Isaacus.

in (1) Codini Chronico non dissuadeo, sed etiam, ut cœptum urgeas, hortor atque moneo, & scriptum Codicem, quem Illustrissimi (2) Peirescij munere possideo, ubi commodè fieri poterit, submittam. Usui enim is tibi erit, cùm Lutetiam perveneris; utpote ubi apud Puteanos fratres magnum Opus Chronologicum reperies, in quo tuam exerceas industriam: (3) Theophanem scilicet Agri Abbatem, cum Joannis Buchardi, hominis accuratè docti, versione edendum, quem nuper ex Barberinâ Bibliothecâ ad ipsos misi. Adjunxi etiam Anastasium Bibliothecarium, antiquum ejus interpretem, ex Casinensi Codice Longobardico depromptum. Præfigendum erit Theophani Chronicon Georgij Syncelli à Julio Cæsare usque ad Maximianum, cujus itidem exemplaria duo ad Vaticanos & Palatinos Codices accuratè collata ibidem offendes; alia etiam Regia Bibliotheca suppeditabit. In hoc opere partim vertendo, partim concinnando, ingenium & industriam tuam feliciorìbus auspicijs tunc exercebis; & ut plenum ac continuatum Historiæ Constantinopolitanæ Corpus habeamus, Codini Chronicon Theophani subjungi poterit. Sed de his prolixiùs scribam, ubi Lutetiam bono cum Deo perveneris, & Operi manum admovere coeperis. Interim quod superest temporis, in Geographicis & Chronologicis fundamentis rectè addiscendis pone, quod principio (4) ἀποδημίας tuæ te monui. Causam fructúmque consilij mei posteà experieris. Indicem librorum Elzevirij manuscriptum accepi, & gratias ago; videbis in syllabo adjuncto notatos, quos parari mihi velim. Judaicis illis non egeo; gaudeo tamen me vidisse Indicem. Atlantem Blavij, quatuor in Tomos divisum, etiam pares, sed nullis oblitum coloribus, aut sanè dilutißimis. Tu, priusquam Amsterodamo discedas, amicitiam cum eo & literarum commercium constitue; habeo enim plurima, quæ ipsius instituto prodesse poterunt. Vale, & de discessu tuo & profectionis tempore me mone, & Cl. Voßium officiosè à me saluta. Romæ (5) pridie Id. Julias cIↃ IↃc XLVI.

EPI-

(1) *Vide* Syntagma *meum* Originum & Antiquitatũ Cõstantinopolitanarũ *græcè & latinè in folio, A.* 1647, 1648 & 1649 *partim Lutetiæ Parisiorum, partim Romæ, collectum & elaboratum; anno autem* 1650, *ante reditũ ex Galliâ in Patriam, Parisijs apud Sebastianũ Cramoisij relictũ, & integro ferè quinquennio post, nempe A.* 1655, *ibidem ex Typographiâ Regiâ Luparæâ, Regijs sumptibus in lucem editum In hoc enim Syntagmate* Georgius Codinus *primum & præcipuum locum obtinet. Meminit hujus laboris mei juvenilis* R. P. Philippus Labbeus *S. I. in Protreptico Corporis Historiæ Byzantinæ, Parisijs è Typographiâ Regiâ A.* 1648 *in folio edito, pag.* 13 *his verbis:* Georgij Codini Tractatum de Originibus Constantinopolitanis, ex Manuscriptis R. P. Jacobi Sirmondi Soc. Jesu, Viri in omni doctrinarum genere præstantissimi, Lucæ Holstenij, aliorúmque Codicibus maximâ accessione auctum, Notisque illustratum, repræsentabit Petrus Lambecius, ejusdem Lucæ Holstenij ex sorore nepos, adolescens supra ætatem eruditus. *Ejusdem laboris mei facit etiam Vir Clarißimus* Gerardus Joannes Vossius *quinquies honorificam mentionem in secundâ editione doctißimi Operis de Historicis Græcis pag.* 492, 503, 523, 540 & 546. *Vide etiam Librum* tertium *horum Commentariorum pag.* 126, & *Librum* quartum *pag.* 72 & 73. (2) *Is est* Nicolaus Claudius Fabricius de Peiresc, *Amplißimæ Aquarum Sextiarum Curiæ in Galliâ Senator, toto terrarum Orbe celeberrimus, cujus Vita à doctißimo Viro* Petro Gassendo *eruditißimè pariter atque elegantißimè conscripta est. Vide etiam R. P.* Philippi Labbei *S. I. Thesaurum Epitaphiorum veterum & recentium, Parisijs A.* 1666 *in octavo editum, pag.* 542 & 543. (3) *Vide* Corpus Historiæ Byzantinæ, *Lutetiæ Parisiorum typis Regijs editum.* (4) Peregrinationis. (5) *Agebam tunc annum ætatis* decimum nonum.

EPISTOLA XII;

Amsterodamum.

Eruditissimo Juveni Petro Lambecio L. Holstenius S.

POstremis tuis, Charissime Petre, quibus de Librorum pretio ea, quæ scire avebam, perscripsisti, superiori cursore respondere non licuit ob temporis angustias. Nunc syngrapham mitto CCXX florenorum pretio persolvendo. Tu vide ne quid temerè coëmas præter eos libros, quorum Indices antehac misi. Mihi enim satis benè instructa est Bibliotheca à classicis Auctoribus, ita ut nullos ferè desiderem præter paucos illos à me notatos, quos diligenter conquiras velim. Recentiores, præsertim (1) ἐριστικὰς, *qui meras continent* (2) λοιδορίας, *nunquam curavi, quocunq; tandem se venditent nomine. Cl. Vossij senioris de Idololatriâ, item de tribus Symbolis, & Glossematum libros, hactenus Romæ non visos, vehementer desidero. Eos itaq; cæteris adjunge.* (3) *Ignatij autem Epistolas, nisi Notæ majorem in molem librum auxerint, Parisios tecum deferto; ibi mittendi occasio non deerit. Blavius literas nullas misit, quas me exspectare jussisti: tu meas illi meáq; officia exhibeto, quibus utetur cum volet. Nunc superest ut te itineri accingas, cujus rationem jam pridem perscripsi. Etenim cùm ob bellorum tumultus eam Belgij partem, quæ Regi Catholico paret, adire jam non liceat, rectè feceris, si Vlissingâ, aut ubicunque fortuna* (4) διάπλουν *obtulerit, rectà proficiscaris Diepam, unde rectissimum porrò Lutetiam iter est. Sed cùm & locorum & linguæ non usque adeò gnarus sis, vide ut comitem tibi unum aut alterum pares. Literas nonnullas raptim exaravi; plures Lutetiæ apud* (5) *R. P. Sirmondum aut Puteanos fratres reperies. Sed tu præcipuum tibi in Deo & modestiâ tuâ præsidium statuas. Vbi Lutetiam perveneris, de adventu tuo per P. Sirmondum me certiorem facias. Hospitium tibi pares in eâ parte Vrbis, quæ studijs attributa, Vniversitatis seu Academiæ nomen habet; ubi victum & Museum habeas in Gallorum contubernio, ut usu quotidiano linguam Gallicam addiscas, quæ faciliorem tibi Italicam postmodùm reddet. Id memineris, vesperi noctúque omnia Parisijs intuta esse, quocirca diutiùs cave emaneas. Vale, & rem feliciter gere. Romæ* (6) *d. XI Aug. A. cIↃ IↃcXLVI.*

Vossium utrumq; & Neuhusium officiosè à me saluta, & Cl. (7) *Heinsio mea deferas studia & obsequia. Filium ejus, nunc Florentiæ degentem, sub principium autumni hic exspectamus, qui nihil in me officiorum desiderabit. Vale.*

(1) Contentiosos.
(2) Maledictiones seu Convitia.
(3) *Vide suprà Annotationes marginales ad Epistolam decimam.*
(4) Trajectum.
(5) *Vide infrà Annotationes meas marginales ad Epistolam decimam quartā.*
(6) *Agebā tunc annū ætatis* decimum nonum.
(7) *Nempe* Danieli.

EPISTOLA XIII;

Lutetiam Parisiorum.

Charissime Petre,

VErissimum experior Platonicum illud non ænigma, sed oraculum, dolorem & voluptatem ita inter se conjunctos atque connexos esse, (1) ὡς, ἐάν τις διώκῃ τὸ ἕτερον καὶ λαμβάνῃ, σχεδόν τι ἀναγκάζεσθαι ἀεὶ λαμβάνειν καὶ τὸ ἕτερον, ὥσπερ ἐκ μιᾶς κορυφῆς ἡμμένω δύ' ὄντε. *Hactenùs impensè desideraveram, ut te Lutetiam pervenisse rescirem; jamque eam animo præceperam voluptatem, quasi Romæ præsens præsentem essem complexurus. Sed dum primo adventu morbo te oppressũ audio, ea animo oboritur molestia, quæ prioris nuncij dulcedinem succo quodam amaro diluit. Interim spe bonâ animum foveo, speróque, Deum, qui naufragij periculum avertit, valetudinem quoque prosperam largiturum, ut res tuas tuto in portu positas videamus. Quapropter rogo, ne dejicias animum, aut à Virtutis & Sapientiæ studio te deterreri patiaris; sed illud potiùs cogites, summa illa &* (2) ἀτίμητα *bona sine periculis & sudore parari non posse. Non aliâ lege ad hæc adyta mortales admittit Deus, neque ad sacra sua* (3) ἐπόπτην *accedere sinit, nisi post* (4) κακοπαθείας καὶ κολάσεις, *ut olim* (5) *Ægyptij Sapientes. Ego verò quid opportuniùs occinam, quàm Virgilianum illud: Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito. Aderit, qui Virtutis ad Arcem eluctantibus dextram porrigit, &, ut Cebes in Tabulæ illius Pythagoricæ explicatione ait,* (6) ἰσχὺν καὶ θάρσος *inspirat. Interim, quod solum possum, votis precibúsque salutem & studia tua Deo commendare non desisto, quod & ipse ut facias, sedulò moneo. Tu valetudinis rationem habe; illa enim Dearum præstantissima ritè se colentes propitia respicit. Illustres Dominos Puteanos & R. P. Sirmondum officiosè à me saluta, & librorum, quos Amsterodami ante discessum parâsti, Indicem ad me mitte, & de tuis rebus studijsque frequenter scribe; nihil enim est quod scire malim, quam tuum in pietate & bonis artibus profectum. Vale, Romæ* (7) *prid. Non. Octob.* cIↃIↃc *XLVI.*

Tuus omni animo atque affectu

L. Holstenius.

(1) *Hoc est*, ut, si quis prosequitur cupitq; alterum, semper fermè alterum quoque accipere cogatur, quasi ex uno eodem vertice sint ambo connexa. *Verba hæc sunt* Socratis *apud* Platonem *in principio* Phædonis, *sive*, *Dialogi de Animorum immortalitate.*

(2) Inæstimabilia.

(3) Spectatorem.

(4) Molestias & afflictiones.

(5) *De his tentationibus patientiæ & constantiæ novitiorum discipulorum, apud Ægyptios* Sapientes *olim usitatâ, vide ejusdem Avunculi mei insignem locum in Observationibus ipsius ad Vitam* Pythagoræ *à* Porphyrio *scriptam, pag.* 70, 71, 72.

(6) Robur & fiduciam.

(7) *Agebam tunc annum ætatis* decimum nonum.

EPI-

EPISTOLA XIV;

Lutetiam Parisiorum.

Præstantissimo Juveni Petro Lambecio

L. Holstenius εὐπςάττειν.

VIdes Charissime Petre, quàm te affectus & solicitudo mea affectetur. Nam cùm peregrinantem non nisi votis comitari potuerim, adventum saltem in Gallias prævenire studui tuum, ut (1) πςόξενον haberes, qui te Viris doctis ibidem commendaret. Spero autem literas, quas amicis tui causâ scripsi, ante discessum rectè ad te perlatas, aut per mercatorem submissas fuisse; hîc alias habès à Bulionensium Duce ad V.C. (2) Christophorum Justellum scriptas, quas mihi expetere visus es. Tu Illustres fratres Puteanos, P. (3) Sirmondum, (4) Petavium, (5) Naudæum, omni obsequio cole, & me, quamprimùm hasce acceperis, de itinere cæterisq; rebus tuis certiorem facito. Literas aut Puteanis aut Sirmondo tradas, qui rectè eas ad me curabunt. De (6) Eunapio, quod cogitas, laudo. Vtilem in eo operam collocabis; itaque quicquid potes subsidij collige à libris & ab ingenio, sed editionem differas, donec Mediceum Codicem conferas, qui Florentiæ ad S. Laurentium exstat, quo nihil antiquius aut præstantius me vidisse memini. Vnus ille Codex abundè tuo desiderio satisfaciet. Vale, & me de adventu tuo quamprimùm certiorem facito. Romæ (7) d. VIII Octobris A. cIↄ Iↄc XLVI.

EPI-

(1) Pararium. (2) *Virum Juris universi consultißimū, sed præcipuè Canonici.* (3) *De R.* P. Jacobi Sirmondi *S. I., natione Arverni, Vitâ & Scriptis* vide Elogium, *Parisijs apud Cramosios in quarto editum A.* 1651, *quo ipse Nonis Octobris obijt, cùm vixisset annos nonaginta tres. Fuit is Regi* Galliæ Ludovico XIII, *à sacris confessionibus, & à Summo Pontifice* Vrbano VIII *fuisset adlectus in Collegium Cardinalium, nisi ipse Purpuram sacram multis precibus, & sanctâ etiam fraude amolitus esset. Vide etiam Librum* primum *horum Commentariorum pag.* 163 *&* 164. (4) *De R. P.* Dionysij Petavij *Aurelianensis S. I. Vitâ & Scriptis vide peculiarem Catalogum Parisijs apud* Cramosios *A.* 1654 *in quarto editum; item* Leonis Allatij *Melissolyram sive Poema græcum de ejusdem Laudibus Romæ A* 1653 *editum. Obijt autem R. P.* Petavius *A.* 1652, *ineunte anno ætatis septuagesimo.* (5) *De Viri Clarißimi* Gabrielis Naudæi *Vitâ & Scriptis vide peculiare Syntagma, à R. P.* Ludovico Jacobo *Cabilonensi, Ord. Carm. ac Regi Galliæ à Consilijs & Eleemosynis, collectum, & Parisijs typis* Claudij *Cramoisy A.* 1659 *editum in quarto. Obijt autem* Naudæus *in reditu ex Sueciâ in Galliam Abbatis-Villæ ad Somonam A.* 1653, *ætatis quinquagesimo tertio. Cæterùm quanta mihi cum illo intercesserit amicitia & familiaritas, apparet ex* duobus *ipsius* Epigrammatibus, *quæ* Lucubrationibus *meis* Parisinis in Auli Gellij Noctes Atticas & Libro secundo Originum ac Rerum Hamburgensium *præfixa sunt.* (6) *Occasionem enim adornandæ novæ editionis* Libri Eunapij Sardiani de Vitis Philosophorum & Sophistarum *præbuerat mihi exemplar impressum, Viri celeberrimi* Josephi Scaligeri *propriâ manu plurimis locis emendatum, suppletum & illustratum, quod V. CL.* Gerardus Joannes Vossius *ex instructißimâ Bibliothecâ suâ perbenignè mecum communicaverat. Hæ igitur* Scaligerianæ Annotationes *marginales, diligenter tunc à me descriptæ, adservantur nunc cum reliquis meis ad idem argumentum pertinentibus Scriptis in* Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ. (7) *Agebam tunc annum ætatis* decimum nonum.

EPISTOLA XV;
Lutetiam Parisiorum.

Petro Lambecio, Nepoti meo optimo & eruditissimo, Lucas Holstenius S. P. dico.

VIdeo evenisse quod metuebam, & perijsse literas meas, quas nuper rectà per tabellarium ad te misi; itaq; minùs miror te silentium meum ægrè ferre. Nolim tamen existimes, res tuas minùs mihi cordi curáq; esse, quin potiùs affectum meum augeri indies, pariq; passu cum tuo in studijs & virtute profectu crescere scias; idque satis jam perspexisse te credo ex literis illis, quibus Domino (1) Priolo te ac tua studia nuper prolixè & quàm potui diligentißimè commendavi, quamvis nihil ferè ullius commendatione accedere poßit ad eum, quo te complectitur, affectum. Tu verò meæ exspectationi egregiè hactenùs respondes, quod omnem liberalem scientiam & veterum reconditam eruditionem tantâ animi contentione prosequeris: nam tuæ diligentiæ specimen (2) Gellianæ Lucubrationes mihi præbuerunt, & gaudeo te in isto potißimum scriptore ingenij periculum facere, unde & fructus & gloria tibi provenire poßit. Sed de tuis Observationibus quid sentiam aliàs prolixè exponam, & Codicem meum ad vetusta exemplaria collatum, ut dudum promisi, submittam. Interim de studiorum vitæq; instituendæ ratione paucis te monebo, eáque suggeram, quæ maximè tuam in rem futura existimo. Monuerat me jam antè Cardinalis Barberinus, quod & ipse postremis tuis significas, te Romam iter parare, & jam in procinctu esse. Equidem haud dubito, quin affectus & mei videndi desiderium hoc tibi consilium suggerat, quod tamen multas ob causas probare non possum, quas singulas enumerare nunc necessum non est. Ea præcipua est, quod studia tua non in umbrâ & ignavo otio, sed in luce usúque eruditorum hominum formari velim, quorum nuspiam terrarum major quàm in Galliis est copia. Humanitatem verò, quæ studiorum anima & vitæ condimentum est, ita propriam ei Nationi natura esse voluit, ut omnium mortalium testimonio & consensu constet, eam nonnisi à Gallis parari posse. Adhæc cùm tua te indoles & instinctus ad Antiquitatis & veteris Sapientiæ studium applicârit, quod veterum Librorum usu, velut bonæ mentis instrumento, potißimùm indiget, neutiquam tibi ab eâ statione decedendum puto, ubi & copia eorum maxima in publicis privatisque Bibliothecis habetur, & accessum facilem Gentis humanitas præbet. Neque verò est, quod Romam Lutetiæ hoc tempore compares, ubi imperitorum hominum morositas

(1) Nempe Benjamino; cujus prudentißimi & elegantißimi Libri duodecim Latini Historiarũ de Rebus Gallicis ab excessu Regis Ludovici XIIItij, Serenißimæ Reipublicæ Venetæ dedicati, prodierunt in lucem Parisijs apud Fredericũ Leonardũ A. 1665 in quarto.

(2) Prodierunt illæ in lucem Parisijs apud Sebastianũ Cramoisy, Regis & Reginæ Regentis Architypographũ & Gabrielem Cramoisy Kal. Febr. A. 1647, cum Privilegio Regis, in octavo, currente adhuc anno ætatis decimo nono.

ſitas aditum fermè omnem ad iſtiusmodi theſauros præcludit. Itaque, ſi me amas, & ſtudijs tuis rectè conſultum cupis, Italicæ profectionis cogitationem depone, hoc præſertim tempore, quo turbarum & bellorum nimbi undique nobis imminent. Libris multis non eſt cur te oneres, vel marſupium exhaurias; ubi enim ad nos perveneris, habebis Bibliothecam ſatis benè inſtructam. Itaq; eos tantùm tibi para, quibus carere non poſſis; cæteris ab amicis utere. Hæc ideo ſcripſi, ut ad (1) *αὐτάρκειαν illam Stoicam vitam componas, qui vel præcipuus* (2) *τῆς ξενιτείας fructus eſt. Anaſtaſij Bibliothecarij* (3) *collationes avidè exſpecto; nam eum te cum Regiis Codicibus contendere Illuſtres Domini Puteani ſcribunt. Quàm vellem lacunas in extremâ operis parte expleri poſſe? De Arriani diſſertationibus conferendis ſcripſi nuperis meis, ſed vereor ut rectè ad te pervenerint. Tu apud tabellariorum & curſorum Præfectum inquire. Hoſpitium quoq; ubi cõmoraris, indica, ne aliæ poſthac aberrent: &, ſi me amas, conſilio Domini Prioli utere, qui opportunè & fideliter te de omnibus monebit. A Parentibus tuis diu eſt, quod nihil literarum accepi; ſpero tamen omnia ſatis ſalva. Illuſtres fratres Puteanos omni obſequio cultúq; tibi devincias, & Regiæ Bibliothecæ viſendæ occaſionem, quam eorum humanitas tibi præſtat, ne negligas. Vale, & me, quod facis, ama. Romæ,* (4) *A. cIↄ Iↄc XLVII Kal. Aprilis.*

(1) Frugalitatem. (2) Peregrinationis. (3) Nempe Hiſtoriæ de Vitis Põtificum.

(4) *Agebam tunc adhuc annum ætatis decimum nonum.*

EPISTOLA XVI;

Lutetiam Pariſiorum.

Doctiſſimo præſtantiſſimóq; Juveni Petro Lambecio L. Holſtenius S. P. D.

H*Aſce raptim ad te ſcribo, Chariſſime Petre, ne ſilentium meum moleſtiam tibi faceſſat. Gaudeo meas, quibus iter Italicum diſſuaſi, in tempore ad te perlatas; neq; enim ſine præſentiſſimo vitæ periculo hâc anni tempeſtate ſuſcipi poterat. Diligentiæ & modeſtiæ tuæ teſtimonium omnes amicorum literæ præſtant. Tu id porrò ſtude, ut doctis probíſq; te probes. In acceſſu ad Eminentiſſimum Cardinalem* (5) *Barberinum omniq; deinde congreſſu eam ſervato modeſtiam, quæ & tuam decet ætatem, & ampliſſimæ ejus Dignitati convenit. Illuſtres Dominos Puteanos tui amantiſſimos omni cultu & obſervantiâ venerare; nihil enim æquè ſtudijs tuis prodeſſe nunc poteſt atq; ipſorum benevolentia. A Parentibus tuis literas recentes accepi; ibi omnia ſatis rectè ſe habent. Tu vale, & me ama. Romæ* (6) *die XX Maij cIↄ Iↄc XLVII.*

(5) Nempe Franciſcum.

(6) *Agebam tunc annum ætatis vigeſimum.*

EPISTOLA XVII;

Lutetiam Parisiorum.

Optimo doctissimóq; Juveni Petro Lambecio, Nepoti meo, L. Holstenius S. P. D.

QVas ante octiduum ad te dedi, Charissime Petre, à Viro Illustri Jacobo Puteano quin jam acceperis non dubito. Te & valere & studiis gnaviter incumbere gaudeo: hoc enim ut persuasissimum mihi habeam, sermo facit, quem Illustrium Dominorum Puteanorum Nepos, Regio Oratori ab Epistolis secretis, de te tuóq; in literis profectu mecum habuit. Idem Avunculi utriusq; erga te animum & benevolentiam prolixè mihi confirmavit, quamvis ita jam perspectam, ut nullius egeat confirmatione. Juris Vtriusq; Scientiam seriò ut amplectaris iterùm te moneo, & meo etiam nomine cohortabitur Eminentissimus Cardinalis Barberinus, & suâ quoq; autoritate optimis Doctoribus isthic commendabit. Cave tamen ita hoc abs te exigere me putes, ut Antiquitatis & Sapientiæ studium propterea vel abjicias vel intermittas, sed ut tempus operámque partiaris, vel potius, ut Themidem ac Sophiam, (1) ὡς συννάους καὶ συνθρόνους θεὰς, uno eodem opere simul colas. (2) Lucubrationes Gellianas, quas te absolvisse scribis, avidè exspecto, quamvis gustum earum capita subinde ad me missa præbuerint. In (3) Macrobio emendando multum operæ studijq; ponit Nicolaus Heinsius Danielis filius, cui antiquissimi exemplaris Neapolitani indicium feci; in quo conferendo nunc versatur. Tu ne frustrà tempus operámq; absumas, in Græcis ingenium experiaris potius, unde & uberiorem Sapientiæ fructum & laboris gloriam sperare poteris. In his præcipuè (4) Arrianum tibi commendo, meo quidem judicio Sapientiæ corculum. Indicavi nuper Codices veteres, ex quibus præsidia ad nobilissimum scriptorem restituendum petas. In Stobæi exemplaria Regia inquire, præsertim Eclogarum, quas Canterus ex pessimo Codice publicavit. Literas hisce inclusas Domino Sebastiano Cramosio tradas, qui Codices Græcos duos ab Illustribus Dominis Puteanis accipiet. Vale, & de privatis rebus, hoc est, (5) περὶ τῶν οἰκονομικῶν certiorem me facito; scire enim cupio, quo loco sumptúq;, & quibus cum sociis vivas. Vale. Romæ (6) d. XXVII Maij cIↃ IↃc XLVII.

(1) Tanquam ejusdem Templi & Throni Deas. (2) *Vide suprà Annotat. ad Epistolam XVIam.* (3) *Conferebā enim etiam ego tunc temporis* Macrobium *cum pervetusto & optime nota Codice* MSto Bibliothecæ Thuanæ, *cujus beneficio plurima ejus loca possunt emendari & suppleri. Excerpta illa mea adservantur nunc in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ.* (4) *Intelliguntur hic* Arriani *Commentariorum de* Epicteti *Disputationibus Libri quatuor, græcè cum translatione latinâ* Hieronymi Wolfij *editi Coloniæ typis Birckmannicis A. 1595 in octavo,* (5) De rebus domesticis. (6) *Agebam tunc annum ætatis* vigesimum.

EPISTOLA XVIII;

Lutetiam Parisiorum.

Optimo doctissimóq; Juveni Petro Lambecio, Nepoti meo charissimo, L. Holstenius S. P. D.

ACcepi (1) *Lucubrationes Gellianas per Puteanos fratres ad me missas. Eas ita excepi probavíq;, ut quamvis jam ob nostram necessitudinem omnia tibi debeam, si quid tamen debere possim amplius, novo nexu me devinctum sentiam, non quòd nomen meum Libello præscripseris, (hoc enim tralatitiũ est) sed quod monita & cohortationes meæ, quibus hactenùs adolescentiam tuam ad rectam studiorum rationem & bonam mentem informare studui, eum, quem cupiebam, locum apud te habuerint; eóq; lubentiori animo & meæ solicitudinis & tuæ diligentiæ fructum, quamvis præmaturè præcocem admitto, & si porrò gnaviter exerceas ingenium animúmq; colas, uberem mihi & bonæ frugis messem polliceri audeo. Nihil autem magis te excitare debet, quàm doctorum hominum favor, qui hasce industriæ tuæ primitias excepit. Magna enim & præclara omnia post ejusmodi promulsidem nos exspectare jubes. Interim tibi mihiq; gratulor, & me bono Eventui voti reum gaudeo. Causas Italicæ profectionis facilè mihi probas; eas enim affectus erga me tuus,* (2) δεινὸς συνήγορος, *commendat. Quoniam ergo studiis rebúsq; tuis ita conducere existimas, expectabimus te ad proximas Kalendas Novembres; neq; enim sine periculo huc acceditur ante adultum autumnum, nisi maturiores pluviæ ventíq; frigidiores aërem temperaverint. Sed de discessu & itinere tuo Eminentissimus Cardinalis Barberinus constituet, quod ex re tuâ futurum judicaverit; ejus jussis consiliisq; in omnibus obtemperabis. Interim hoc te moneo, imò etiam rogo, ne valetudinem vigiliis nocturnis afflictum perditúmq; eas. Habebis autem curam, si intempestivæ* (3) φιλομαθίας *pœnas totâ vitâ tibi persolvendas cogitaveris. Ex Cramosio pretium aliquot librorum scire velim, quorum syllabum literis adjunctis inclusi. Eum tu quamprimum ad me remittas, ut, quid factu opus sit, maturè dispiciam ante tuum discessum. Si qui eorum in officinâ Cramosianâ non exstent, apud alios perquirito. Vale, & Cl. Naudæum & Illustres Dn. Puteanos officiosè à me saluta. Romæ* (4) *d. XVII. Junij* cIɔ Iɔc XLVII.

(1) *Vide etiam suprà Epist. 15 & 17.*

(2) Validus Advocatus.

(3) Cupidinis discendi.

(4) *Agebã tunc annũ ætatis vigesimũ.*

EPISTOLA XIX;

Lutetiam Parisiorum.

Doctissimo Juveni Petro Lambecio, Nepoti meo charissimo, L. Holstenius S. P. D.

RECtè te valere & studijs gnaviter incumbere gaudeo. Incusserant enim solicitudinem aliquam animo meo Puteanorum fratrum literæ, quæ valetudinem tuam vacillare significabant. Ego, quod sæpiùs jam te monui, nunc iterum inculco, ut ab intempestivis lucubrationibus post cœnam tibi caveas, atq; ita cum Musis verseris, ne (1) Hygeam iratam habeas. Vbi enim semel offenderis, haud facile placabilem experiere. (2) Gellianas Emendationes, statim ut accepi, amici mihi extorserunt è manibus, ut vix fugiente oculo inspicere licuerit. Receptas expendam pressiùs, &, si quid displicuerit, indicabo. (3) Eunapium Mediceum, cum Florentiæ degerem, non contuli: neque enim ullus mihi ad manum erat excusus Codex; sed præstantiorem Codicem nusquam reperiri existimo; est enim miræ vetustatis. Vbi ad nos accesseris, licebit eum (4) ἐν παρόδῳ excutere, neq; te operæ aut moræ tantillæ pœnitebit. Proximo cursore submittam collationem exactam Codicis Barberinæ Bibliothecæ, recentioris quidem, sed accuratè scripti. Interim (5) Codinum mitto, & (6) συλλογὴν Antiquitatum Constantinopolitanarum, atq; supplementa ex Vaticanis aliisq; Codicibus collecta. Ego (7) Syntagmati meo Geographico hæc destinâram, sed rectiùs Byzantinæ Historiæ Corpori inserentur. Multa istorum apud Suidam, plura apud Cedrenum habentur. Tu vide ut Spartam, quam tibi sumpsisti, rectè ornes, ita tamen ne aliorum (8) ἀστοχίαν sive ἀκρισίαν insecteris; quod (9) Gretserum fecisse nollem. Julij Oratoris sive (10) Æthici Cosmographiam, ex Manuscripto Palatino depromptam, mitto, ut cum vetustissimo exemplari Dn. Thuani conferas, & folium, quod hîc deest, suppleas. Codicis illius usum Illustris Dn. Puteanus tibi impetrabit. Si lectiones plurimùm discrepare deprehenderis, minus laboris tædijq; experiere, si integrum ex Thuani Codice describas. Expecto

(1) Deam sanitatis præsidem; *de quâ vide amplissimam & eruditissimam Dissertationem V.CL.* Joannis Henrici Meibomii *capite sexto doctissimi Commentarij in* Jusjurandum Hippocratis. (2) *Vide suprà Epist.* 17 & 18. (3) *Vide suprà Epist.* 14. (4) In transitu. (5) *Vide suprà Epist.* 11. (6) Collectionem. (7) *Vide Lib. 1 horũ Comentar. pag.* 113 & 114, & *paulo pòst Epistola* 21 *Annotationem marginalem.*

(8) Hallucinationem *sive* errorem judicij. (9) *Intelliguntur hîc* R.P. Jacobi Gretseri *S.I. Commentarij in* Georgij Codini *Librum de Officijs Magnæ Ecclesiæ & Aulæ Constantinopolitanæ, utpote in quibus in V.CL.* Franciscum Junium, *qui ante ipsum sub ficto* Nadabi Agmonij *nomine eundem* Codini *Librum primus græcè & latinè cum Notis suis in lucem ediderât, innumeris ferè locis nimis vehementer ac graviter invehitur. Quâ de re vide etiam V. CL.* Gerardi Joannis Vossij, *qui jam memorati* Junij *fuit gener, modestissimam querelam Lib. 2 de Vitijs Sermonis & Glossematis latino-barbaris cap. 2, pag.* 173 & 174. (10) *De Cosmographiæ* Æthici *vetustissimo Codice manuscripto* Longobardico, *qui exstat in* Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ, *vide Librum* secundum *horum Commentariorum pag.* 36.

cto tuas de primo congressu cum Eminentissimo Card. Barberino, ille pro summâ benignitate, quâ me & studia mea hactenùs fovit, ea tibi suggeret consilia, quæ & ætati & studijs tuis erunt opportuna. Id sedulò da operam, ut qui hactenùs mei causâ se tibi commendatissimum habuit, is ob tuam modestiam, probitatem, tùm maximè ob pietatis studium, te habeat commendatiorem. Vale, &, quod facis, temporis tui rationem exactam habe. Romæ, (1) d. VIII Julij MDCXLVII.

Epistola XX;

Lutetiam Parisiorum.

Doctissimo Juveni Petro Lambecio, Nepoti meo charissimo, L. Holstenius εὐπράττειν.

Mitto nunc Collationes Eunapij, quas nuperis meis tibi promiseram, cum ejus recensendi edendiq; consilium te cœpisse scriberes. Hoc quoq; beneficium, qualecunq; quidem id fuerit, Eminentissimo Cardinali (2) debes, ex cujus Bibliothecâ proficiscitur. Videbis etiam minutissima quædam notari, quod tibi industriæ & (3) ἀκριβείας *indicium erit. Codex recens est & elegantissimè scriptus, sed lacunis æquè ac editus scatet; videbis tamen loca nonnulla benè suppleta & emendata. Tu si monentem ne audieris, editionem premes donec Mediceum Codicem inspexeris, quod (4)* ἐν παρόδῳ *fiet, ubi ad nos accesseris. De Codini (4) ætate nihil certi respondere possum, nisi quod eum paulo ante (5)* ἅλωσιν *Constantinopoleos vixisse perspicuè apparet. Nec certiùs mihi de Chronico Constantinopolitano Meursiano ejusque Autore constat. Nam & illud recentissimum puto ob (6)* μιξοβαρβάρων *copiam. Quid, si vice versâ ille sua ex Codino, Cedreno, Suidâ, alijsq; hauserit? Nam Græculi illi sine fronte & judicio aliena exscribunt & sibi supponunt, nomen tantùm mutantes, ut fures signa solent. Sanè cùm Eminentissimi Cardinalis jussu Byzantinæ Historiæ Scriptores hactenùs inediti, ad usum Bibliothecæ Barberinæ conquirerentur, omnibus minimis maximis in Vaticanâ & Palatinâ Bibliothecâ diligenter excussis, nullum ejusmodi Chronicon occurrit, quod transcribi mereretur. De Libris, quorum syllabum pretiúmq; Dn. Cramosius misit, proximè scribam, quid fieri cupiam. Vale, & festinanti veniam habe. Romæ (7) IV Kal. Augusti cIↃ IↃc XLVII.*

(1) *Agebā tunc annū ætatis vigesimū.*

(2) Francisco Barberino.

(3) Accurationis.

(4) In transitu.

(5) *Vide Dissertationem meam de* Georgij Codini *Vitâ & Scriptis, quæ Animadversionibus meis in Libros ipsius de Originibus & Antiquitatibus Constantinopolitanis præfixa est.*

(6) Expugnationem. (7) Vocabulorum græco-barbarorum. (8) *Agebam tunc annum ætatis* vigesimum.

 EPI-

EPISTOLA XXI;

Lutetiam Parisiorum.

Doctissimo Juveni Petro Lambecio, Nepoti meo charissimo, L. Holstenius.

NVllâ ratione tibi tuisq; studiis rectiùs consulere potes, quàm ut probatissimis te probare contendas, eóq; mihi jucundius accidit testimonium, quo Eminentissimus Cardinalis Barberinus diligentiam modestiámq; tuã prosequitur; eóq; tibi contendendum est obnixiùs, ut tanti Principis humanitati & egregiæ de te exspectationi respondeas. Cum cæteris, qui in ejus comitatu vivunt, ita te geras, ut obsequio, quod ille ait, sine invidiâ laudem invenias & amicos pares. De Eunapio nihil præfestinè facias; nam Mediceus codex unus omnium instar tibi erit, & de his rectiùs coram constituemus. In Anastasio conferendo, nisi vetus & probum exemplar operam exactiorem mereatur, minutias omnes te exequi nolim; sed græcanica illa & mixobarbara potissimùm inspice, si qua lux istis tenebris parari possit; tùm verò ea, quæ in Italicis Codicibus desiderantur, quàm potes diligentissimè excerpe, & lacunas, quæ opus illud deturpant, exple. RR. PP. Sirmondum & Petavium officiosissimè à me salutes, qui sibi obstrictiorem me habent neminem. Clarissimo Naudeo & meo & tuo nomine plurimum debeo; &, cùm ejus beneficio liceat, scriptos Codices Bibliothecæ Mazzarinæ excute, & si quid isthic ad Pontificum vitas pertinens observaveris, me mone. Interim cum (1) itineri te accinctum audiam, iter tibi facilimum faustissimúmq; opto, ut mihi gratissimo optatissimóque tuo amplexu & contubernio quamprimùm frui liceat. Vale. Romæ (1) prid. Kal. Octobres cIↃIↃcXLVII.

(1) *Nempe* Romano. *Huc etiam pertinet elegantissima & lectu dignissima Epistola Perillustris & Amplissimi Viri, Dn.* Claudij Sarravij, *Senatoris Supremæ Curiæ Parisinæ doctissimi & celeberrimi,* Lutetiâ Romam *ad me missa Kal. Maij A.* 1648, *quæ inter Epistolas ipsius, à filio* Isaaco Sarravio *A.* 1654 Arausioni *in Galliâ in octavo editas, & Serenissimæ Suecorum Reginæ* Christinæ *dedicatas, exstat pag.* 229 *&* 230. *Pars istius Epistolæ præcipua est hæc:* Tuam enim ad omnia magna natam indolem & factam, uti & ingenium liberale & solers, laborem improbum, eruditionem haud vulgarem & supra ætatis captum longissimè provectam, suspicio, amo, colo, Mi Lambeci. Nec vereor ut Italis jam ferè congenita & fatalis ignavia laudabiles impetus conatúsque tuos obtundat & moretur. Quin potiùs ab iniquis istis possessoribus erue & eripe defossos pridem bonarum literarum thesauros, nobiscum aliquando communicandos. Hic enim tuæ peregrinationis fructus ad te redeat oportet, neglectâ operâ, quæ in lustrandis oculo curiosiore vetustis ruderibus frustrà plerumque & malè collocatur. Cæterùm gaudeo impensiùs, & JVRISPRVDENTIÆ nostræ ex animo gratulor, quod Themidis castissimæ Divæ sacris volueris initiari. Nec indigna est te Sacerdote severa hæc Dea, quæ sui studiosos & religiosos vix sinit inhonoratos. Te sanè Musarum delicium & charissimum alumnum complectetur & in sinu fovebit. Ita voveo precórque, &, ut me tuorum in numero habeas bonum & fortem. Virum Magnum Holstenium, Avunculum tuum, olim mihi apud Antissiodorensem Episcopum cognitum, quæso, ni grave est, nomine meo saluta. Vtinam autem, quæ habet infinita veteri Geographiæ illustrandæ, tuæ fidei committat, dum ille Pontificum Vitis, ex antiquis monumentis adornandis, meliùs incumbet. Illa enim tuæ, hæc ejus ætati apprimè convenient. Vale & me ama.

EPISTOLA XXII;

Tolosam.

Charissime Petre.

Gaudeo post (1) *longas difficillimásq; itineris moras te eum subijsse portum, in quo optatâ* (2) *studiorum tranquillitate frueris. Illustrissimus Archiepiscopus*, (3) *cujus te favori & patrocinio commendaveram, nimiâ me benevolentiâ oneravit, ut, quibus verbis illi gratias agam, planè non inveniam. Tuum erit, vitam ac studia ita instituere, ut modestiam, humanitatem & industriam tuam sic illi probes, ne aut me commendationis, aut Ipsum beneficij in te collocati unquam pœniteat; quod te facturum confido, si eam, quam hactenùs tenuisti, vivendi rationem constanter serves, & virtutis atque doctrinæ acquisitionem omnium rerum præcipuam ducas. Pietatis & Christianæ Religionis ritè excolendæ præcepta alia non est cur tibi suggeram, quàm ut ea imiteris, quæ intueris quotidie in Religiosissimo illo Antistite, quem ut perfectissimum virtutum exemplar omnis Gallia miratur. Ex ejus præscripto studia instituas, quem ad tantum dignitatis apicem illustris Doctrinæ gloria provexit. Monueram te hinc abeuntem ut S. Ferreoli Vcetiensis Episcopi Vitam ex Foxiensi Manuscripto mihi impetrares; cujus Regulam monasticam jam excudi curavi cum aliis SS. Patrum regulis. Promisit etiam operam suam R.P. Petrus Possinus,* (4) *qui obtinendi viam modúmque suggeret: Nam & istic dracones thesauris incubare audio. Salutant te veteres amici, & in his Comes Vbaldinus. Tu Illustrissimum Præsulem omni obsequio & observantiâ cole, & mea illi studia & officia venerabundus defer. Vale. Romæ* (5) *prid. Kal. April. MDCL.*

Tui amantissimus

Lucas Holstenius.

Hucusque *Holstenianæ* illæ *Epistolæ viginti duæ*. Quibus Corollarij loco insuper addo, exstare inter Codices illos manuscriptos, qui cum reliquâ Bibliothecâ meâ A. 1667 *Hamburgo* advecti, & in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream* translati sunt, ejusdem Avunculi mei *Album Amicorum*, inchoatum *Hamburgi* A. 1616, quo

(1) *Vide* Prolegomena *mea, quæ in Libro primo Originum & Rerum Hamburgensium* Vitæ S. Anscharij *primi Archiepiscopi Hamburgensis præfixa sunt.* (2) *Et quidem inprimis* Jurisprudentiæ, *quæ in Inclytâ Academiâ* Tolosanâ *semper præcipuè floruit & etiamnunc floret. Vide Amplissimi* Claudij Sarravij *Epistolam de me meisq; studijs, missam Lutetiâ Amstelodamum ad* V.CL. Davidem Blondellum *d. 22 Septembris A. 1650. Exstat autem ea inter Epistolas Sarravianas pag. 306 & 307; ubi ipsa verba, ad rem præsentem præ cæteris pertinentia, sunt hæc:* Tolosæ totum annum moratus est, & Juris studijs diligenter incubuit. (3) *Nempe* Tolosanus, Carolus de Montchal; *de quo vide plura in* Epistolâ dedicatoriâ *ad Eminentiss. Card.* Franciscum Barberinum, *quæ Syntagmati meo Parisino Originum & Antiquitatum Constantinopolitanarum præfixa est.* (4) *E Societate Jesu, tunc* Tolosæ *degens.* (5) *Agebam tunc annum ætatis* vigesimum secundum.

quo inde discessit *Lugdunum Batavorum*, & continuatum ac perductum usque ad annum 1623, quo, post totius *Italiæ* & *Siciliæ* cum celeberrimo doctissimoque Geographo *Philippo Cluverio* accuratam peragrationem, *Lugdunum Batavorum* rêdijt, & inde porrò in *Angliam* trajiciens, *Londini* potissimùm & *Oxoniæ* commoratus est. Insigniverunt hoc *Album* Inscriptionibus suarum manuum & Symbolis cùm alij complures doctissimi & celeberrimi Viri, tùm præcipuè *Geverhartus Elmenhorstius* & *Petrus Laurenbergius* Hamburgi Anno 1616; *Janus Rutgersius* & *Fridericus Lindenbrogius* Lugduni Batavorum A. 1616; *Erycius Puteanus* Lovanij A. 1616; R.P. *Andreas Schottus* S. J. Antverpiæ A. 1617; *Janus Lernutius* Brugis A. 1617; *Daniel Heinsius*, *Casperius Gevartius*, *Gerardus Joannes Vossius* & *Joannes Meursius*, Lugduni Batavorum A. 1617; *Fortunatus Sprecherus* Clavennæ Rhætorum & *Gaspar Scioppius* Mediolani A. 1618; *Everhardus Bronchorstius*, *Petrus Cunæus*, *Everhardus Vorstius*, *Thomas Erpenius*, *Willebrordus Snellius*, *Gilbertus Jacchæus*, & *Otto Heurnius* Lugduni Batavorum A. 1619; *Rudolphus Goclenius*, *Ludovicus Crocius* & *Matthias Martinius* Dordraci A. 1619; *Thomas James*, *Henricus Briggius*, *Joannes Prideaux*, (1) *Joannes* Rous & *Metrophanes Hieromonachus* cognomine *Critopulus*, *Oxoniæ* A. 1622; *Mericus Casaubonus* Isaaci F. & *Jacobus Hunterus* Suecus Londini A. 1623. Inter hæc igitur autographa benevolentiæ & amicitiæ testimonia exstat etiam elegantissimum *Petri Scriverij* Carmen, quod integrum hîc subjungo, quia ex subscriptione ejus liquet, quo tempore *Holstenius* cum *Cluverio Italicum* & *Siciliense Iter*, ob eximiam publicæ utilitatis (2) sequelam nunc & omnibus futuris seculis nunquam satis laudandum, aggressus sit.

(1) *Inclyta Bibliothecæ Bodleyanæ Oxoniensis Custos; cujus Symbolum:* Mentiri nescio; librum, si malus est, nequeo laudare.

(2) *Doctissimum videlicet* Cluverij *Opus Italiæ & Siciliæ Antiquæ, cum Sardiniâ & Corsicâ aliisque minoribus Insulis.*

PETRVS SCRIVERIVS LVCÆ HOLSTENIO SVO,

in Italiam profecturo.

Ausoniam petiture vale, Suavissime Luca;
Charus eram, memini; nunc tibi Roma prior.
Et septemgeminos ardes cognoscere Colles;
I licet, & funus tu mihi triste vide.
Ipse loci Genius tutelaque desijt esse;
Invenies votis cuncta minora tuis.
Non tibi Naso tener, doctique Propertius oris,
Non Calaber vates, non Maro grandis erit.

Tullius

Tullius (hei!) nusquam, tot cedro digna locutus;
Nusquam Trajani qui placuêre Foro.
Nusquam deliciæ Populi, Fora, Balnea, Circi;
Obruta sunt saxis Amphitheatra suis.
Invenies nusquam geminatâ mole Colossos,
Addita nec Latio Flavia Templa polo.
Quid cum Porticibus Janos, Delubraq; mille
In cineres belli turbine missa querar?
Plorabis laceras Ædes & Numine cassas;
Plorabis lippos dimidiósq; Deos.
Non Capitolinâ veneratur Jupiter Arce;
Fulmina Tarpejo sunt modò lapsa Patri.
Miratus dices: Ubi nunc es maxima Roma?
Hei mihi, vix tanti nominis umbra jaces!
Et solùm superest, in Româ quærere Romam;
Omnis & in sterili vita labore perit.
Hoc tamen hîc disces, hominum genus esse caducum,
Cùm videas ipsos sic cecidisse Deos.

Scribebam IV Id. Decembr.

Lugduni Batavorum A. cIↄ Iↄc XVII.

Cæterùm, quòd, ut suprà memoravi, *Holstenius Cluverij* in *Itinere Italico* & *Siciliensi* comes fuerit, testatur ipse *Cluverius* in eodem Albo hâc propriæ manûs Inscriptione:

ἘΣ ΤΡΟΊΗΝ ΠΕΙΡΩ΄ΜΕΝΟΙ ἮΛΘΟΝ ἈΧΑΙΟΊ.

SALUSTIUS.

Is demùm mihi vivere & animâ frui videtur, qui, aliquo negotio intentus, præclari facinoris aut artis bonæ famam quærit.

Eruditissimo Juveni LUCÆ HOLSTENIO, comiti mihi nuper per omnem Italiam Siciliámque jucundissimo, interioris affectûs (1) μνημόσυνον hoc abeunti lubens meritóque adposui

(1) Monumentum.

PHILIPPUS CLUVERIUS

Lugduni apud Rhenum IV Id. Jun. A. cIↄ Iↄc XXII.

ADDITAMENTUM II,

pertinens (1) ad Libri *primi* pag. 31, ubi fit mentio *Theodori Gazæ*, qui Seculo Æræ Christianæ *decimo quinto*, quo *Constantinopolis* à *Muhammedo IIdo* A.C. 1453 d. 29 Maij expugnata est, unà cum alijs quibusdam eruditissimis Græcis in *Italiam* se contulit.

(1) Idem Additamentum pertinet etiam ad Libri IVti, Vti & VIti loca, ubi fit mentio Cardinalis Bessarionis

DIgnissimi profectò sempiternâ gloriâ sunt doctissimi illi Græci recentiores, qui Seculo Æræ Christianæ *decimo quinto*, quo *Constantinopolis* à *Turcis* capta est, *literas Græcas* primi invexerunt in *Italiam*, earúmque trans Alpes ad ultimos usque Occidentis & Septentrionis fines propagandarum occasionem præbuerunt. Cùm igitur in his quoque Commentariorum meorum Libris ijdem celeberrimi Viri jam aliquoties sint memorati, & deinceps in recensione *Codicum manuscriptorum Philosophicorum & Philologicorum Græcorum* multo etiam magis sint memorandi, exhibeo hîc veras illorum *Imagines*, ex *Pauli Jovij Novocomensis*, Episcopi Nucerini, Museo desumptas, ærique incisas, quemadmodum eas excellentissimus Sculptor *Theodorus Gallæus*, cum adjunctis singulis *Distichis*, compendiosè in unam redegit Tabulam. Secundùm ordinem itaque, à *Gallæo* in Tabulâ è regione hîc appositâ servatum, *primus* est BESSARION, patriâ *Trapezuntinus*, ex *Monacho Ordinis S. Basilij Archiepiscopus Nicænus*, qui A.C. 1439 d. 18 Decembris à Pâpâ *Eugenio IV* Florentiæ in Concilio Generali *S. R. E. Presbyter Cardinalis Basilicæ SS. Duodecim Apostolorum*, & posteà ab eodem (2) *Episcopus Cardinalis Tusculanus* creatus; à *Pio* autem *Secundo*, post captam à Turcis Constantinopolim, insuper etiam *Patriarchæ Constantinopolitani* titulo ornatus est. Fuit hic *Bessarion* Latinæ simul ac Græcæ Linguæ peritissimus, & multiplici solidæ eruditionis varietate instructissimus: inprimis autem *Philosophus Platonicus* insignis; liberalissimus Virorum doctorum, undique ad ipsum confluentium, Patronus; & acerrimus ac religiosissimus Fidei Catholicæ & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ contra Græcos aliósque hæreticos defensor; varijsque Legationibus pro S. Sede Apostolicâ cum summâ gravitate & prudentiâ fidelissimè ac gloriosissimè perfunctus est, ideóque A. 1471 post *Pauli II* mortem ad Summum Pontificatum pervenisset, nisi id *Nicolai Perotti*, Janitoris Conclavij, intempestivâ sedulitate fuisset impeditum. Cùm enim, ut refert (3) *Paulus Jovius*, tres summæ autoritatis Cardinales cum eo Decreto, ut Pontificem salutarent, abditum in cellâ Conclavij adijssent, nec admitterentur à *Nicolao Perotto* Janitore, quòd tùm Vir ineptus lucubranti parcendum

(2) Vide Lib. IV horum Commentar. pag. 84.

(3) In Elogijs Doctorum Virorum, publicatis ingenij monumentis illustrium.

cendum diceret, usque adeò stomachati sunt, ut sese indignanter avertentes responderent: *Ergò nec prensanti, nec roganti quidem, summa Dignitas erit inculcanda, ut cùm è Cœlo suffragia exspectet, superbis demùm ac stolidis Janitoribus pareamus?* statimq; suffragia *Sixto IVto* detulerunt. Quo repentè renunciato adoratóque, *Bessarion* dixisse fertur: *Hæc tua, Nicolae, intempestiva sedulitas, & Tiaram mihi, & tibi Galerum eripuit.* Legationum ipsius ultima fuit *Gallica* ad Regem *Ludovicum XI*; ex quâ (1) A. 1472 in Italiam revertens, (2) *Ravennæ* d. 15 Novembris secundùm *Georgium Phranzam*, vel d. 18 Novembris secundùm *Onuphrium Panvinium*, obijt anno ætatis *septuagesimo septimo*, Romámque translatus, sepultus est in Monumento marmoreo Sacelli *Basilicæ SS. Duodecim Apostolorum*, quod ipse sibi vivus exstruxerat cum duabus Inscriptionibus, *Latinâ* alterâ, alterâ (3) *Græcâ*; quas cum (4) *Insignibus* ipsius, ex *Onuphrij Panvinij* & *Alphonsij Ciaconij* Operibus de Vitis Pontificum Romanorum desumptis, hîc exhibeo:

BESSARIO EPISCOPVS TVSCVLANVS
S.R.E. CARD. NICÆNVS, PATRIARCHA
CONSTANTINOPOLITANVS, NOBILI GRÆCIA
ORTVS ORIVNDVSQVE, SIBI VIVENS POSVIT
ANNO SALVTIS M CCCC LXVI.

ΤΟΥ͂Τ' ἜΤΙ ΒΗΣΣΑΡΊΩΝ ΖΩ͂Ν ἭΝΥΣΑ ΣΩ΄ΜΑΤΙ ΣΗ͂ΜΑ·
ΠΝΕΥ͂ΜΑ ΔῈ ΦΕΥ͂ΞΕΤΑΙ ΠΡῸΣ ΘΕῸΝ ἈΘΆΝΑΤΟΝ.

(1) *Vide* Georgij Phranzæ Protovestiarij *Chronicon lib. 3 cap. 30 pag. 221, ubi refert* Bessarionem *ex Galliâ discessisse circa autumnum anni Christi 1472, ineunte anno Mundi secundùm supputationem Constantinopolitanam 6981, eodemque anno Mundi simul & anno Christi 1472 adhuc conjunctim currentibus, in itinere ipsum obijsse die* decimo quinto Novembris. *Vide etiam* Onuphr. Panvin. *de Vitis Pontificum Romanorum pag.* 340; *R. P.* Dion. Petavij *Rationarium Temporum Part. 1 lib. 9 cap. 9 pag. 656; & R. P.* Phil. Labbei *Dissertat. de Script. Eccles. & ejusdem Chronologiam Historicam Part. III pag. 406. Apud* Joannem *autem* Jacobum Boissardum *in Elogijs Virorum doctrinâ illustrium Part. I pag. 139, ut & apud R. P.* Jacobum Pontanum *S. I. in versione latinâ Chronici* Georgij Phranzæ *pag. 221, & in ejusdem ad idem Chronicon Notis pag. 314, perperàm legitur,* Bessarionem *obijsse A. 1473. Quamobrem etiam in hisce Commentarijs meis Lib. III pag. 380 vers. 28, Lib. IV pag. 84 vers. 30, & Lib. V pag. 317 vers. 3 & pag. 367 col. 1 vers. 28, similiter pro A. C. 1473 legendum est A. C. 1472. Corrigendum etiam est* Auberti Miræi Auctarium de Scriptoribus Ecclesiasticis *cap. 459, ubi perperàm legitur,* Bessarionem *obijsse A. C. 1466. Confunditur enim ibi annus 1466, quo* Bessarion *Monumentum sepulcrale vivus sibi posuit, cum anno 1472, quo idem reverâ obijt.* (2) *In novâ editione Monumentorum Virorum Illustrium, Trajecti ad Rhenum à Gisberto Zyllio Typographo A. 1671 adornatâ, pag. 56; pro* Ravennæ *perperàm legitur* Viennæ. (3) *Vide Lib. V horum Commentar. pag. 224.* (4) *Vide* Onuphr. *pag. 301 &* Ciacon. *pag. 893.*

Hoc eſt, *Majorano Salentino* interprete:

BESSARION FECI HVNC TVMVLVM, QVI CONDERET OSSA;
VENERAT VNDE OLIM, SPIRITVS ASTRA PETET.

Secundus (1) illorum *novem* doctiſſimorum Græcorum recentiorum eſt (2) EMANVEL CHRYSOLORAS, patriâ *Byzantinus* ſive *Conſtantinopolitanus*, qui, cùm ab Imp. (3) *Joanne Palæologo*, Imp. *Andronici Junioris* filio, ad totius Europæ Principes Chriſtianos auxilij contra Turcos implorandi causâ miſſus eſſet, abſolutâ hâc laborioſâ peregrinatione, in *Italiâ*, & potiſſimùm quidem *Romæ* principio Pontificatûs (4) *Bonifacij IXni*, A. 1389 d. 2 Novembris electi, ſubſtitit. Vnde etiam nunc elegantiſſima ipſius & lectu digniſſima exſtat (5) *Epiſtola ad* jam memoratum *Imp. Joannem de Comparatione Veteris & Novæ Romæ*, quam Syntagmati meo Originum & Antiquitatum Conſtantinopolitanarum à pag. 107 uſque ad pag. 130 *græcè* & *latinè* inſerui, unà cum alijs *duabus* ejuſdem argumenti ad *Joañem* & (6) *Demetrium Chryſoloras Epiſtolis*. Hic igitur (7) primus in Italiâ *Græcarum literarum* ſtudium excitavit, nec *Romæ* ſolùm docuit, verùm etiam *Venetijs*, *Florentiæ* & *Ticini*, tantâ felicitate, ut ex ejus Scholâ ſummæ nec unquam interituræ laudis ingenia prodierint; in quibus fuere Leonardus Aretinus, Franciſcus Barbarus, Franciſcus Philelphus, Baptiſta Guarinus, & Poggius. Tandem ad Concilium Generale Con-

(1) *Nempe ſecundùm ordinem collocationis Imaginum à* Theodoro Gallæo *ſervatum. Præpoſuit enim is* Beſſarionem Manueli Chryſoloræ *reſpectu Dignitatis Cardinalitiæ, non autem reſpectu ætatis; quia reſpectu ætatis* Chryſoloras *præponendus fuiſſet* Beſſarioni, *utpote cùm ille A. C. 1415, hic autem A. 1472 obierit.* (2) *Aliàs* Manuel. (3) *Succeſſit is patri* Andronico *in Imperio A. C. 1341, & A. 1391 obijt. Vide Tabulam Chronologicam & Genealogicam Familiæ Palæologæ, Libro quinto horum Commentariorum inſertam inter pag. 408 & 409.* (4) *Vide* Raphael. Volaterran. *Commentarior. Vrban. lib. 21 pag. 489.* (5) *Vide ibi inprimis pag. 113, ubi ipſe refert, ſe biennio antè, quàm veniret Romam,* Londini *fuiſſe in Britanniâ.* (6) *Vide ibi pag. 129, ubi ipſe tempore adventûs ſui in Vrbem Romam ſe appellat ὠμογέροντα ἤδη γενόμενον, hoc eſt,* immaturum ſenem. (7) *Vide* Pauli Jovij *Elogia doctorum Virorum, publicatis ingenij monumentis illuſtrium.*

Constantiense profectus, Constantiæ (1) A. 1415 obijt, & ibidem in Monasterio *Dominicanorum* ante Aram sepultus est, addito hoc (2) *Epitaphio :*

MANVEL CHRYSOLORAS,
MILES CONSTANTINOPOLITANVS,
EX VETVSTO GENERE ROMANORVM,
QVI CVM CONSTANTINO IMP. MIGRARVNT;
VIR DOCTISSIMVS, PRVDENTISSIMVS, OPTIMVS,
QVI TEMPORE GENERALIS CONCILII CONSTANTIENSIS
DIEM OBIIT,
EA EXISTIMATIONE,
VT AB OMNIBVS SACERDOTIO DIGNVS HABERETVR.
DIE XV APRIL. CONDITVS EST ANNO M CCCC XV.

Ille ego qui Latium priscas imitarier artes
Explosis docui sermone ambagibus, & qui
Eloquium magni Demosthenis & Ciceronis
In lucem retuli, CHRYSOLORAS nomine notus,
Hìc situs, emoriens peregrinâ sede quiesco.
Huc me Concilij deduxit cura, trium dum
Pontificum Ecclesiam vexaret schisma per orbem.
Roma meos genuit majores; me bona tellus
Byzantina tulit; cineres Constantia servat.
Quo moriare loco nil refert: undique Cœlum
Pœnarúmque locus mensurâ distat eâdem.

Tertius illorum *novem* doctissimorum Græcorum recentiorum est DEMETRIVS CHALCONDYLES seu potiùs CHALCOCONDYLES, cujus *Institutiones Grammaticæ Græcæ*, varijs locis aliquoties impressæ, etiam nunc exstant. Docuit is primùm quidem *Florentiæ*, deinde autem *Mediolani*, ubi octogenario major obijt circa annum Christi 1510, quo Papa *Julius II* cum *Venetis* *Gal-*

(1) *Perperàm igitur Vir doctissimus* Ger. Joan. Vossius *Lib. 4 de Historicis Græcis cap. 19 pag. 492 illum ait floruisse A.C.* 1440 *& deinceps; confundens videlicet Imp.* Joañem *Palæologum Imp.* Andronici Junioris *filium cum Imp.* Joanne *Palæologo Imp.* Manuelis *filio, qui patri defuncto successit in Imperio A.* 1425 *& A.* 1449 *obijt. Minimè etiam audiendus est* R. P. Jacobus Pontanus *S. I., dum in Notis suis ad* Georgij Phranzæ *Chronicon, pag.* 242 *&* 243, Manuelem *hunc* Chrysoloram *perperàm confundit cum* Joanne Chrysolorâ, *quem jam memoratus* Phranzes *lib.* 1 *cap.* 12, *pag.* 56, *refert claruisse sub* Imp. Andronico Palæologo Juniore *circa annum Christi* 1328, *quo is abdicato avo suo* Imp. Andronico Seniore, *solus Imperio potitus est.* (2) *Vide Syntagma meum Originum & Antiquitatum Constantinopolitanarum pag.* 106, *&* R. P. Phil. Labbei *S. I. Thesaurum Epitaphiorum veterum ac recentium pag.* 537 *&* 538. *Notandum autem est, in Epitaphio hoc per* MILITEM *significari* Equitem auratum, *sive* Virum Equestris Ordinis Dignitate præditum; *de quo hujus vocabuli usu vide plura Lib. II horum Commentar. pag.* 94, 510, 472, 501, 504, 510. 610, 615 *&* 858. *Notandum porrò etiam est, per* Constantinum Imperatorem *ibidem significari* Imp. Constantinum Magnum. *Notandum deniq; est,* Concilium Generale Constantiense *cœpisse A. C.* 1414, *desiisse autem A.* 1418.

los Italiâ pellendi societatem inijt. Plura de eodem *Demetrio* vide apud *Paulum Jovium* in Elogijs doctorum Virorum, publicatis ingenij monumentis illustrium, & apud *Ger. Joan. Vossium* Lib. 1 de Arte Grammaticâ cap. 4, pag. 15.

Quartus illorum *novem* doctissimorum Græcorum recentiorum est THEODORUS GAZA, patriâ *Thessalonicensis*, Grammaticus, Rhetor, Historicus & Philosophus excellentissimus, & relictis varijs eximij ingenij atque multifariæ doctrinæ præstantissimis monumentis celeberrimus, qui A. C. 1478 apud *Brutios* in *Magnâ Græciâ* Sacerdos obijt; ut prolixiùs refert *Jovius* in suprà citatis Elogijs. Vide etiam *Vossium* suprà citato loco doctissimi Operis de Arte Grammaticâ; & *Matthæi Palmerij* Chronicon (1) in Actis anni 1478, ubi tamen perperàm legitur, eum obijsse *Romæ*, cùm reverà obierit in *Magnâ Græciâ*.

(1) *Fol.* 146 *pag.* 2.

Quintus eorum est JOANNES ARGYROPULUS *Byzantinus*, Philosophus insignis & *Theodori Gazæ* vetus sodalis, qui primùm quidem *Florentiæ* Græcos Autores publicè explanavit, & *Aristotelis Physica* atque *Ethica* latinè transtulit; tandem autem, peste in *Hetruriâ* grassante, *Romam* se contulit, & *Aristotelicam Philosophiam* opimis stipendijs professus, ibidem septuagesimo ætatis anno (2) obijt. Plura de eodem vide in suprà citatis *Jovij* Elogijs. Consule etiam *Vossium* de Historicis Græcis lib. 4 cap. 19, pag. 493.

(2) *Videtur is obijsse inter* Theodorum Gazam *&* Georgium Trapezuntium, *hoc est, inter A.* C. 1478 *&* 1485.

Sextus eorum est GEORGIUS TRAPEZUNTIUS, patriâ *Cretensis*, Philosophus Peripateticus sive Aristotelicus, ideoque *Platoni* infensissimus; quem tamen contra ipsum strenuè defendit *Card. Bessarion*, tanquam Magistrum sanctioris vitæ, & Christianæ disciplinæ proximum. Obijt is *Romæ* valdè senex A. C. 1485, & ob singulare odium, quo *Platonem* prosecutus est, hoc incerti Autoris Epitaphium promeruit:

Hâc urnâ TRAPEZUNTII quiescunt
GEORGII ossa, parùm Dijs amici,
Quòd acri & nimiùm procace linguâ
PLATONEM, Superis parem, petivit.

Plura de eodem *Georgio* vide in suprà citatis *Pauli Jovij* Elogijs, & in *Leonis Allatij* Diatribâ de *Georgijs* & eorum Scriptis à pag. 374 usq; ad pag. 382.

Septimus eorum est MARCUS MUSURUS *Cretensis*, Philologus & Poeta ingeniosissimus, qui, ut *Paulus Jovius* aliquanto fusiùs refert, primùm quidem in Inclyto Gymnasio *Patavino* docuit, deinde autem se contulit *Romam*, & *Poemate* suo *Græco de laudibus Platonis* à Summo Pontifice *Leone X Archiepiscopatum Epidaurensem* promeruit.

ruit.

ruit. Adeptus quoque esset *Cardinalitiam dignitatem*; nisi intempestivâ ac prorsùs immodicâ (1) ambitione morbum intercutem, & per eum præmaturè mortem sibi conscivisset; ideóque *Antoninus Amiterninus* sepulcrum ipsius hoc insignivit disticho:

MVSVRE, mansure parùm, properata tulisti
Præmia; námque citò tradita, rapta citò.

Octavus eorum est MICHAEL MARVLLVS *Tarchaniota*, egregius Miles simul & Poeta, qui durum Martem & teneras Musas conjunctim adeò feliciter coluit, ut *Florentiæ Bartholomæi Scalæ*, Vexilliferatûs honore conspicui, filiam *Alexandram*, eruditi ingenij puellam, uxorem nactus sit. Perijt autem in *Cecinnâ*, Hetruriæ fluvio, cùm is solito inflatior, equum, cæco vado deceptum, violenter abripuisset; quod contigit A. C. 1500, & quidem eodem die, quo *Ludovicus Sfortia*, cognomine *Maurus*, Dux Mediolanensis, ab Helvetijs proditus, & in Vlteriorem Galliam abductus est, ubi in ferrato carcere aliquot post annis miser exspiravit. Plura de eodem *Marullo* vide in suprà citatis *Pauli Jovij* Elogijs.

Nonus denique illorum doctissimorum Græcorum recentiorum est JOANNES LASCARIS *Byzantinus*, omnium ferè Græcorum, qui Turcicis armis patriâ pulsi in Italiam confugerint, *nobilissimus*, quippe qui *Lascarinâ* Imperatorum Constantinopolitanorum Familiâ esset oriundus. Hunc naufragum *Laurentius Medices*, Princeps laudatissimus, Florentiæ benignissimè excepit ac fovit, & Bibliothecæ suæ supplendæ gratiâ ad conquirendos antiquos Codices manuscriptos Græcos bis cum Legatione misit Constantinopolim ad *Imp. Bajazethem*. Quâ occasione *Lascaris* abditas Græciæ Bibliothecas perscrutatus, multa præstantissima antiqua Volumina collegit, & in Italiam transtulit, quæ etiam nunc in celeberrimâ *Bibliothecâ Medicæâ* studiosè adservantur. Obijt demum *Romæ* nonagenarius ferè senex sub Pontificatu (2) *Leonis Decimi*, sepultusque est in *Ecclesiâ S. Agathæ supra Suburram*, cum hoc ab ipsomet composito Epitaphio:

ΛΑΣΚΑΡΙΣ ΑΛΛΟΔΑΠΗ ΓΑΙΗ ΕΝΙΚΑΘΕΤΟ, ΓΑΙΗΝ
ΟΥΤΕ ΛΙΗΝ ΞΕΙΝΗΝ Ω ΞΕΝΕ ΜΕΜΦΟΜΕΝΟΣ.
ΕΥΡΕΤΟ ΜΕΙΛΙΧΙΗΝ, ΑΛΛ' ΑΧΘΕΤΑΙ, ΕΙΠΕΡ ΑΧΑΙΟΙΣ
ΟΥΔ' ΕΤΙ ΧΟΥΝ ΧΕΥΕΙ ΠΑΤΡΙΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΝ.

Hoc

(1) *Ægerrimè enim* Musurus *tulit, & gravißimè conquestus est, quod* Papa Leo X, *cùm A. C.* 1517 *Kal. Julij unâ eâdem vice* unú & triginta Cardinales *creâsset, nempe Cardinales Presbyteros viginti duos, Cardinales autem Diaconos novem, ex omnibus Nationibus electos, solam* Nationem Græcâ, *quasi eo honore indignam, præterierit. Post hanc igitur numerosam Cardinalium electionem* Musurus *adeò celeriter contabuit, ut ex obrepente morbo intercute, paulo pòst exspirârit.*

(2) *Electus est A.* C. 1513, *& A.* 1521 *obijt.*

Hoc est, *Majorano* interprete:

LASCARIS IN TERRA EST ALIENA HIC ECCE SEPVLTVS,
NEC NIMIS EXTERNAM QVOD QVERERETVR ERAT,
QVAM PLACIDAM, O HOSPES, REPERIT; SED DEFLET ACHÆIS
LIBERA QVOD NEC ADHVC PATRIA FVNDAT HVMVM.

Hucusque igitur *novem* illos doctissimos Græcos recentiores enumeravi secundùm ordinem collocationis Imaginum, à *Theodoro Gallæo* in Tabulâ æri incisâ servatum. In *Pauli* autem *Jovij* Elogijs doctorum Virorum, publicatis ingenij monumentis illustrium, ordo eorundem est talis; ut primus sit *Emanuel Chrysoloras*, secundus *Cardinalis Bessarion*, tertius *Georgius Trapezuntius*, quartus *Theodorus Gaza*, quintus *Joannes Argyropulus*, sextus *Michael Marullus*, septimus *Demetrius Chalcondyles*, octavus *Marcus Musurus*, nonus *Joannes Lascaris*. Vbi omnia benè se habent, præterquam quòd *Georgius Trapezuntius quinto* loco fuisset collocandus, non autem *tertio*; utpote cum ipse *Jovius* in Prolegomenis suis de ordine illorum Clarorum Virorum promittat expressè, se eos collocaturũ secundùm seriem temporis, quo quisq; eorum obierit. Ipsa ejus verba sunt hæc: *Prima Clarorum Virorum Classis eorum est, qui fato functi, cùm ingenij fœcunditate floruerint, felicium Operum monumenta posteris reliquerunt. Horum Elogia primus Liber continet, eo quidem ordine diligenter servato, ut ad exactam temporis rationem, qui primò vitâ excesserint, subsequentes antecedant. Nulla enim alia ordinis nobilitas quæretur, nisi, quæ fatali vitæ exitu præscribetur. Hâc enim saluberrimâ lege totam litem, quæ de loco dignitatéque ambitiosè & turbulenter excitari possit, pacatis omnibus sustulimus.* Hæc ipse *Jovius*. Hoc igitur ordine servato, *Theodorus* Gaza, qui A.C. 1478 obijt, sine ullâ controversiâ præponendus est *Georgio Trapezuntio*, quippe quem certò constat obijsse A.C. 1485.

ADDITAMENTVM III,

pertinens ad Libri *secundi* Caput *quintum* à pag. 79 usque ad pag. 239, ubi agitur *de Inclytæ Academiæ Vindobonensis sive Wiennensis verâ origine, ejusdémque primitivis Statutis & Privilegijs*; ut & ad Libri *quarti* Apendicem à pag. 303 usque ad pag. 306, ubi de eodem jam memorato argumento agitur.

QVæ *Inclytæ Academiæ Vindobonensis* sive *Wiennensis vera* fuerit *origo*, quibusq; *Legibus* ac *Privilegijs* ea inde ab initio ordinata

&

& ornata ſit, Libro *primo* horum Commentariorum & in Appendice Libri *quarti* uberrimè expoſitũ & ſolidiſſimè demonſtratũ eſt: utpote ubi primùm quidem refutavi vulgarem & inveteratũ eorum errorem, qui in ipsâ Patriâ ſuâ peregrini, Fundationem Inclytæ iſtius Academiæ perperàm *Imp. Friderico II* A. C. 1237 attribuunt; deinde verò, ipſis Summorum Pontificum *Vrbani V* & *Vrbani VI* integris ac genuinis Diplomatibus ex *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* in lucem productis, luculentiſſimè indicavi, eam inchoatam eſſe A. C. 1365 d. 19 Junij, quo Papa *Vrbanus V* ad Ducis Auſtriæ *Rudolphi IV* preces *Vrbi Wiennenſi* conceſſit *Generale Studium omnium Facultatum licitarum præterquam Theologiæ,* ſuppletam autem & plenè ac perfectè ſtabilitam eſſe A. C. 1384 d. 21 Februarij, quo Papa *Vrbanus VI* ad preces Ducis Auſtriæ *Alberti III* cognomine *cum Tricâ* eidem *Vrbi* conceſſit *Generale Studium in Facultate Theologicâ,* quod ab *Vrbano V* nominatim exceptum fuerat; publicavi porrò ex eodem ſuprà memorato *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* inæſtimabili Theſauro ipſa illa *primitiva* ejuſdem Academiæ *Privilegia & Statuta generalia,* ad totam Vniverſitatem & omnes quatuor Facultates ſimul pertinentia, quæ A. 1384 d. 5 Octobris à Duce *Alberto III* promulgata, nec ſolùm ab ipſo, verùm etiam à fratre ejus Duce *Leopoldo III* cognomine *Probo,* à *Pilgrino* ſive *Peregrino* Archiepiſcopo Salzburgenſi, à *Joanne* Epiſcopo Pataviensi, & à *Proceribus Auſtriæ, Senatûque* & *Communi Civitatis Wiennenſis,* approbata & confirmata ſunt; ac demùm adjunxi *Statuta particularia ſeu ſpecialia ſingularum Facultatum,* quorum approbatio & confirmatio A. 1389 Kal. Aprilis *per totam Vniverſitatem* unanimiter & ſolenniter facta eſt. Cùm igitur hæc ab externis quibuſdam & longè remotis Nationibus non mediocri applauſu fuerint excepta, ideóque ab ijſdem rogatus ſim, ut de ejuſdem Inclytæ Academiæ *præſenti* quoque *ſtatu* aliquid adderem, nullâ me ratione iſti deſiderio meliùs ac tutiùs ſine cujuſquam præjudicio & offenſione ſatisfacturum arbitror, quàm ſi hâc de re ipſam *S. Cæſ. Majeſtatis Imp. Ferdinandi II Sanctionem Pragmaticam,* Wiennæ typis Matthæi Formicæ A. 1624 in octavo editam, bonâ fide ad verbum, ſeu potiùs ad literam, integrè hîc exhibeam.

Ea itaque eſt talis.

FERDINANDI SECVNDI

ROMANORVM IMPERATORIS, &c, ARCHIDVCIS AVSTRIÆ, &c, DECRETVM ET SANCTIO PRAGMATICA, QVA COLLEGIVM SOCIETATIS JESV, AB AVGVSTÆ MEMORIÆ FERDINANDO I FVNDATVM, ALMÆ CELEBERRIMÆQVE VIENNENSIVM VNIVERSITATI VNITVR ET TRANSFERTVR.

FERDINANDVS II, Divinâ favente Clementiâ, Electus Romanorum Imperator Semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c. Marchio Moraviæ, &c. Dux Lucemburgæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirttembergæ, Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperij, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, &c.

Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis: quòd cùm perpendimus, quanto pietatis & Religionis Catholicæ zelo ac studio, quantóque totius Reipublicæ Christianæ, præsertim Archiducatûs Nostri Austriæ, aliorúmque Regnorum & Provinciarum hæreditariarum nostrarum bono, quondam Serenissimi Majores & Progenitores Nostri, Duces, Archiduces Austriæ, Reges, & Imperatores, felicissimæ recordationis, Generale studium Nostrum Viennense adhuc circiter annum millesimum trecentesimum sexagesimum sextum fundârint, erexerint, singularibus Privilegijs & dignitatibus donârint & exornârint, próque temporum diversitate novis subinde legibus & consuetudinibus salutaribus restaurârint, reformârint; quódque ex eo, tanquam Equo Troiano, omnium scientiarum genere doctissimi quique & de Republicâ optimè meriti Viri tanto numero prodierint, ut non solùm Archiducatûs Nostri Austriæ singulare ornamentum, sed totius Germaniæ Archigymnasium semper reputatum, & apud exteras quoq; nationes, multis nominibus, præ alijs, celebre fuerit. Cùm verò temporum morúmque varietas, aliáque oborta incommoda nonnihil de pristino hujus Archigymnasij nostri splendore detrahere viderentur, eapropter Imperator FERDINANDVS Primus, Dominus, Avus &

& Prædecessor Noster Colendissimus, Augustissimæ memoriæ, motus fuit, ut Societatis Jesu Patres, Academiæ opem veluti subsidiariam laturos, Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo Viennam accersierit, ipsisque (quod, uti supremus Princeps, Privilegia concessa in melius atque Reipublicæ utilius pro re natâ reformando, & potuit & debuit) duas primarias lectiones sive professuras in Theologicâ Facultate in perpetuum, magno (quod eventus docuit) Religionis & studiorum Theologicorum incremento assignârit. Nos verò posteaquam animadvertimus in hisce partibus, ab hæreticis, falsis ipsorum opinionibus, sacram Scripturam multis in locis in reprobum sensum torqueri, atque ad explicandum verum illius intellectum, tùm etiam ad quæstiones, quæ hocce tempore inter ipsos hæreticos & veram nostram Religionem Catholicam controvertuntur, pertractandas; simúlque ad casuum conscientiæ (pro informandis Parochis,) explanationem, Professoribus Scripturæ, Controversiarum, & Casuum, qui hæc omnia tractarent, enodarent & illustrarent, opus esse; & præterea Nobis constaret, à compluribus jam annis, tùm ob continuata bella, inter quorum strepitus literæ, ut plurimùm silent, tùm ob alia gravamina & defectus, Cursum Philosophiæ & humaniorum Literarum Professiones magnoperè refrixisse; unde metuendum sanè sit, ne studio Philosophico, tanquam fonte & origine reliquarum scientiarum, exhausto vel neglecto, insignis vetustissimæ Universitatis memoria consequenter obliteretur. Quod uti Nostris, Nostrorumque Majorum Fundationibus laudatissimis è diametro contrarium, Nobis quidem indecorum, universæ verò Provinciæ in maximum sit præjudicium cessurum: hinc est, quòd ad honorem Dei, propagationem Sacrosanctæ Religionis Catholicæ, ædificationem Ecclesiæ, Universitatis majorem splendorem, studiosorum utilitatem ac frequentiam, & boni publici promotionem, præhabitâ maturâ deliberatione; & re totâ, sano nostrorum præcipui nominis Consiliariorum adhibito Consilio, exactè discussâ, Motu proprio, déque Cæsareæ & Archiducalis Auctoritatis & Potestatis plenitudine, Clementissimè Nos resolvimus; quod & in perpetuum observari volumus ac mandamus, ut Collegium Societatis Jesu, hîc Viennæ, dictæ Universitati Nostræ uniatur & incorporetur, prout singulari emanato nostro Decreto & Constitutione, de dato, vigesimo primo mensis Octobris, anni millesimi, sexcentesimi vigesimi secundi, certis quibusdam rationibus & modis, in hac, quæ sequuntur, verba, univimus, & incorporavimus.

Primò, ut Privilegia Academiæ sarta tecta, etiam post incorporationem, maneant; & Jurisdictio Excelsi Regiminis in ipsam Universitatem, uti hactenus.

Secundò, in Facultate Juridicâ ac Medicâ prorsùs nihil mutetur: Professoribus autem, ut vacationi Professuræ & Lecturæ eo meliùs invigilare possint, successu temporis stipendia Artistarum, ad moderationem Nostræ Majestatis, applicabuntur.

Tertiò, Patres Societatis, juxta sui instituti rationem & modum, docebunt Humaniora, universam Philosophiam & Theologiam; ita tamen, ut hanc etiam alij (uti etiam nunc fit) profiteri possint; quorum electio & approbatio maneat in antiquâ formâ. Societas verò suos Professores omnes ipsamet eligat & constituat.

Quartò, Universa gubernatio & correctio scholasticorum (exceptis causis criminalibus,) qui Societatis audient lectiones, & directio Seminariorum plenariè sit penes Societatem.

Quintò, Collegium omnimodè transferatur ad Academiam.

Sextò, Tradantur Societati Scholæ, Bursæ, adeòque omnia ædificia ad Academiam spectantia (exceptis Juristarum & Medicorum gymnasijs) ac etiam Schola Provincialis; ita tamen ut Auditoriū Theologorum, suis temporibus, etiam pateat reliquis Theologiæ Professoribus.

Septimò, Fundationes autem & Redditus Bursarum seu stipendia, ut vocant, & jus ea conferendi scholaribus, tàm activè quàm passivè, maneant in antiquo statu.

Octavò, ex ipsis ædificijs accommodet sibi Societas Collegium, Scholas & Templum.

Nonò, Promotiones omnes fiant in ipsâ Academiâ, & locis hucusque consuetis ac solitis.

Decimò, Cancellarius Academiæ sit, uti hactenus, Præpositus Viēnensis. Decanos etiam singulos, singulæ habeāt Facultates, cum auctoritate ordinariâ: Artisticæ cōstituatur à Societate; Theologiæ, uti hactenus.

Undecimò, Rector Academiæ, cum auctoritate consuetâ, uno semestri sit Doctor Theologiæ, qui Rector Collegij possit esse, vel ex reliquis Doctoribus; uno Doctor Juris: tertio Medicinæ: quarto, cùm Artisticam Facultatem tangit ordo, sit is, quem Collegij Rectorem elegerit Societas.

Statuitur etiam, ut ij, qui in Academiâ Pragensi, Gratiensi, Olomuciensi, alijsque Academijs, quas Archiduces Austriæ & Imperatores erexerunt & confirmarunt, vel in posterum erigent & confirmabunt, promoti sunt, aut promovebuntur, ab Universitate Viennensi pro verè & legitimè promotis agnoscantur & acceptentur, non secùs, ac si in eâdem Viennensi Universitate promoti fuissent.

Quia verò inter dictā Universitatem & præfatos Societatis Jesu Patres, aliquæ difficultates & controversiæ circa quædam puncta dicti Decreti subortæ sunt: ad eas complanandas, stabiliendámque prætacti

Collegij

Collegij Patrum Societatis cum Universitate unionem per Nos nuper factam, præcipuorum nostrorum Intimorum Consiliariorum & Commissariorum deputatorum sapienti providentiâ, & consilio interposito, ambæ partes amicè, benevolè, firmiter, constanter, & unanimi voluntatum consensione, ad Approbationem & Confirmationem Nostram, die septimo Augusti hujus currentis anni millesimi sexcentesimi vigesimi tertij transegerunt, constituerunt, definiverunt, & declarârunt, in hunc, qui sequitur, modum.

DE RECTORATV ET RECTORE VNIVERSITATIS, EJVSQVE POST VNIONEM ELECTIONE, DIGNITATE, JVRISDICTIONE. §1.

In primis RR. PP. Societatis Jesu, ad demerendam Universitatis benevolentiam, omni omninò Juri ad Rectoratum Academiæ, etiam ex Electione passivâ, tàm in Theologicâ, quàm Artisticâ Facultate, per Cæsareum Unionis Translationisq; Collegij Decretum & Transactionem, mense Octobri, anno superiore factam acquisito, sponte & liberè renunciant; & quicquid in Academico Rectoratu honoris est atque dignitatis, id totum, volentes libentes, Dominis Doctoribus quatuor Facultatum, qui de Societate non sunt, relinquunt. Num. 1.

R. Pater Rector Collegij Societatis Jesu, Collegiúmque ipsum, tanquam verum ac vivum Universitatis membrum & pars, Magnificum Dominum Rectorem, ut electum totius Academiæ Caput (è quacunque demùm electus sit Facultate) agnoscet, illique in Actibus omnibus omnem eum honorem ac reverentiam habebit ac deferet, quam alij deferunt, & hactenus detulerunt. Num. 2.

Quamobrem in ratione eligendi Rectorem Universitatis, per hanc Unionem nihil mutatur. Electus etiam suâ consuetâ constat auctoritate & dignitate, & eam insuper in scholares Societatis acquirit Jurisdictionem, de qua § sequenti. Num. 3.

DE RECTORE COLLEGII SOCIETATIS JESV. §2.

Universitas vicissim, ad contestandam suam in Patrem Rectorem & Collegium Societatis Jesu, sic unitum & translatum, benevolentiam ac amorem, declarat, imprimis hanc Collegij cum Universitate Unionem & translationem fieri, non solùm magnâ utrinque voluntatum consensione, sed insuper ita fieri, ut nolint, hâc unione, aut Religioso Societatis Jesu Instituto, aut rationi institutionisq; studiorum ejusdem Societatis Jesu, impedimentum ullum afferri. Num. 1.

Quamobrem R. Pater Rector & Societas ipsa in personas Collegij omnes, quæ in Universitate, juxta Cæsareum Decretum, Literas humaniores, Philosophiam & Theologiam docent, & in posterum docebunt, aut aliàs erunt in Facultatibus, aut in ijs gerent officium, omnem eam, etiam in posterum retinebit Jurisdictionem, Jus de illis disponendi, eorúmq; ministeria dirigendi, & auctoritatem, quam in eas habuit ante unionem. Num. 2.

Eidem R. Patri Rectori omnis cura disciplinæ, totáq; correctio studiosorum scholariúmve, qui RR. Patrum Lectiones audiunt, aut in Seminarijs degunt, adeóque omnis ea auctoritas, quam in illos habuit ante unionem, relinquitur. Si quis tamen contra studiosorum præfatorum aliquem lege & judicialiter volet agere, remittetur ad Tribunal Magnifici Domini Rectoris; qui Magnificus Dominus Rector omnes causas & querelas de talibus ad se delatas ad R. Patrem Rectorem diriget, primò sine strepitu Judicij Num. 3.

componendas, & actiones hujusmodi ad Tribunal contentiosum non prius recipiet, quàm ex R. Patre Rectore Collegij intellexerit, causam & negotium, aliter quàm viâ Juris, componi non potuisse.

Num. 4. *Si unus aliquis prater Patrum Lectiones etiam Juridicas aut Medicas audiat, & dubium oriatur, Magnificóne DominoRectori Universitatis, an R. Patri Rectori Collegij parère debeat; dispicietur, quas lectiones per se & principaliter, quas minùs principaliter & incidenter audiat. Si quis Magister Philosophia creatus est, aut illam ordinatè cum bono profectu audivit, & bono ordine transivit ad studium Juris aut Medicina, & pracipuè alterutri det operam; hic, licet apud Patres audiat, v. g. Mathesin vel Ethicam, vel Quastiones D. Thoma de Jure & Justitiâ, paret Magnifico Domino Rectori Universitatis; tenetur tamen observare disciplinam Societatis, secundùm illam unam, quam audit, lectionem. Contrà, si quis studeat aut Theologia ex professo apud Patres, aut Philosophia, paret R. Patri Rectori, etiamsi v. g. audiat etiam Institutiones Juris; tenetur tamen & hic observare disciplinam Professoris, etiam secundùm hanc unam lectionem, quam audit.*

Num. 5. *Eidem R. Patri Rectori Collegij hoc etiam honoris tribuit Universitas, ut in Consessibus omnibus & Actibus Academicis sedeat & locum occupet immediatè post D. Superintendentem. Et quamvis sit in Facultate Theologicâ, quemadmodum Magnificus D. Superintendens est in Juridicâ, nullum tamen in eâ accipiet aut habebit officium; nec junget se Circulis Nationum in Electione Rectoris Academici, sed cum Magnifico Rectore resignante & Superintendente, suo in loco remanebit. Si quando in Consistorio tractanda fuerint negotia Academia ad rem literariam universè spectantia, idem R. P. Rector advocari, nec sine eo, quod scholares omnes concernet, quidquam statui debebit.*

Num. 6. *Quem Studiosum, ob contumaciam aut mores improbos, à scholis Societatis R. P. Rector (cui soli id competit) arcere curaverit, id ipse significabit Magnifico Domino Rectori, qui mandabit, ut talem ad studium Juris aut Medicina Professores non admittant. Idémque fiet, si aliquis spontè insalutatóque Professore scholas deseruerit. E diverso, si quis è Societate Doctorem, Magistrum, Studiosúmve soli Magnifico Rectori Universitatis subjectum accusare volet, illum accusabit primò apud Magnificum Dominum Rectorem, & non alibi.*

Num. 7. *Si quid aliquando Magnificus Dominus Rector, aut Venerabile Consistorium, verbo vel scripto, quod aliquem è Societate, ejúsve officium concernat, significandum vel intimandum censuerit, id ad R. P. Rectorem Collegij, & non ad alium dirigetur, ut in hoc etiam Instituti & Religiosa disciplina & ordinis ratio habeatur; eadem servabitur ratio, quando Studiosi ad comitandum Magnificum Dominum Rectorem convocandi erunt.*

§3. *DE CANCELLARIO, DECANIS ET DECANATIBUS, MAXIME IN ARTISTICA FACULTATE.*

Num. 1. *IDem erit post unionem hanc Cancellarius Universitatis qui antè, Cathedralis videlicet Ecclesia ad D. Stephanum Prapositus. Ratio etiam atque electio & authoritas Decanorum in Facultate Theologicâ, Juridicâ, & Medicâ eadem erit qua hactenus fuit. De Decano & Decanatu Facultatis Artistica, magno utriusque partis animorum consensu, constituta sunt hac.*

Num. 2. *Inprimis, ut uno semestri sit Decanus è Societate, quem Societas elegerit: altero semestri alius è Facultate Doctor seu Magister, quem Facultas ritu & more consueto elegerit; quando hic elapso suo tempore officium resignabit, monitus à R. P. Rectore per schedam, eum publicabit, quem Societas in sequens semestre elegit.*

Decanus

Decanus à Societate constitutus, toto semestri omnia Decani officia geret, & administrabit ut propria, præterquam Vice-Rectoris Academia: id enim muneris sustinebit Exdecanus, qui non est è Societate. Num. 3.

Decanus à Facultate electus toto suo semestri suum in Consistorio, Processionibus & Actibus publicis, locum & dignitatem obtinebit; imò etiam Facultatem convocabit & diriget, quando ob causam, quæ scholastica non est, nec ad rem literariam spectat, convocanda est. Num. 4.

Scholastica verò, & ad rem literarum pertinentia, omnia privatim & publicè hoc semestri Vice-Decanus ex Societate (sive ille sit Exdecanus, sive alius) administrabit. Facultatem, quando ob Examina, Promotiones, vel aliam quamcunque causam literariam convocanda est, convocabit ac diriget, etiam præsente, si adesse voluerit, Decano, qui tamen Decanus, si adsit, primo loco considebit, & primus dicet sententiam. Diriget item dictus Vice-Decanus, Disputationes, Examina; omnia typis mandanda recognoscet & censebit; conferet Gradus, quod tamen munus, honoris causâ, deferet aliquando Professoribus, & alijs Magistris, tàm è Societate, quàm cæteris. Determinationes quæstionum publicè disputatarum seu resumptiones promiscuè hic & illis deferentur, prout res & occasio feret. Num. 5.

Conceditur, ut ad rem literariam, Gradus Academicos, testimonia, & aliud id genus, Facultas Philosophica habeat specialem Secretarium, qui obeat vices Notarij; specialem item Bidellum, & ut omnis dispositio circa Testimonia danda promotis, alijsq; studiosis, sit penes Decanum aut Vice-Decanum è Societate. Quam in rem habebit peculiare Facultatis sigillum. Nihilominus tàm testimonijs, quàm Coronæ promovendorum præfigitur nomen Decani quisquis ille sit: si quis volet etiam Magnifici Domini Rectoris habere testimonium, is eidem obtentum Facultatis testimonium priùs exhibebit. Num. 6.

Depositor à Facultate Artisticâ constitutus, quoad officium & tempus deponendi eos, qui RR. Patrum lectiones frequentant, etiam à Decano, vel Vice-Decano è Societate dependebit. Taxam depositionis, quoad eosdem etiam constituet ex directione R. P. Rectoris; ac ut depositionis ratio sit moderata & ordinata, item Decanus Societatis, vel Vice-Decanus suâ præsentiâ providebit. A depositionis lege eximuntur Clerici, & qui habitum gestant ecclesiasticum; omnes tamen suo tempore in Matriculam referentur, alioquin non gaudebunt Privilegijs Academiæ. Num. 7.

DE PROFESSORIBVS ACADEMICIS E SOCIETATE JESV. §4.

IN Vniversitate juxta suum Institutum, ipsiusque formam ac modum, docebunt RR. Patres Societatis Jesu, Literas humaniores omnes ac Rhetoricam, linguam Latinam, Græcam, ac Hebraicam, universam Philosophiam, universamque Theologiam, minimè tamen exclusis à lecturâ Theologiæ Professoribus alijs, qui hactenus docent, quorum electio & constitutio Vniversitati, ut hactenus, ita etiam in posterum, juxta Decretum Cæsareum, salva & integra manet; de quibus hæc specialiter advertenda, ut ijs suæ relinquantur horæ in Auditorio Theologico, quibus docebant ante Collegij translationem, ut Interpres sacræ Scripturæ de Societate non doceat eâdem horâ, quâ alter, nec eodem anno eundem Scripturæ librum interpretetur. Professor Scripturæ, quem constituit Vniversitas, manet ut hactenus in Consistorio Senior Facultatis. Num. 1.

Et quamvis Alma Societas Jesu ipsamet suos Professores omnes eligat & constituat, qui tamen primâ vice electi, & ad profitendum in Vniversitate constituti fuerint, mittentur cum schedâ R. P. Rectoris ad Magnificum Dominum, tàm Rectorem, quàm Num. 2.

quàm Superintendentem, ut (si inscripti prius non fuerunt) inscribantur in librum Rectoris Academiæ; ab ijs futuri Professores Academici videantur & cognoscantur. Scribet autem R. P. Rector, ad quam quisque Professuram sit destinatus; sperare & etiam curaturum se, ut officio ac muneri suo satisfaciant: hoc accepto Magnificus Dominus Rector, benevolè significabit hanc Societatis Electionem sibi esse pergratam, & cùm Professores ex suo Instituto teneantur esse seduli, nullam aliam ab ijs exiget promissionem aut juramentum.

§ 5. *QVI ET QVA RATIONE DOCTORES ET MAGISTRI DE SOCIETATE JESV IN FACVLTATEM THEOLOGICAM ET ARTISTICAM ADMITTENDI SINT.*

Num. 1. *IN Facultatem Theologicam, modo infrà scripto, admittetur inprimis R. P. Rector Collegij, duo Professores Theologiæ scholasticæ, Interpres sacræ Scripturæ, Professor Controversiarum, & Professores Theologiæ moralis, qui quæstiones ad conscientiam spectantes exponunt, & si qui alij Doctores Theologiæ è Societate admitti petent, penes Facultatem erit eos admittere.*

Num. 2. *In Artisticâ Facultate manent post Vnionem & Translationem Collegij, qui antè in illa erant: & locum juxta Vniversitatis leges sibi competentem, in Actibus Academicis occupabunt; è Societate autem in illam admittentur, præter Decanum aut Vice-Decanum, & alios Magistros idoneos, qui petent etiam admitti: Professor Metaphysicæ, Ethicæ, Physicæ, Mathematicæ, Logicæ, Dialecticæ, Rhetoricæ, Linguæ Hebraicæ, Græcæ, Artis Poëticæ. Qui omnes, quando suis defungentur officijs, manebunt Facultatis membra, donec ad illam transeant Facultatem, & poterunt examinare, interesse consilijs, & locum occupabunt sibi juxta leges Academiæ debitum.*

Num. 3. *R. P. Rector & Decanus, seu Vice-Decanus Artisticæ, sine repetitione admittentur; ille in Theologiam, hic in Artisticam Facultatem. An qui in aliâ Academiâ publicè annum unum eam sunt professi Facultatem, in quam petunt hic admitti, admittendi sint sine repetitione, determinent Facultates.*

Num. 4. *Professores Novi è Societate Jesu, repetitionis loco, Disputationibus ordinarijs, tàm ad Gradus, quàm cæteris præsidebunt, & eos exercebunt actus, qui pro more Societatis, munus eam Facultatem docendi comitantur; ubi duo advertenda & observanda: alterum ut Thesibus repetitionis titulus præfigatur, alterum ut Facultatis membra aliique Doctores, atque inprimis Magnificus Dominus, tàm Rector, quàm Superintendens, tempestivè per aliquem invitentur.*

Num. 5. *Admittentur autem in Facultates hoc modo: Primò curabunt se inscribi apud Magnificum Dominum Rectorem; deinde repræsentabunt se cum Testimonio sui Gradûs Decano Facultatis, in quam sunt adsciscendi, & petent admitti: Decani verò statim & benevolè illos admittent.*

Num. 6. *Si in Decanum, aut Vice-Decanum Facultatis Artisticæ, constituatur à Societate Doctor aliquis Theologiæ, qui membrum sit Facultatis Theologicæ, is quidem transire poterit à Facultate Theologicâ ad Artisticam; sed toto hujus officij sui tempore, ad Artisticam duntaxat spectabit, ad Theologicam verò nequaquam; etiamsi actu Theologiam profiteatur.*

Num. 7. *Reliqui Doctores, ac Magistri, hujus ac aliarum Academiarum, maximè in Decreto Cæsareo unionis nominatarum, qui de Societate non sunt, & in Facultatem Artisticam petunt cooptari, more & modo hactenus consueto, nempe, productis legitimæ Nativitatis, & Promotionis literis, suo tempore cooptabuntur.*

DE

DE EXAMINIBVS, ET EXAMINATORIBVS, ET PROMOTIONIBVS AD GRADVS IN PHILOSOPHIA. §6.

Examina pro Gradibus, & Promotiones in Philosophiâ, fient ritu & more Societatis; Baccalaureandos, præter Decanum, aut Vice-Decanum, juxta dicta § 3, examinabunt duo è Societate Doctores, aut Magistri, à R. P. Rectore electi; quibus Facultas per electionem adjunget duos alios, itidem Facultatis Magistros, qui de Societate non sint, cum stipendio moderato, quod, ex præscripto Facultatis, facient Candidati, nisi sint pauperes. De Examinatoribus pro Gradu Magisterij conveniet Societas, quoad suos, cum Domino Cancellario Vniversitatis. Num. 1.

Promotiones ad Gradus Philosophicos omnes, etiam Magisterij, fient in Aulâ, in quâ etiam, si ita placuerit, eligetur Magnificus Dominus Rector Vniversitatis; & fient in illâ, quæ hactenus fieri consueverunt. Num. 2.

DE BIBLIOTHECIS, RATIONE TYPOGRAPHIÆ, CATALOGO VNIVERSALI ACADEMICARVM PRÆLECTIONVM. §7.

Bibliothecarum usus & custodia, facto prius Inventario, conceditur & committitur Collegio Societatis, ita tamen, ut Magistris, & Doctoribus Facultatum, si quid legere velint, fiat aditus, eisque Bibliothecarius, à R. P. Rectore constitutus, acceptâ syngraphâ, ad dies aliquot, etiam unum alterúmve librum det accommodatò. Num. 1.

Ratio Typographiæ suo in statu manet; Decani (vel etiam Vice-Decanus in Facultate Artisticâ) approbant, quæ ad suam spectant facultatem; reliquis à Professore approbatis, subscribit Magnificus Dominus Rector. Num. 2.

Ad Renovationem studiorum conficiatur Catalogus librorum & Authorum, qui in Vniversitate prælegentur, servetúrque in eo consuetus ordo Facultatum. Hujus ordinandi, & Typi corrigendi curam habebit Decanus, vel Vice-Decanus è Societate Artisticæ Facultatis; antequam autem Typo committatur, tàm Vniversitatis, quàm Collegij Rectori revidendus exhibebitur. Num. 3.

DE COLLEGIO, SCHOLIS, ET LOCO CONSISTORII. §8.

Quamvis Collegium Archiducale, Bursa, & alia omnia ædificia (præter Juristarum & Medicorum Gymnasia) ad Vniversitatem spectantia, Societati data & tradita sint, ut eorum loco Collegium Societatis, Scholæ, & Templum construantur: attamen extra Collegium Societatis, & Scholas, R. P. Rector, locum deputabit pro Consistorio, Cancellariâ, & Archivo Vniversitatis, in quem locum Societas speciale Jus non prætendet, sed sit, & dicatur absolutè Vniversitatis. Num. 1.

Quantùm ratio loci feret, dabitur opera, ut fabrica Scholarum ita accommodetur, ut adolescentes Poëtis inferiores cæteris, quantùm fieri poterit, minimè permisceantur. Num. 2.

Quoniam Medici proprium Collegium non habent, sed hactenus docent in unâ parte Collegij Archiducalis: illis ea pars eodem jure utenda, quo hactenus sunt ea usi, relinquatur, donec de alio commodo illis provideatur loco. Num. 3.

Quoties à Decano, vel Vice-Decano Facultatis Artisticæ, de congregandâ Facultate præmonitus fuerit R. P. Rector, toties in eam rem locum decentem assignabit; finitis verò ædificijs, certum aliquem & constantem. Num. 4.

DE SEMINARIIS, ET SEMINARISTIS. §9.

Quæ ædificia fabricando Collegio Societatis, Scholis, Templo, necessaria non erunt, Societas in Seminaria convertet, & ita pro suo Instituto & zelo accommodabit, ut Num. 1.

quamplurimi studiosi in illis degere possint, & illos ipsos ita gubernabit ipsa, & ad virtutem, & literis ita instituet, ut pij Fundatores sanctæ suæ intentioni copiosè satisfactum esse experiantur, & gaudeant.

Num. 2. *Stipendiatis, absque Facultatum, quibus navant operam, discrimine, qui juxta formam & morem fundationum, (quæ juxta Art. 7 Decreti Cæsarei pristino in statu manent) Societati proponentur ab ijs, quibus id incumbit, in aliquo Seminario, Societas dabit habitationem & alimoniam, juxta stipendij modum & rationem, & tàm diu in Seminario retinebit, quàm diu sese illius legibus, & communi disciplinæ accommodabunt. Si quos autem Societas deprehendet intolerabiles, ac dimittet, de ijs cum consensu R. P. Rectoris dimissis, Præfectus Seminarij eos, qui illos proposuerant, faciat certiores.*

Num. 3. *His, qui curam gerunt stipendiorum & fundationum, quarum redditus pendent ex culturâ vinearum, assignabitur locus, quo uvas exprimant, & collecturam reponant.*

Num. 4. *Bursarum literæ, quæ fundationem & stipendia concernunt, asservabuntur in Universitatis Archivo: quæ domos ipsas, Societati traditas, concernunt, R. P. Rectori consignabuntur, aut eorum paria legitimè authenticata.*

Nos igitur hanc ipsorum Transactionem, omnésque supra insertas Constitutiones, Definitiones, & Declarationes, novámque Nostram unionem & reformationem in omnibus suis punctis, Clausulis, & Articulis, ijs duntaxat exceptis, quæ in dictâ translatione, & hoc Diplomate Nostro innovantur, immutantur, renovantur, reformantur, aut declarantur, Auctoritate Nostrâ Cæsareâ & Archiducali, ratificamus, approbamus, & confirmamus, ratas, firmas, ac validas perdurare, atque illæsas observari, & ad easdem omnes Successores Nostros Romanorum Imperatores, Reges, & Archiduces Austriæ, futuros obligatos volumus expressè, illos adhortantes, ut hanc piam, & paternam intentionem, unionem & Reformationem Nostram, firmiter & inviolabiliter, futuris perpetuò temporibus, manu teneant atque defendant, ipsámque Universitatem non minùs, quàm supra dictum Patrum Societatis Jesu Collegium unitum, ejusdem vigore tueantur, neque quemquam cujuscunque etiam Statûs, Ordinis vel Conditionis is sit, eandem impunè transgredi, vel violare permittant.

Cætera denique, quæ per hanc Resolutionem, Unionem, & Reformationem immutata non sunt, tàm quoad Universitatis nostræ, quàm singularum Facultatum, Nationum, & Bursarum Statuta, maximè verò quoad Academiæ Nostræ libertates, Jura, Privilegia antiqua & nova à Divis FERDINANDO, MAXIMILIANO, RUDOLPHO, MATTHIA, Imperatoribus & Prædecessoribus Nostris, ac Nobis, per Resolutiones, Declarationes, & Sententias, decimo quinto Septembris Anno millesimo, quingentesimo, sexagesimo primo; decimo Januarij, Anno millesimo, quingentesimo, septuagesimo, vigesimo quarto Decembris; Anno millesimo, quingentesimo,

octuage-

octuagesimo quarto, vigesimo primo Februarij; Anno millesimo, quingentesimo, octuagesimo quinto, & aliàs data & concessa; Item honestas consuetudines illæsas conservandas, innovandas, & confirmandas, præsentis Nostræ Constitutionis Eulogio, denuò Clementer innovamus, confirmamus, & omne suum robur omninò obtinere volumus & declaramus.

Quapropter vobis omnibus & singulis, Rectori & Superintendenti Nostro, Decanis, Doctoribus, Licentiatis, Magistris, Baccalaureis; & toti denique studiosæ Juventuti hujus Nostræ Academiæ Viennensis, præsentibus & futuris, seriò & firmiter præcipimus & mandamus, ut hanc præmemoratam Transactionem, omnésque alias Ordinationes, Leges, Statuta, & Constitutiones, per Nos, uti præfertur, innovatas, declaratas, reformatas, ac confirmatas, sanctè & inviolabiliter observetis, ac custodiatis, illisque, sub pœnâ gravissimæ indignationis Nostræ, quam quilibet contrafaciens noverit se incursurum, nullatenus contravenire audeatis, vel præsumatis; quin potiùs quisque, quæ sui officij, partium, statûs & conditionis sunt, exequi & præstare studeat. Porrò ne vobis, Studiosisq; vestris favorem & benignitatem Nostram ullibi deesse agnoscatis, sed ut quisque vestrum pro suâ conditione studijs eò libentiori animo, absque ullo impedimento incumbere, & præmemoratis Statutis & Privilegijs pacificè uti queat;

Mandamus etiam, & præcipimus seriò & strictè Locumtenenti, Cancellario, Regentibus, & Consiliarijs Regiminis, & Fisci Nostri inferiorum Nostrarum Provinciarum Austriacarum, nec non Burgimagistro, Judici, & Consulibus Civitatis Nostræ Viennensis, ac cæteris quibuslibet Capitaneis, Vice-Dominis, Præfectis, Officialibus, Civibus, Subditis, atq; Fidelibus Nostris, cujuscunq; Dignitatis, Gradûs, Ordinis, Conditionis & Præeminentiæ fuerint, ut vos, tàm in Privilegijs, Gratijs, Immunitatibus, Concessionibus, & Donationibus, quàm in his Statutis, Legibus & Ordinationibus denuò, ut præmissum est, per Nos innovatis, declaratis, reformatis, & confirmatis, nullo modo turbent & molestent, sed potius protegant, defendant & manuteneant, ijsq; vos quietè frui & gaudere sinant, quatenus sibi à gravissimâ indignatione Nostrâ, & alijs pœnis, violatoribus hujus firmissimi Edicti Nostri, pro arbitrio Nostro irrogandis, cavere voluerint. Harum testimonio literarum, quarum unum Exemplar Universitatis Rectori, alterum verò Patri Rectori Collegij Societatis Jesu, manu Nostrâ propriâ subscriptum, ac Sigilli Nostri Cæsarei appensione munitum, assignari fecimus.

Datum in Civitate Nostra Vienna, die nonâ Mensis Augusti,

 Anno

Anno salutis restaurata, supra millesimum sexcentesimum, vigesimo tertio. Regnorum Nostrorum, Romani quarto, Hungarici sexto, Bohemici verò septimo.

Hucusque *Imp. Ferdinandi II Sanctio Pragmatica*, ex quâ *præsens Academiæ Wiennensis status*, quantum de eo publicè scribi fas est, satis clarè & abundè potest perspici. Prodijt quoque ejusdem Sanctionis Pragmaticæ *secunda* editio A. 1640 in octavo sub hoc titulo: *Instrumenta publica, quibus per Ferdinandum II Romanorum Imperatorem felicissimæ & gloriosissimæ memoriæ Almæ celeberrimæque Vniversitati Wiennensi Cæsareum Societatis Jesu Collegium Wiennense unitum & incorporatum fuit; Ferdinandi III Romanorum Imperatoris Decreto confirmata, & Ejusdem S. Cæs. Majestatis Autoritate apud Matthæi Formicæ Viduam Wiennæ recusa A. MDCXL.* In quâ *secundâ* editione, præter *Imp. Ferdinandi II Decretum Vnionis, A. 1622 d. 21 Octobris germanicè promulgatum*, exstant etiam *Decreta duo Imp. Ferdinandi III* A. 1640 d 4 Maij data, quibus Sanctionem Pragmaticam confirmat, jubetque illam inviolabiliter observari. Cæterùm præterquam quòd *Transactio* inter Vniversitatem & Collegium Societatis Jesu, A. 1623 d. 7 Augusti facta, *Sanctioni Pragmaticæ* inserta sit, exstat eadem in jam memoratâ *secundâ* editione etiam separatim, cum præfixâ hâc, propter Dominorum Commissariorum Cæsareorum & Dominorum utrinque transigentium nomina notabili Præfatione: *Quod DEVS OPT. MAX. benè feliciterque faciat evenire. Sapienti providentiâ consilióque Illustrissimorum & Excellentissimorum Dominorum S. CÆS. MAJESTATIS Commissariorum, Domini Leonardi Helfridi Comitis de Meggau, Dn. Maximiliani Comitis de Trautmansdorf, Dn. Joannis Baptistæ Verda Baronis à Verdenberg, Consiliariorum S. Cæs. Majestatis arcanorum, & Nobilis atque Clarissimi Domini Joannis Wentzel, Imperialis Consiliarij Aulici, die 19 & 20 Julij Anno 1623 Magnificus Dominus Gulielmus Rechperger Vniversitatis Wiennensis Rector, Magnificus Dominus Christianus Schaffler Superintendens Cæsareus, & sequentes quatuor Doctores è quatuor Facultatibus cum plenipotentiâ ab Almâ Vniversitate electi, R. D. Georgius Fridericus Kholer SS. Theologiæ Doctor, D. Bartholomæus Carolus Prætorius Philosophiæ & Juris Vtriusque Doctor, & pro tempore Facultatis Juridicæ Decanus, D. Sigismundus Geisler Philosophiæ & Medicinæ Doctor, & D. Petrus Hoffmann Artium Liberalium & Philosophiæ Doctor*

ex unâ; & R. Adm. P. Joannes Argentus Soc. Jesu per Provinciam Austriæ Visitator, nec non R. P. Guilelmus Lamormaini Collegij Viennensis ejusdem Societatis Jesu Rector, præsente etiam R. P. Christophoro Dombrino Societatis Jesu Sacerdote ex alterâ parte; ad stabiliendam præfati Collegij cum Universitate Unionem, per S. CÆS. MAJESTATEM nuper factam, amicè, benevolè, firmiter, constanter, unanimi voluntatum consensione, ad approbationem confirmationémque S. CÆS. MAJESTATIS, quæ sequuntur, constituerunt, definierunt, declararunt. §. 1. De Rectoratu & Rectore Universitatis, ejúsque post Unionem electione, dignitate, Jurisdictione. Num. 1. Inprimis Reverendi Patres Societatis Jesu, ad demerendam Universitatis benevolentiam, & cætera, ut suprà in ipsâ Sanctione Pragmaticâ. Reperi etiam nuper in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ*, aliud quoddam *Imp. Ferdinandi II Diploma manuscriptum*, ad eandem Universitatis & Collegij Societatis Jesu Unionem pertinens, quod integrum hîc subjungo:

SAcratissima Cæsarea, ac Hungariæ Boemiæque Regia Majestas, Ferdinandus II, Archidux Austriæ &c, Dominus noster Clementissimus, N. Domino Rectori, Superintendenti Cæsareo, & Consistorio Universitatis Viennensis, hisce benignè significandum mandavit:

Intellexisse Suam Sacratissimam Cæsaream Majestatem, qualiter in prædictâ Universitate, propter Lecturas Facultatis Theologicæ, in proximè habitâ Theologicorum Professorum electione, controversia quædam exorta fuerint, ad quas tollendas eadem Sacratissima Cæsarea Majestas pro nunc clementissimè se resolvit, ut P. Philippus de Salerno, Ordinis Minoritarum S. Francisci, habeat Lecturam S. Scripturæ, cum titulo Professoris Theologiæ ordinarij; P. autem Joannes de Valdespino Ordinis Prædicatorum succedat prædicto P. Philippo in Lecturâ extraordinariâ Casuum, cum titulo Professoris Theologiæ. Quorum primus verè & ex professo Sacræ Scripturæ textum interpretetur; secundus verò ex professo formet futuros Parochos & operarios Evangelicos in doctrinâ Casuum Conscientiæ, & administratione Sacramentorum. Neuter tamen se extendat, aut digrediatur ad quæstiones, disputationésve Scholasticæ Theologiæ.

Cæterùm ubi Majestas Sua Cæsarea de titulo Professoris primarij rem justâ trutinâ, maturóque consilio ponderaverit, suo tempore definiet, & per inferioris Austriæ Regimen, aut aliâ ratione, Domino Re-

 ctori,

ctori, Superintendenti, & Consistorio, Similiter etiam Rectori Societatis, totique Universitati Archigymnasij Viennensis declarabit, cui potissimùm primarij Professoris in Theologiâ titulum, cui Senioris cognomentum attribui, quidve in cæteris nuper motis controversijs observari velit.

Interea autem statuit Sacratissima Majestas Cæsarea, ut interim nullus Professorum titulum Primarij usurpet: & ut Senior Facultatis Theologicæ in Consistorio, è Doctoribus Theologiæ ordinariè Viennæ degentibus, is sit, qui in Facultate est antiquissimus, si tamen idiomatis Germanici ita sit peritus, ut omnia, quæ afferuntur & tractantur in Consistorio, intelligat, & suam dicere possit sententiam. Quòd si hic ipse aut in Rectorem Universitatis, vel in Decanum Facultatis, seu in Procuratorem Nationis eligatur, sive idiomatis Germanici sit inscius, aut plures menses ab urbe abesse debeat, locum ejus suppleat, qui in antiquitate erit proximus. Quæ omnia Majestas Sua eidem Domino Rectori, Superintendenti, & Consistorio gratiosè intimanda voluit, quibus de reliquo Gratiâ Suâ Cæsareâ, & Archiducali Benignitate propensa manet. Signatum Sopronij sub Majestatis Suæ Sigillo Cæsareo, die 28 mensis Novembris, anno Domini 1625.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ
Majestatis proprium

Tobias Gertinger.

ADDITAMENTUM IV,

pertinens ad Libri *secundi* Caput *septimum*, à pag. 519 usque ad pag. 608, & ad Libri *sexti* Partem *secundam* pag. 90 & 91, ubi agitur de Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ vetustissimo Codice manuscripto Græco membranaceo *Dioscoridiano Julianæ Aniciæ*, Imp. *Flavij Anicij Olybrij* filiæ, in quo etiam exstat *Eutecnij* Sophistæ antiqua Græca prosaica Paraphrasis in *Nicandri* Theriaca & Alexipharmaca.

QVoniam Libri *secundi* horum Commentariorum Capite *septimo* non exiguum exhibui specimen antiquissimarum *Imaginum*, ad *Illustrium Medicorum Græcorum Historiam* pertinentium, quibus vetustissimus *Julianæ Aniciæ* Codex manuscriptus *Dioscoridianus* exornatus est, lubet nunc mihi ex eodem præstantissimo Codice etiam alias nonnullas hîc repræsentare *Icones, tribus Tabulis*, literis A, B & C notatis comprehensas, quæ *Historiæ Animalium* illustrandæ possunt inservire, & omnes, unicâ duntaxat *primâ* exceptâ, ex *Eutecnij antiquâ Græcâ*

Græcâ Paraphrasi Theriacorum Nicandri desumptæ sunt. *Prima* harum *Imaginum* repræsentat particulam inferiorem *Quercûs marinæ*, quæ à Græcis appellatur Εἰναλία δρῦς, & juxta eam *Amphitriten*, *Neptuni* uxorem, quâ (1) significatur *Aqua*, quæ vel circa terram est, vel intra terram ipsam includitur, cùm per *Neptunum* significetur spiritus seu aer per universam aquæ molem diffusus; ideóque *Amphitrite* in summo capitis vertice *duabus chelis cancrinis rubentibus* insignita est, & sinistrâ manu tenet *remum*. Eadem superiori corporis parte usque ad umbilicum nuda est, inferiori autem pallio tecta *cæruleo* & fimbriâ aureâ exornato. Capillos quoque & oculos habet *cæruleos*, & à sinistro latere *inaurem auream cum appensâ margaritâ*, ut & *armillas ex margaritis*, nempe propter naturam maris margaritiferam. Sinistro brachio innititur (2) *Balænæ monstrosæ*, vel *monstroso Draconi marino*; dexteri autem brachij *extensione* & *dilatatâ palmâ* significat immensum Oceani ambitum; unde & *Ovidius* Lib. 1 Metamorphoseωn:

- - - - - nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Comitantur ipsam undique varij *pisces*; quam ob rem & *Orpheus* in Argonauticis eam appellat:

Γλαυκὴν δ' ἰχθυόεσσαν ἀπείριτον Ἀμφιτρίτην
Glaucam, piscosam, immensam simul Amphitriten:

& præcipuè quidem *Delphini*; quorũ unus, cæteris major, honoris causâ *Amphitriten* proximè præcedit, quia Poëtæ fabulantur, (3) *Neptunum*, cùm *Amphitriten* voluisset ducere uxorem, neque eam ob verecundiæ magnitudinem & virginitatis observantiam in amorem sui ullo pacto potuisset allicere, *Delphinum* misisse, qui eam sibi conciliaret, persuaderétque, ut maritum *Neptunum* æquo animo ferret; idque cùm *Delphinus* impetrâsset, ad perpetuam tanti beneficij memoriam signum *Delphini* inter cœlestia sidera relatum esse. Hoc autem idcircò ita fictum est, quia *Delphinus* omnes marinos pisces ingenio & solertiâ corporisque celeritate longè antecellit, & reliqua marina animalia, quæ profundiùs in mari habitant, propter indigesti à Sole humoris copiam adeò sunt amentia ac propè stupida, ut de nonnullis meritò dubitetur, an animalia vocanda sint. Quod porrò ad *Quercum marinam*, *Amphitritæ*

(3) *Vide* Oppiani *Halieutic. lib.* 1 *à vers.* 385 *usque ad vers.* 393, *ubi* Amphitriten *appellat* ἁλὸς Βασίλειαν, *hoc est*, Maris Reginam. *Consule etiam* Hyginum *de Signis cœlestibus*, & Arati *Phænomena*, *à* Germanico Cæsare *versa*, *cum adjuncto Commentario*.

(1) *Vide* Natalis Comitis *Mythologiam lib.* 2 *cap.* 8, & Ger. Joan. Vossij *doctissimũ Opus de Theologiâ Gentili lib.* 2 *cap.* 78, *ubi rectè monet Amphitriten ita dictam esse* παρὰ τὸ ἀμφιτρίβειν τὴν γῆν, *hoc est*, quia circumquaque terram fluctibus suis atterit.

(2) *Similem ferè* Balænæ *imaginem cum duobus anterioribus pedibus, ingressui seu, potiùs reptationi servientibus, vide apud* Conradum Gesnerũ *Histor. Animal. lib.* 4 *pag.* 137 & 138, & *apud* Joan. Jonstonum *Historia naturalis de Piscibus & Cetis Tab.* 41. *Consule etiam* Oppianum *Halieutic. lib.* 1 *vers.* 394 & *deinceps*, *ubi verba ejus ad rem præsentem maximè pertinentia sunt hæc:* Καὶ μὴν καὶ φάλαιναν ἀσπιδίαν φασὶ θαλάσσης ἐκβαίνειν χέρσονδε, καὶ ἠελίοιο θέρεσθαι. *Hoc est:* Certè etiam Balænam immanem ajunt è mari prodire in terram, & in Sole apricari. *Vide insuper* Aldrovandum & Rondeletium.

phitritæ sacram, attinet, ea in ipso illo Codice manuscripto tantæ est magnitudinis, ut integram compleat paginam in folio, & alio posthac commodiori tempore ac loco in hisce Commentarijs tota à me exhibebitur æri incisa, quemadmodum nunc particula tantùm ejus infima fideliter hîc delineata & sculpta cernitur. Addam tunc quoque Imaginem spectatu dignissimæ *Plantæ retiformis*, quæ in eâdem *Augustissimâ Bibliothecâ* adservatur, & simillima est illi, cujus Icon exstat in Descriptione *Musei Calceolariani Veronensis*, Veronæ apud Angelum Tamum A. 1622 in folio editâ, pag. 16. Hæc igitur de *primâ* illâ Imagine in præsens obiter sufficiant. Cæterùm si quis reliquarum etiam *quadraginta trium Imaginum* prolixas explicationes desideret, is præter complures antiquos & novos Autores, qui Historiam animalium scripserunt, præcipuè consulat ipsa *Nicandri Theriaca* cum anonymi cujusdam antiqui Autoris Scholijs Græcis, & *Joannis Loniceri* atque *Joannis Gorræi* latinis Annotationibus; item *Dioscoridis* Theriaca, *Galeni* Libros duos de Antidotis & Librum de Theriacâ ad Pisonem; ut & *Conradi Gesneri* Historiam Serpentium & Scorpionum, & *Jacobi Grevini* Libros duos de Venenis. Ego enim omnibus hisce Imaginibus nuda tantùm addidi *nomina græca*, & quidem de industriâ eodem pervetusto (1) scribendi modo, ut ea exstant in ipso illo venerandæ antiquitatis Codice *Aniciano*, nempe *literis majusculis*, & *sine accentibus atque spiritibus*. Ne tamen illi, qui Græcæ linguæ prorsus ignari sunt, omni harum Tabularum intelligentiâ & fructu careant, subjungo hîc in eorum gratiam, quàm possum brevissimè, has extemporales Observatiunculas.

(1) Vide etiam Lib. 1. horum Commentariorum pag. 525, 551, 566, 569, 571, & 590.

Secundâ videlicet Imagine & *quartâ* repræsentatur *Vipera mas cum Viperâ fœminâ complexu prolifico coiens*; sed secundùm fabulosam veterũ Autorum traditionem, quòd nempe mas emittendæ genituræ causâ caput inserat in os fœminæ, hæc autem in fine coitûs, tanquam ex nimiâ voluptate in rabiem versa, illud demordeat, ita ut ille quidem ex tali coitu pereat, hæc verò gravida quidem efficiatur, sed in partu vicissim necetur, prole scilicet maturam naturæ solutionem non exspectante, verùm arrosis matris lateribus vi erumpente; unde & *Vipera* dicta sit, *quòd vi pariat*. Hanc enim falsam opinionem ipsa experientia jamdudum satis superque refutavit, & etiamnunc manifestè refutat, utpote cùm certò constet, semen non ex ore maris à fœminâ accipi, sed per penem in postremâ ferè parte caudæ, ubi & fœmina vulvam habet, subtùs immitti. Quâ de re præter *Gesnerum* de Serpentibus fol. 73 pag. 2 & fol. 74 pag. 1, vide inprimis *Baldi Angeli Abbatij* Librum

Librum singularem de admirabili Viperæ naturâ & de mirificis ejusdem facultatibus cap. 9, 16, 17, 18 & 19, ubi Viperæ coeuntis & parientis veram rationem, ut & internarum tùm fœminæ tùm masculi partium Anatomen, quatuor spectatu dignissimis Tabulis æri incisis accuratè exhibet. Cæterùm & hoc obiter circa jam memoratam Imaginem *secundam* notandum est, rectiùs ibi adscriptum esse, Ἔχις καὶ Ἔχιδνα, hoc est, *Vipera mas & Vipera fœmina*, quàm, ut super Imaginem *quartam* legitur, Ἔχιδναι, hoc est, *Viperæ*, quia Ἔχιδνα propriè solam *Viperam fœminam* significat, uti Ἔχις *marem*.

Tertiâ Imagine repræsentatur Διψὰς sive *Dipsas*, serpens ita dictus, *quòd is, quem momorderit, inexplebili siti pereat.* Δίψα enim græcè vocatur *sitis*, & διψάω *sitio*.

Quintâ Imagine repræsentatur Σὴψ vel Σηπεδὼν, hoc est, *Seps* vel *Sepedon*, serpens ita dictus, ὅτι σήπει τῶν δακέντων τὰ σώματα, hoc est, *quia eorum, qui morsi sunt, corporibus efferâ virûs sui malignitate subitam infert putredinem.*

Sextâ Imagine repræsentatur Ἀσπὶς φοίνισσα, hoc est, *Aspis rubens* seu *sanguinea*. Ita enim ibi scriptum est, nempe φοίνισσα, non autem φοινήεσσα, ut apud ipsum *Nicandrum*, & in *Eutecnij Paraphrasi* his verbis: Ὁρᾷν δὲ ἔξεστι καὶ ταύτην ἀπὸ τοῦ εἴδους σοι τὴν ἀσπίδα, καὶ καταμανθάνειν, ὡς τό τε ὄνομα ΦΟΙΝΗΈΣΣΑ ἀπὸ τοῦ χρώματος ἐδέξατο· φοβερά τε γάρ ἐστιν ἥδε, καὶ ὑπὲρ τὰς ἄλλας &c. Et certè picta est hæc *Aspis* in ipso illo vetustissimo Codice colore *sanguineo*.

Septimâ Imagine repræsentatur Ἀσπὶς sive *Aspis*, serpens secundùm antiquum græcum Aristophanis Scholiasten ita dictus ἀπὸ τοῦ α ἐπιτατικοῦ μορίου, καὶ τοῦ σπίζω τὸ ἐκτείνω, διὰ τὸν ὀξὺν αὐτοῦ συριγμὸν, ἢ διὰ τὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ μῆκος., hoc est, ab α particulâ intensivâ & verbo σπίζω, quod *extendere* significat, propter acutum ipsius sibilum, aut propter corporis ejus longitudinem. Color ejus in pervetusto illo Codice manuscripto Aniciano, de quo in præsens agitur, est *cæruleus*.

Octavâ Imagine repræsentatur Κεράστης δικέρατος, hoc est, *Cornutus bicornis*, serpens ita dictus à cornibus, quibus in fronte insignitus est.

Nonâ Imagine repræsentatur Αἱμόῤῥους vel Αἱμόῤῥοος sive *Hæmorrhous*,

morrhous, ſerpens ita dictus, quòd, qui ab eo morſi ſunt, ſanguine per os, nares, totúmque corpus effuſo intereant.

Decimâ Imagine repræſentatur Διψὰς, ſed magnitudine differens ab alterâ illâ, cujus jam paulo antè mentio facta eſt.

Vndecimâ Imagine repræſentatur Χέρσυδρος ſive Cherſydrus; hoc eſt, *Natrix terreſtris*; ſerpens ita dictus à duplicinaturâ, terreſtri videlicet & aqueâ, quia totâ hyeme & toto vere in ſtagnis & paludibus commoratur, deinde autem, cùm calorem ſentit ſtagna & paludes exſiccantem, terram incolit.

Duodecimâ Imagine repræſentatur Ἀμφίσβαινα ſive *Amphisbæna*, ſic dicta quaſi *Vtrinquegrada*, quia geminum caput habens, antrorsùm & retrorsùm incedit.

Decimâ tertiâ Imagine repræſentatur Δρυΐνας ἢ Ὕδρος, hoc eſt, *Dryinas ſeu Hydrus*: ſerpens, *Dryinas* quidem ſive *Quercicola* dictus, quia latibula ſua habet in quercuum radicibus; *Hydrus* autem ſive *Natrix*, quia, quamdiu aqua in lacunis eſt, perrarò exit; ubi verò ea æſtu defecit, invitus fit *Dryinas* ſive *Quercicola*. Eſt autem hic ſerpens adeò *fœtidus*, ut, ſi quis eum non videat, fœtore tamen loci cognoſcat; unde *Virgilius* Æneid. lib. 7:

Vipereo generi & GRAVITER SPIRANTIBVS HYDRIS
Spargere qui ſomnos cantúque manúque ſolebat.

Idem appellatur etiam aliàs *Chelydrus*; ut apud eundem *Virgilium* Georgicorum lib. 3:

Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum,
Galbaneóque agitare GRAVES NIDORE CHELYDROS.

Decimâ quartâ Imagine repræſentatur Δράκων ſive *Draco*, ita dictus παρὰ τὸ δέρκεσθαι, hoc eſt, quia *acutiſſimo viſu* & ſingulari quâdam excubandi vigilandique vi eſt præditus. *Barbâ* etiam, quæ dependet mento, præ cæteris ſerpentibus inſignitus eſt.

Decimâ quintâ Imagine repræſentatur Κεγχρίνας vel Κεγχρίνης, hoc eſt, *Cenchrenas* vel *Cenchrenes*, latinè *Miliaris*; ſerpens ita dictus, vel quòd tempore *milij* appareat, vel quòd colore vario ſit inſtar *milij*.

Decimâ ſextâ Imagine repræſentatur Ἔλωπος (ſic enim ibi ſcriptum eſt) ſeu potiùs Ἔλοψ ſive Elops; ſerpens ita dictus διὰ τὸ ἐλλείπειν τὴν ὄπα, hoc eſt, *quia illi deficit viſus.*

Decimâ ſeptimâ Imagine repræſentatur Τυφλῖνος ſive *Typhlinus*, latinè *Cæcilia*, cui etiam apud Græcos & Germanos à *cæcitate* no-

men

men inditum est. Differt autem colore ab *Elope*, ut in ipso illo pervetusto Codice videre est.

Decimâ octavâ Imagine repræsentatur Ἀσκαλαβώτης sive *Ascalabotes*, venenosum animal, Lacertæ simile, à Latinis dictum *Stellio*, propterea quòd in dorso maculas quasdam parvas habet *stellis* similes. Græcè autem dicitur Ἀσκαλαβώτης pro Ἀκαλαβώτης à *tacito incessu*, nempe ab adverbio ἀκαλῶς, quod idem est atque ἡσύχως & à verbo βαίνειν; sigma verò insertum est per pleonasmum.

Decimâ nonâ Imagine repræsentatur Ἀκόντιος seu Ἀκοντίας, *Acontius* vel *Acontias*, latinè *Jaculus*; serpens ita dictus διὰ τὸ ὁρμᾶν ὥσπερ τὰ ἀκόντια, hoc est, quia se extendens, ceu *jaculum* quoddam, corporibus insilit.

Vigesimâ Imagine repræsentatur Λίβυος (sic enim ibi scriptum est) seu potiùs Λίβυς, *Libys*, serpens ita dictus à *Libyâ*, regione Africæ, in quâ multi tales sunt, & quidem ut *Nicander* refert, innoxij.

Vigesimâ primâ Imagine repræsentatur Μόλουρος sive *Molurus*, serpens ita dictus quasi *caudâ ingrediens*. Numerat autem *Nicander* etiam hunc inter serpentes innoxios.

Vigesimâ secundâ Imagine repræsentatur Μυόθηρος, *Myotherus*, vel secundùm ipsum *Nicandrum* Μύαγρος, *Myagrus*, serpens ita dictus quasi *Venator murium*, quia mures comedit. Numerat autem *Nicander* etiam hunc inter serpentes plerumque innoxios.

Vigesimâ tertiâ Imagine repræsentatur Κυάνεον, scilicet Φαλάγγιον, hoc est, *Phalangium cæruleum*. Est autem *Phalangium* genus quoddam Aranei, ita dictum, quia terna habet internodia in cruribus, quemadmodum homo in singulis digitis. Φάλαγξ enim græcè dicitur *Internodium in digitis*, hoc est, digiti pars rigida, quæ non flectitur, sed inter duos est articulorum nodos.

Vigesimâ quartâ Imagine repræsentatur Ἀγρώστης sive *Agrostes*, hoc est, *Venator*; Phalangium innoxium, ita dictum, quia muscas & culices venatur. Idem quoque vocatur Λύκος sive *Lupus* propter similitudinem. Verba igitur hæc, Ἀγρώστης, ὃν δὲ Λύκον, sic interpretanda sunt: *Agrostes, quem alij appellant Lupum.*

Vigesimâ quintâ Imagine repræsentatur Σφήκιον, hoc est, *Phalangium Sphecium*, ita dictum quasi *Vesparium*, quia simile est Vespæ. Vide etiam ejusdem Codicis paginam secundam folij 431, ubi

exstat *Phalangium* Ἀςήειον, sive *Asterium*, hoc est *Stellatum*, quòd excepto colore fulvo, per simile est *Sphecio*.

Vigesimâ sextâ Imagine repræsentatur Μυρμήκιον, hoc est, *Phalangium Myrmecium* sive *Formicarium*, ita dictum, quòd formicam referat.

Vigesimâ septimâ Imagine repræsentatur Φαλαγγοειδὲς ἢ Κανθαροειδὲς, hoc est, *Phalangium Scarabæo simile*, in campis inter segetes latitans; quod *Jacobus Grevinus*, Libri secundi de Venenis capite 23 de Araneis seu Phalangijs, idem esse existimat atque illam Aranei speciem, quæ præcipuè circa *Tarentum* Italiæ Vrbem invenitur, atque hanc ob causam vulgò appellatur *Tarantula*.

Vigesimâ octavâ Imagine repræsentatur Κεφαλοκρούστης sive *Cephalocrustes*, Phalangium ita dictum, quòd prætereuntium *capita* maximè feriat, quæ primùm petit, cum ex arbore se præcipitat. Appellatur illud à *Dioscoride* Lib. 1 de Materiâ Medicâ cap. 187 eodem sensu Κρανοκόλαπτον, arbor autem Ægyptiaca, in quâ nutritur, *Persea*. Ipsa ejus verba sunt hæc: Περσέα δένδρον ἐστὶν ἐν Αἰγύπτῳ, καρπὸν φέρων ἐδώδιμον, εὐστόμαχον· ἐφ' ᾧ καὶ τὰ λεγόμενα ΚΡΑΝΟΚΟΛΑΠΤΑ ΦΑΛΑΓΓΙΑ εὑρίσκεται, μάλιστα δὲ ἐν Θηβαΐδι. Hoc est: *Persea arbor est in Ægypto, fructum ferens cibo idoneum, stomacho utilem; in quâ PHALANGIA cognomine CRANOCOLAPTA inveniuntur, præsertim verò in Thebaide*.

Vigesimâ nonâ Imagine repræsentatur Σκορπίος λευκὸς, hoc est, *Scorpius* sive *Scorpio albus*, cujus morsus non est lethalis.

Trigesimâ Imagine repræsentatur Σκορπίος πυῤῥὸς, hoc est, *Scorpius rutilus*, qui & tremorem & sitim à se ictis infundit.

Trigesimâ primâ Imagine repræsentatur Παγουροειδὲς, sive Σκορπίος παγουροειδὴς, hoc est, *Scorpius Paguro cancro similis*. Exstant etiam in eodem pervetusto Codice, fol. 419 pag. 2 & fol. 420 pag. 1 & 2, *quatuor* aliæ *Scorpionum Imagines*, coloris diversitate à jam memoratis tribus differentes, quibus adscripta sunt hæc nomina: Ζοφόεις, hoc est, *Scorpius tenebrosus*, ab opaco & obscuro colore ita dictus; Χλωρὸς, hoc est, *Scorpius viridis*, ita dictus à colore viridante; Ἐμπέλιος, hoc est, *Scorpius lividus*; ac denique Ὅμοιος αἰγιαλῆι σκορπίῳ, (sic enim ibi scriptum est) seu potius, ut legitur apud ipsum *Nicandrum*, Ὅμοιος αἰγιαλῆι καρκίνῳ, hoc est, *Scorpius similis littorali cancro*.

Trigesimâ secundâ Imagine repræsentatur Ἴουλος sive *Julus*, vermis parvus, haud multum absimilis *Scolopendræ*, latinè dictus *Multipeda*; quod nomen tamen sæpè etiam *Scolopendris* tribuitur.

Trigesimâ tertiâ Imagine repræsentatur Σφὴξ, hoc est, *Vespa*, quæ, ut *Varro* lib. 3 de Re rusticâ cap. 16 ait, *similitudinem habet Apis, neque socia est operis, & nocere solet morsu; quam Apes à se secernunt.*

Trigesimâ quartâ Imagine repræsentatur Τενθρήδων sive *Tenthredon*, Insectum de genere Vesparum, quod solitarium *liguriendi* causâ macella frequentat, unde & nonnullis ἀπὸ τῆς τενθείας καὶ ἡδονῆς ita dictum esse videtur. Vocatur etiam aliàs Τενθρήνη sive *Tenthrene*.

Trigesimâ quintâ Imagine repræsentatur Σκολόπενδρα sive *Scolopendra terrestris*, animal venenosum ex genere Insectorum *multipedum*.

Trigesimâ sextâ Imagine repræsentatur Μυγαλὴ sive *Mus araneus*; animal venenosum, quod magnitudine simile est *muri*, colore autem *mustelæ*, & cæcitate *talpæ*.

Trigesimâ septimâ Imagine repræsentatur Σὴψ Σαῦρος, sive, *Lacerta Chalcidica*, omnium Lacertarum perniciosissima.

Trigesimâ octavâ Imagine repræsentatur Σαλαμάνδρα sive *Salamandra*, Lacertæ species, quam *Aristoteles* & *Ælianus* fabulantur igne non comburi, sed frigiditate suâ eum exstinguere. Falsum enim hoc esse, ipsa indicat experientia.

Trigesimâ nonâ Imagine repræsentatur Μύραινα sive *Murana*, piscis marinus viperæ similis; unde etiam fabula orta est, *viperam marem cum muranâ* coire.

Quadragesimâ Imagine repræsentatur Δράκων θαλάσσιος, sive *Draco marinus*, qui est ex eorum piscium numero, quorum *aculei* venenati sunt.

Quadragesimâ primâ Imagine repræsentatur Τρυγὼν sive *Trygon*, latinè *Pastinaca*, piscis *caudam* habens longissimam instar soricis vel muris, in quâ *aculeum* habet acutum, qui venenosus est. Eâ igitur solâ abscissâ, reliqua omnia absque periculo comeduntur.

Quadragesimâ secundâ Imagine repræsentatur Φαλάγγιον sive *Phalangium*, nempe κυάνεον sive *cæruleum*, numero duntaxat crurum differens ab altero illo, quod suprà jam exhibitum est.

Quadragesimâ tertiâ Imagine repræsentatur Σκυτάλη sive *Scytale*

tale ſerpens ſecundùm *Nicandrum* ita dictus, quòd magnitudine æqualis eſt manubrio, in quo ligo inſeritur. Imago autem hæc *Scytale* valdè differt ab ejuſdem ſerpentis Imaginibus, quæ exſtant apud *Grevinum*, *Geſnerum*, *Aldrovandum*, *Jonſtonum* & alios.

Quadrageſimâ demùm *quartâ* Imagine repræſentatur Βασιλίσκος ſive *Baſiliſcus*, latinè *Regulus*, ſerpentium omnium venenoſiſſimus, eorundémque *Rex* appellatus, quoniam caput ejus naturali quodam diademate inſignitum eſt. Cætera, quæ de eodem *Baſiliſco* partim vera partim falſa memorantur, quærenda ſunt apud paulo antè memoratos Scriptores Hiſtoriæ Animalium.

ADDITAMENTVM V,

pertinens ad Libri quarti pag. 197, 249 & 259, ubi fit mentio *Nicolai III, Patriarchæ Conſtantinopolitani*, tanquam Autoris incertæ ætatis.

Nicolaus, *tertius* ejus nominis Patriarcha Conſtantinopolitanus, cognomine *Grammaticus*, poſt abdicationem Patriarchæ *Euſtratij* (1) *Garidæ* Patriarchalem Thronum conſcendit anno Mundi ſecundum ſupputationem Græcorum 6592, ſive anno Chriſti 1084, Indictione ſeptimâ, ut teſtatur *Anna Comnena*, Imp. *Alexij Comneni* filia, *Alexiados*, ſive, Hiſtoriæ rerum à Patre ſuo vel ejus tempore geſtarum libro decimo, pag. 273 editionis Regiæ græco-latinæ Pariſinæ R. P. *Petri Poſſini* S. I., his verbis: Ἔφθασε ὁ Πατριάρχης Νικόλαος εἰς τὸν Πατριαρχικὸν ἀναβεβηκέναι θρόνον ἐπινεμήσεως παριππευούσης ἑβδόμης, ἔτους ςφϟβʹ, μετὰ τὴν Εὐστρατίου τοῦ Γαρίδα παραίτησιν. Notandum tamen eſt ibidem in verſione latinâ pro A. M. 6592 perperàm legi 6692. Corrigenda etiam hâc occaſione eſt R. P. *Joan. Baptiſtæ Ricciolij* S. I. Chronologia Reformata Tom. III pag. 21, ubi in Catalogo Patriarcharum Conſtantinopolitanorum *initium Patriarchatûs Nicolai Tertij* perperàm refertur ad annum Chriſti 1089. Ibidem quoque is minùs rectè cognominatur *Muzalon*, cùm re verâ *Nicolaus*, *quartus* ejus nominis Patriarcha Cōſtātinopolitanus, hoc cognomen habuerit, ut manifeſtè apparet ex antiquo græco Patriarcharum Conſtantinopolitanorum *Catalogo Jambico*, qui Protreptico Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ inſertus eſt. Prætereà & deceſſor ſive anteceſſor *Nicolai III* in Patriarchatu *Euſtratius Garides* ab eodem *Ricciolio* mendosè appellatur *Euſtachius*. Plura de eodem *Euſtratio* vide Lib. IV horum Commentariorum pag. 324.

(1) *Cognomen hoc invenitur promiſcuè ſcriptum per ι & per υ in ſyllabâ penultimâ.*

ADDI-

ADDITAMENTUM VI,

pertinens ad Libri *quinti* pag. 298, ubi desinit *Recensio trecentorum triginta sex codicum manuscriptorum Græcorum Theologicorum.*

CCCXXXVII.

T*Recentesimus trigesimus septimus* (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* antiquus in *octavo*, constátque foliis *centum quinquaginta uno*, & est unus ex illis Codicibus manuscriptis Græcis & Latinis, (2) qui proximè præcedenti anno 1673 S. CÆS. MAJESTATIS auspicio ac liberalitate ab Illustrissimo & Reverendissimo Domino Abbate *Dominico Federici*, pro S. Cæs. Majestate apud Serenissimam Rempublicam Venetam Residente, *Venetiis* empti, atque inde in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream* translati sunt. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 16 pap. 1, *S. Joannis Chrysostomi Oratio de Patientiâ, & de mortuis non tàm vehementer deflendis, præcipuè si infantes sint & impolluti.* Ipsa tituli græci verba cum principio Orationis sunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος περὶ ὑπομονῆς καὶ εὐχαριστίας, καὶ μὴ θρηνεῖν σφοδρῶς τοὺς τελευτῶντας, καὶ μάλιστα ὅπου δ' ἂν νήπιοι καὶ ἄφθοροι τὸν βίον κατέλιπον. Φέρε σήμερον μάλιστα τῶν προτέρων ἡμερῶν &c. Vide Operum *S. Joannis Chrysostomi* editionem græcam Savibianam Tom. VI pag. 943, & Librum quartum horum Commentariorum pag. 102.

Secundò, & quidem à fol. 16 pag. 2 usque ad fol. 20 pag. 2, *S. Alexandri Eremitæ Narratio de ministerio Angelorum circa exitum animarum è corporibus*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀσκητοῦ λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς. Ποτὲ διοδευόντων ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἴδον δύο Ἀγγέλους συνακολουθοῦντας τῷ Ἀββᾷ Μακαρίῳ, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 20 pag. 2 usque ad fol. 28 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi Parabola de Serpente & Vitâ humanâ*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος περὶ τοῦ ὄφεως. Ὡμοιώθη γὰρ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, οἰκήσαντι ἐν αὐλῇ μετὰ τῆς ἰδίας γυναικὸς καὶ μονογενοῦς τέκνου, καὶ ἑνὸς δούλου καὶ ἵππου πολυειδοῦς καὶ πολυτίμου. Ὑπῆρχε δὲ ἐν αὐτῇ τῇ αὐλῇ ὄφις θανατοφόρος &c.

Quartò,

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

(2) *Diversi nempe sunt hi Codices manuscripti ab alteris illis A. 1672 emptis; quorum Libri* quarti *horũ Commentariorum pag. 326, & Libri quinti pag. 295, 296, 297, 298, 413, 414, 415, 416 & 417 facta est mentio.*

Quartò, & quidem à fol. 28 pag. 2 uſque ad fol. 33 pag. 2, *S. Antiochi, Monachi Palæſtini Lauræ S. Sabæ Abbatis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſeptimo* ſub *Imp. Heraclio* floruit, *Narratio Vitæ S. Euphroſyni, coqui cœnobialis ſynchroni*, cujus titulus & principium: Βίος τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Εὐφροσύνου τοῦ μαγείρου. Οὗτος ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Εὐφρόσυνος ἐν κώμῃ τινὶ γεννηθεὶς παρὰ πιστῶν γονέων &c. Plura de hâc Narratione vide Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 138 & 139.

Quintò, & quidem à fol. 34 pag. 1 uſque ad fol. 57 pag. 1, anonymi cujuſdam Autoris Liber, *Teſtamentum Abrahami Patriarchæ* inſcriptus, quo continetur fabuloſa Narratio græco-barbara de ipſius vitâ & morte. Ipſa tituli græci verba cum principio Narrationis ſunt hæc: Ἡ ΔΙΑΘΗΚΗ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ δικαίου ἈΒΡΑΑΜ. διαλύει δὲ καὶ τὸν τοῦ θανάτου πόρον, τὸ πῶς δὴ ἕκαστος τελευτᾷ ἄνθρωπος. Ἔζησεν Ἀβραὰμ τὸ μέτρον τῆς ζωῆς αὐτοῦ, ἔτη (1) ἑκατὸν ἑβδομήκοντα πέντε, ζήσας ἐν ἡσυχείᾳ καὶ πρᾳότητι καὶ δικαιοσύνῃ· πάνυ δὲ ὑπῆρχε ὁ δίκαιος φιλόξενος. Πήξας γὰρ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐν τετραόδῳ (2) τῆς δρυὸς τῆς μαμβρῆ, ἐκεῖσε πάντας ὑπεδέχετο, πλουσίους καὶ πένητας, &c. Videtur autem *Narratio* hæc deſumpta eſſe ex ſuppoſititio illo ab Hæreticis *Sethianis* compoſito Libro *Apocalypſeos*, vel potiùs Ἀναλήψεως ſive *Aſſumptionis Abrahami*, cujus meminerunt *S. Epiphanius* in Libro primo Panarij ſive Operis adverſus Hæreſes, *S. Athanaſius* Archiepiſcopus Alexandrinus in Synopſi Sacræ Scripturæ, & *Origenes* in Homiliâ trigeſimâ quintâ in S. Lucam his verbis: *Legimus (ſi tamen cui placet hujuſcemodi Scripturam recipere) juſtitiæ & iniquitatis Angelos ſuper Abrahæ ſalute & interitu diſceptantes, dum utraque turma ſuo eum volunt cœtui vendicare.* Plura etiam de eodem Libro vide in Prodromo meo Hiſtoriæ Literariæ, Lib. 1 cap. 6, § 4, ubi ex profeſſo agitur de ſuppoſititijs *Patriarchæ Abrahami* Scriptis *Theologicis, Oneirocriticis, Magicis* & *Cabaliſticis*.

(1) Geneſ. cap. 25 verſ. 7.

(2) Geneſ. cap. 13 verſ. 18 & cap. 18 verſ. 1. In ipſo autem hoc Codice MSto corruptè legitur τῆ δριοῖς τοῖς μαυρίοις.

Sextò, & quidem à fol. 57 pag. 1 uſque ad fol. 66 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Sermo de Oratione & Jejunio, ut & de non jurando, atque de Eleemoſynâ & converſione.* Ipſa tituli græci verba cum principio Sermonis ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου Λόγος περὶ εὐχῆς καὶ νηστείας, καὶ κατὰ τῶν ὀμνυόντων, καὶ περὶ ἐλεημοσύνης, καὶ ἐπιστροφῆς. Δεῦτε πάντες ἀδελφοὶ, γνωρίσωμεν τὸν ποιήσαντα ἡμᾶς &c.

Septimò,

Septimò, & quidem à fol. 66 pag. 2 uſque ad fol. 71 pag. 2, *Vita S. Mariæ*, quæ in virili Cœnobio ſub habitu virili & ſub nomine *Marini* ſanctiſſimè vixit, nec niſi poſt obitum fœmina deprehenſa eſt, à *Symeone Metaphraſte* compoſita; cujus titulus & principium: Βίος καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας Μαρίας, τῆς μετονομασθείσης Μαρίνου. Γέγονέ τις ἐν Βιθυνίᾳ διάγων ὀνόματι Εὐγένιος. οὗτος εἶχε γυναῖκα, ἥτις ἐγέννησε θυγάτριον μονογενῆ, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτῆς Μαρίαν &c. Eadem hæc Vita exſtat *latinè* apud R. P. *Laurentium Surium* Carthuſianum Tomo primo de probatis Sanctorum Hiſtorijs, ſub die octavo Februarij, & inſcribitur ibi atque incipit hoc modo: *Vita B. Eugenij & Mariæ ejus filiæ, autore SYMEONE METAPHRASTE. In illo tempore erat Vir quidam in Bithyniâ, nomine Eugenius. Is habebat uxorem valdè honeſtam & Deum timentem, quæ peperit filiam unicam, & vocavit nomen ejus Mariam.* &c. Ejuſdem *Mariæ* memoria colitur in Menæis Græcorum die duodecimo Februarij. Vide etiam R. P. *Heriberti Roſweydi* S. I. Syntagma de Vitis Patrum pag. 393 & 394, ubi exſtat ejuſdem *Mariæ* Vita, *latinè* ab antiquo Autore incerto compoſita, ſeu potiùs è cõtextu græco abbreviatè & interpolatè tranſlata, cujus titulus & principium: *Vita S.* (1) *MARINÆ Virginis Auctore incerto. Erat quidam ſecularis, habens unicam filiam parvulam. Ipſe converti cupiens* &c.

(1) *Ita ibi perperàm legitur pro* MARIÆ.

Octavò, & quidem à fol. 71 pag. 2 uſque ad fol. 82 pag. 1, anonymi cujuſdam Autoris *Orationes duodecim pro infirmis*, quarum prima inſcribitur atque incipit his verbis: Εὐχαὶ λεγόμεναι ἐπὶ ἀσθενεῖς. Εὐχὴ α΄. Πάτερ ἅγιε, ἰατρὲ ψυχῶν καὶ σωμάτων, ὁ πέμψας τὸν μονογενῆ Υἱὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πᾶσαν νόσον ἰώμενον &c. Poteſt igitur hiſce Orationibus augeri *Euchologium Græcorum* à R. P. *Jacobo Goar* O. P. Lutetiæ Pariſiorum A. 1647 græcè & latinè in folio editum; utpote in quo pag. 690 & 691 ex illis tantùm exſtant *tres*, reliquæ autem *novem* deſunt.

Nonò, & quidem à fol. 82 pag. 1 uſque ad fol. 93 pag. 2, *Sanctiſſimæ Virginis Deiparæ Mariæ ſuppoſititia Apocalypſis de Pœnis inferorum*, cujus titulus & principium: Ἀποκάλυψις τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου περὶ τῶν κολάσεων καὶ πῶς οἱ ἁμαρτωλοὶ κολάζονται, καὶ περὶ μετανοίας. Ἔμελλεν ἡ παναγία Θεοτόκος προσεύξασθαι ἰδεῖν τὰς κολάσεις, καὶ ἦλθεν ἐν τῷ ὄρει τῶν ἐλαιῶν &c.

Decimò, & quidem à fol. 93 pag. 2 uſque ad fol. 103 pag. 1, *Vita S. Alexij*, ab anonymo quodam Autore compoſita, cujus titulus &

principium: Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ Ἀλεξίου. Ἐγένετό τις ἀνὴρ εὐσεβὴς ἐν τῇ πόλει, ὀνόματι Εὐφημιανὸς, πατὴρ γενόμενος Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου τῶν θειοτάτων Βασιλέων, μέγας γενόμενος τῆς συγκλήτου. Ὑπῆρχον δὲ αὐτῷ τρισχίλιοι παῖδες χρυσόζωνοι καὶ σηρικοφόροι. Οὐκ ἦν δὲ αὐτῷ τέκνον, &c. Eadem Vita exſtat apud *Surium* Tomo quarto de probatis Sanctorum Hiſtorijs, ſub die decimo ſeptimo Julij, ſed tantùm *latinè*, & multis locis minùs accuratè, inſcribitúrque ibi atque incipit his verbis: *Sancti Alexij, Viri Dei, Vita ex Symeone Metaphraſte. Fuit Vir pius Romæ, nomine Euphemianus, Divis Arcadio & Honorio Imperatoribus, Senator magnus; cui tria erant ſervorum millia, qui zonis aureis & veſtimentis ſericis induebantur. Nullos autem ſuſceperat filios*, &c. Vbi primò notandum eſt, Vitam hanc perperàm ibi attribui *Symeoni Metaphraſtæ*; quippe cujus *Hiſtoria Vitæ S. Alexij* ab hâc anonymi Autoris Narratione diverſa eſt, incipitque hoc modo: Ἔδει μὲν, ὦ ἱερωτάτη καὶ θεοσύλλεκτος ἄθροισις τῶν νῦν σήμερον ἐφημερευόντων &c. Quâ de re vide Librum *quartum* horum Commentariorum in recenſione Codicis CLIIItij, cui ea à fol. 381 pag. 2 uſque ad fol. 394 pag. 1 inſerta eſt. Ibidem quoque in margine annotavi, ejuſdem *S. Alexij* memoriam in Menologio & Menæis Græcorum celebrari d. 17 Martij. Notandum ſecundò eſt, verba illa græca, πατὴρ γενόμενος Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου τῶν θειοτάτων Βασιλέων καὶ μέγας γενόμενος τῆς Συγκλήτου, à *Surio* imperfectè & nimis generaliter verſa eſſe, *Divis Arcadio & Honorio Imperatoribus, Senator magnus*, cùm verti debuiſſent hoc modo: *Fuit Vir pius Romæ, nomine Euphemianus, qui & à Divis Imperatoribus Honorio & Arcadio parentis loco habitus eſt, & in Senatu maximam autoritatem obtinuit*; &c. Notandum tertiò eſt, circa finem ejuſdem Narrationis, ubi apud *Surium* legitur: *Et confeſtim chartam ipſis tradidit, quam AETIO ſacroſanctæ Eccleſiæ CANCELLARIO legendam dederunt*; in ipſo Codicis *Cæſarei* contextu *græco* ſcriptum eſſe; Τότε ἀπέδωκεν αὐτοῖς τὸν χάρτην· ἐπέδωκαν δὲ αὐτοὶ Αὐγουστίνῳ Χαρτουλαρίῳ τῆς Ἐκκλησίας, &c. Hoc eſt: *Tunc tradidit ijs chartam; hi autem tradiderunt eandem AVGVSTINO Chartulario Eccleſiæ*, &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 103 pag. 1 uſque ad fol. 112 pag. 2, *S. Baſilij Magni, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi, variæ Interrogationes & Reſponſiones Sacræ*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Πρώτη Ἐρώτησις τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Βασιλείου. Πότε

ἔπλασεν

ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, ποίῳ μηνὸς, καὶ εἰς τὰς πόσας; Ἀπόκρισις. Μηνὶ δεκεμβρίῳ κέ &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 113 pag. 1 usque ad fol. 127 pag. 2, anonymi cujus Autoris *Canones pœnitentiales*, quorum principium: Ὁ ἐμπίπτων εἰς μαλακίαν, ἀκοινώνητος ἔσω ἡμέρας μ', &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 127 pag. 2 usque ad fol. 134 pag. 1, *Timothei Patriarchæ Alexandrini*, qui Concilio Occumenico secundo, Constantinopolitano autem primo, A. C. 381 interfuit, & A. 385 obijt, *Responsa Canonica ad varias Quæstiones ab Episcopis & Clericis propositas*; quorum titulus & principium: Ἀποκρίσεις κανονικαὶ ΤΙΜΟΘΕΟΥ τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, ἑνὸς τῶν ρν' ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει, πρὸς τὰς ἐνεχθείσας αὐτῷ ἐπερωτήσεις παρά τινων Ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν. Ἐρώτησις α'. Ἐὰν παιδίον κατηχούμενον &c. Exstant hæ *Interrogationes & Responsiones*, cum adjunctâ *Theodori Balsamonis*, Patriarchæ Antiocheni, Explicatione, in Operum *Theodori Balsamonis* editione græco-latinâ Parisiensi A. 1620 in folio, à pag. 1059 usque ad pag. 1067.

Decimo quartò, & quidem à fol. 134 pag. 1 usq; ad fol. 137 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Collectio Doctrinæ Sanctorum veterum Patrum de Confessione sacrâ*, cujus titulus & principium: Διδασκαλία τῶν ἁγίων Πατέρων περὶ ἐξαγορεύσεως. Λέγει ὁ μεγαλοφωνότατος Ἡσαΐας· εἰπὲ πρῶτον τὰς ἁμαρτίας σου, ἵνα δικαιωθῇς καὶ &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 138 pag. 1 usq; ad fol. 148 pag. 2. *S. Anastasij Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni, Quæstiones & Responsiones quædam sacræ*, quorum in præcedentibus horum Commentariorum Libris jam sæpiùs facta est mentio.

Decimo sextò, & quidem à fol. 148 pag. 2 usq; ad fol. 151 pag. 1, *S. Gregorij, Episcopi Nysseni, Fragmentum de Sanctissimâ Trinitate*, cujus titulus & principium: Γρηγορίου Νύσσης περὶ Τριάδος, ὅτι ὁμοούσιος καὶ τρεῖς ὑποστάσεις μία Θεότης. Ἐκ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐπιγνῶναι καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ τῶν &c.

ADDITAMENTVM VII,

pertinens ad Libri *sexti* paginam *centesimam vigesimam quintam*, ubi agitur de *Constantino* cognomine *Africano* & *Rhegino*.

NE quis miretur, celeberrimum Medicum *Constantinum*, patriâ *Africanum*, propter commorationem suam in Calabriæ Ulterioris sive

ris ſive Inferioris Metropoli *Rhegio* etiam cognominari *Rheginum*, conſulat quæſo Librum *tertium* horum Commentariorum pag. 210, ubi agitur de *Andreâ Archiepiſcopo Cretenſi*, qui patriâ quidem fuit *Damaſcenus*, cognominatus autem eſt *Hieroſolymitanus* ob monaſticam vitam *Hieroſolymis* initam; & Librum *quintum* pag. 259, ubi agitur de *Georgio Chumno*, qui patriâ quidem fuit *Chandacenſis* ex Inſula *Cretâ*, cognominatus autem eſt *Byzantinus* ob commorationem præcipuam in Vrbe *Conſtantinopolitanâ*; ut & pag. 220, ubi agitur de *Claudio Ptolemæo*, qui patriâ quidem fuit *Peluſiota*, cognominatus autem eſt *Alexandrinus* propter Obſervationes factas *Alexandriæ*. Hæc enim tria ejus generis exempla loco complurium aliorum, quæ paſſim alibi occurrunt, in præſens ſufficere exiſtimo.

ADDITAMENTVM VIII,

pertinens ad Libri *ſexti* paginam *centeſimam quadrageſimam tertiam*, ubi fit mentio *pervetuſti Codicis manuſcripti Arabici de Viperis & de Theriacâ Andromachi Senioris*, qui adſervatur in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ.

VT, quantum ſine coloribus fieri poteſt, quadamtenùs appareat, quales ſint antiquæ illæ *barbaricæ Imagines*, quibus *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ pervetuſtus Codex manuſcriptus Arabicus de Viperis & de Theriacâ Andromachi Senioris* paſſim exornatus eſt, exhibeo hîc *duas* earum æri inciſas, & literis A & B notatas; quarum prima ſpectatu digna præcipuè eſt propter *Baſiliſcum*, qui ibi repræſentatur tanquam *avis erecto corpore incedens*, cujus *caput* eſt cæruleum & triplici apice inaurato ornatum; *roſtrum* album & rubrum; *collum* unà cum *pectore* cæruleum; *ventris ſuperior pars* alba, *inferior* rubicunda; *crura* itidem rubicunda; *pedes* nigri; *alæ* albæ & cæruleæ; *cauda* demùm, æquè ac *dorſum*, inaurata, & nigris lineolis variegata. Quamobrem & *Galenus* in Libro de Theriacâ ad Piſonem, cap. 6, *Baſiliſcum* ait eſſe *θηρίον ὑπόξανθον καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς ὑπεροχὰς ἔχον*, hoc eſt, *beſtiam ſubflavam, & in capite tres eminentias ſeu apices habentem*. Hæc igitur pictura conferenda eſt cum alijs ejuſdem animalis imaginibus; & præſertim cum illâ, quæ Libri tertij Ephemeridum Medico-Phyſicarum Germanicarum Obſervationi centeſimæ vigeſimæ octavæ à doctiſſimo *Georgio Wolfgango Wedelio*, Ducali Saxo-Gothano Medico, inſerta eſt, &, ut conferendi causâ ſtatim ad manum ſit, etiam hîc exhibetur in peculiari Tabulâ, notatâ literâ C. Vide quoque ſuprà eandem Libri hujus *ſexti* Appendicem pag. 302, ubi *Baſiliſcus*

ſcus repræſentatur tanquam *Serpens*, *diademate albo rotundo inſignitus*. Notabilis porrò in eâdem antiquâ Picturâ *Arabicâ* etiam eſt *Ciconia*, utpote quæ ibi haud temerè collocata eſt, ſed quia bellum aſſiduè gerit cum *Serpentibus*. Eſt autem ea ibi picta *cærulea*, excepto quòd *roſtrum*, *crura* & *pedes* rubent.

ADDITAMENTVM IX,

pertinens ad Libri *ſexti* paginam *centeſimam ſexageſimam ſextam*, ubi fit mentio *Melomantiæ*, quæ eſt *Divinatio ex motu membrorum humani corporis.*

M*Elomantia* ſive *Divinatio ex motu membrorum corporis humani vocatur* aliis Μαντεία παλμικὴ ſive *Divinatio palmica*, quia παλμὸς *tremorem*, *commotionem*, *ſaliſſationem* & *palpitationem* ſignificat. Hujuſmodi παλμὸς eſt *ſaliſſatio oculi dextri* apud (1) *Theocritum* in Idyllio tertio:

> Ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός ἆρα γ' ἰδήσω
> Αὐτάν;
> *Salit oculus mihi dexter: numquid videbo*
> *Ipſam* (ſcil. Amaryllida)?

Item *ſaliſſatio ſupercilij* apud *Plautum* Pſeudol. Act. 1 Scen. 1:

> *Spero, alicunde hodiè me bonâ operâ, aut hâc meâ*
> *Tibi inventurum eſſe auxilium argentarium,*
> *Atque id futurum unde unde dicam, neſcio;*
> *Niſi quia futurum; ita SVPERCILIVM SALIT.*

Hinc Παλμοσκόποι ſive *Palmoſcopi* græcè appellantur, qui ex palpitatione alicujus membri aliquid divinant ſeu vaticinantur. Iidem latinè vocantur *Saliſſatores*, ut teſtatur *Iſidorus Hiſpalenſis* Originum lib. 8 cap. 9 his verbis: *SALISSATORES vocati ſunt, quia, dum eis membrorum quæque partes ſalierint, aliquid ſibi exinde proſperum ſeu triſte ſignificari prædicunt. Suidas* vocat hanc Divinationem Παλμικὸν οἰώνισμα, & *Poſidonium* refert de eâ ſcripſiſſe, ita ut exponeret, quid ſubitus cujuſque membri motus ſignificaret. Ipſa ejus verba ſunt hæc: Παλμικὸν οἰώνισμα, ὅπερ Ποσειδώνιος συνεγράψατο βιβλίον, ἐὰν πάλλῃ ὁ δεξιὸς ὀφθαλμὸς, τόδε σημαίνει. Exſtat quoque etiam nunc *Melampodis Hierogrammatei* περὶ παλμῶν μαντικὴ πρὸς Πτολεμαῖον, ſive, *Divinatio Palmica ad Ptolemæum*; quam *Magnus Auguſtinus Niphus Medices* Libro ſuo primo de Augurijs inſeruit. Contra Divinationem autem hanc exſtat inſignis & lectu digniſſimus

(1) *Videlicet* Iſ. Caſauboni & Joan. Meurſij *Notas; atque inſuper conſule* Ger. Joan. Voſſium *Libri ſingularis de Philoſophiâ capite* 22, *quod inſcribitur de Divinatione.*

 locus

locus apud *S. Justinum Martyrem* in Responsione ad Quæstionem XIX nam ad Orthodoxos his verbis: Ὁ παλμὸς, πάθος ἐστὶ σωματικὸν ἐκ τῆς διαδρομῆς τοῦ φυσικοῦ πνεύματος ἐν τῷ σώματι ὑφισαμένου πάντων τῶν ζώων· διὸ ἀνάξιον ἔκρινον οἱ ἅγιοι εἶναι κριτήριον τῶν μελλόντων τὸ τοιοῦτο σωματικὸν κίνημα. καὶ καθάπερ οἱ πταρμοὶ ῥινῶν &c. Hoc est, *Federico Morello* interprete: *Palpitatio sive subsultatio est corporis passio, quæ in eo, ex discursu spiritûs naturalis, in animantibus omnibus existit; quocirca indignum duxerunt sancti homines, ut futurorum index aut arbiter esset hujusmodi in corpore motus. Et quemadmodum sternutamenta narium* &c.

ADDITAMENTVM X,

pertinens ad Appendicis Libri *sexti* paginam *ducentesimam quinquagesimam sextam*, ubi fit mentio duarum celeberrimarum *Bithyniæ* Vrbium *Nicææ* & *Nicomediæ*.

QUoniam suprà paginâ 256 duarum celeberrimarum *Bithyniæ* Vrbium *Nicææ* & *Nicomediæ* non solùm obiter facta est mentio, verùm etiam *utriusque Tabula topographica* ibidem inserta est; haud injucundum curioso Lectori fore arbitror, si, quid Vir nobilissimus pariter ac doctissimus, Dn. *Augerius Busbeckius*, de iisdem Vrbibus in primâ Legationis suæ Turcicæ Epistolâ tanquam oculatus testis referat, hîc addidero. Ipsa igitur ejus verba sunt hæc: *Constantinopolitanum quidem iter jam plerisque est usurpatum; Amasianum hactenùs, quod sciam, nostrûm nulli. Ex Cartali venimus Gebise, Bithyniæ Oppidum; quod olim Libyssam fuisse putant, Hannibalis sepulcro celebrem. Inde jucundissimus patet in* (1) *Mare* (2) *Sinúmque Nicomediensem prospectus; ubi etiam admirandæ proceritatis & crassitiei cupressi visuntur. Quartâ, postquam Constantinopoli discesseramus, mansione, venimus NICOMEDIAM, vetus & famâ clarum Oppidum; in quo nihil vidimus spectatu dignum præter parietinas & rudera, hoc est, epistyliorum & columnarum fragmenta, sola ex veteri splendore reliqua. Arx est integrior in colle sita. Paulo antè, quàm eò veniremus, longus ex candido marmore murus sub terrâ fodientibus detectus fuerat; pars, ut opinor, antiquæ Regum Bithyniæ domûs. Nicomediâ, transmisso montis Olympi jugo, in pagum Kasockli venimus; ex hoc NICÆAM, sed seriùs, cœptâ jam primâ vigiliâ. Ibi sequenti die mansimus. Puto me eâdem in Aulâ quievisse, in quâ olim habitum fuit* (3) *CONCILIVM NICÆNVM. Jacet NICÆA in ripâ LACVS ASCANII. Oppidi ejus mœnia &* porta

(1) *Nempe* in Pontum Euxinum, *vulgò nunc dictū* Mare nigrū & Mare majus.

(2) *Is pars est* Propontidis, & *alidis etiam appellatur* Sinus Astacenus.

(3) *Nempe* Oecumenicū *sive* Generale primum *trecentorū octodecim* Patrum *A.* C. 325.

porta satis integra sunt: Quatuor sunt omninò, quæ ex medio foro despici possunt; in quarum singulis veteres sunt Inscriptiones latinæ, quæ ab Antonino, quo non memini, sed certè ab Antonino Imperatore, Urbem eam instauratam testantur. Ejusdem quoque exstant Thermarum reliquiæ; è quibus dum Turcæ lapidem eruerent, struendis Constantinopoli publicis ædificiis, cùm adessemus, statuam invenerant egregiam pænèque integram armati militis, sed eam mox malleorum ictibus deformârunt; quod cùm ægrè nos ferre ostenderemus, deridiculo habebamur, rogitantibus operis, num eam venerari & adorare, ut noster esset mos, vellemus? Hæc de *Nicomediâ* & *Nicæâ Busbeckius*.

ADDITAMENTUM XI,

continens *Partis secundæ Libri sexti Coronidem Medico-Physicam*.

APpendicem hanc clausurus, exhibeo hîc coronidis loco secundùm veram magnitudinem suam & duplicem formam, literis A & B notatam, *Dentem molarem, viginti octo uncias* sive *libras duas minus quatuor unciis* pendentem; de quo cùm mihi prorsùs incompertum sit, unde quando & quomodo is in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream* pervenerit, hoc tantùm sine ullâ asseveratione simpliciter refero, eum antiquâ & vulgari famâ pro *dente alicujus Gigantis* haberi. Secundùm hanc igitur communem & inveteratam opinionem est is ex genere illorum *dentium giganteorum*, quorum veritatem & genuinitatem oculatus testis *S. Augustinus*, Episcopus Hipponensis, Libri 15 de Civitate Dei capite nono asserit atque tuetur his verbis: *Quamobrem nullus prudens rerum existimator dubitaverit, Cain non solùm aliquam, verùm etiam magnam potuisse condere Civitatem, quando in tàm longum tempus protendebatur vita mortalium, nisi fortè infidelium quispiam ex ipsâ numerositate annorum nobis ingerat quæstionem, quâ vixisse tunc homines, scriptum est in Autoribus nostris, & hoc neget esse credendum. Ita quippe non credunt etiam magnitudines corporum longè ampliores tunc fuisse quàm nunc sunt. Unde & nobilissimus eorum Poëta Virgilius de ingenti lapide, quem in agrorum limite infixum, vir fortissimus illorum temporum pugnans, & rapuit, & cucurrit, & intorsit, & immisit:*

Vix illud, inquit, lecti bis sex cervice subirent
Qualia nunc hominum producit corpora tellus;

significans majora tunc corpora producere solere tellurem. Quanto magis igitur temporibus recentioribus Mundi, ante illud nobile diffamatumque

túmque diluvium. Sed de corporum magnitudine plerumque incredulos nudata per vetustatem, sive per vim fluminum varióſque casus, ſepulcra convincunt, ubi apparuerunt, vel unde ceciderunt incredibilis magnitudinis oſſa mortuorum. Vidi ipſe non ſolus, ſed aliquot mecum in Vticenſi littore MOLAREM HOMINIS DENTEM tàm ingentem, ut ſi in noſtrorum dentium modulos minutatim concideretur, (1) *CENTVM nobis videretur facere potuiſſe. Sed illum GIGANTIS alicujus fuiſſe crediderim. Nam præter quòd erant omnium multo majora, quàm noſtra, tunc corpora, Gigantes longè cæteris anteibant; ſicut alijs deinde noſtriſque temporibus rari quidem, ſed nunquam fermè defuerunt, qui modum aliorum plurimùm excederent. Plinius Secundus, doctiſſimus homo, quanto magis magiſque præterit ſeculi excurſus, minora corpora naturam ferre teſtatur. Quod etiam Homerum commemorat ſæpè carmine fuiſſe conqueſtum: non hæc velut poetica figmenta deridens, ſed in hiſtoricam fidem tanquam miraculorum naturalium Scriptor aſſumens. Verùm, ut dixi, antiquorum magnitudines corporum inventa plerumque oſſa, quoniam diuturna ſunt, etiam multò poſterioribus ſeculis produnt.* Hucuſque *S. Auguſtinus.* Quem illius locum *Joannes Ludovicus Vives Hiſpalenſis* uberioris confirmationis causâ hoc illuſtrat Scholio: *Feſto Divi Chriſtophori cùm ſalutatum iſſemus illum* (ſcil. S. Chriſtophorum) *ad maximum Vrbis noſtræ templum, oſtenſus eſt nobis DENS MOLARIS PVGNO MAJOR, quem dicebant eſſe illius.* Plura de Gigantum dentibus alijſque eorundem reliquijs, varijs temporibus ac locis fortuitò repertis, vide apud *Joannem Caſſanionem* Monoſtrolienſem toto Libro ſingulari de Gigantibus, apud *Joannem Goropium Becanum* Originum Antvverpianarum libro ſecundo, qui inſcribitur *Gigantomachia*; apud *Joannem Boccatium* Genealogiæ Deorum gentilium lib. 4 cap. 68; apud *Hieronymum Magium* lib. 1 Miſcellaneorum cap. 4; apud *Simonem Majolum* Dierum Canicularium Colloquio ſecundo de Homine; & apud complures alios antiquos & novos Autores, quos omnes ſingulatim recenſere, nimis longum foret: præcipuè autem apud R. P. *Athanaſium Kircherum* S. I. Mundi Subterranei Lib. 8, Sect. 2, cap. 4, § 1 *de Oſſibus Gigantum ſubterraneis*, ubi in peculiari quâdam Tabulâ exhibet *Goliathum*, qui fuit altus cubitos

(1) F. Leonardi Coquæi *Scholion ad hunc S. Auguſtini locum eſt tale:* Hieronymus Magius lib. 1 Miſcellaneor. cap. 4 exiſtimat, formæ ſimilitudine S. Auguſtinum fuiſſe deceptum; non enim centuplo corporibus noſtris majora fuiſſe Gigantum corpora exiſtimādum, quòd ex dente illo argueretur, ſed molarem illum Elephanti aut marinæ belluæ fuiſſe: ſed puto, facilè potuiſſe diſcernere S. Auguſtinum, an dens ille molaris hominis eſſet, vel Elephanti aut belluæ marinæ, nec nobis imponere voluiſſe, maximè cùm legamus, exploratores terræ Canaan retuliſſe, ſe vidiſſe filios Enakim, quibus comparati quaſi locuſtæ videbantur. Nec erit abſurdum, ſi D. Auguſtinum hyperbole quâdam uſum dicamus, quâ voluerit exprimere, in quantam molem aliqui homines ſuprà cæteros excreverint.

cubitos 6½ sive pedes 13, *Gigantem Helvetum*, qui fuit altus cubitos 9 sive pedes 18, *Gigantem Mauritaniæ*, qui fuit altus cubitos 60 sive pedes 120, ac deniq; *Gigantem* in *Erice* monte apud *Drepanum* Siciliæ Vrbem repertum, qui altus fuisse traditur cubitos 200 sive pedes 400, eosq;, ut & nonnullos alios Gigantes ibi recensitos, tùm inter se, tùm cum hominibus ordinarijs proportionali ratiocinio comparat. Huc quoq; pertinet *Dens* ille *viginti trium unciarum*, itidem pro *giganteo* habitus, qui A. C. 1644 *Crembsæ* in Austriâ Inferiore inter muniendum sub terrâ inventus est, & in peculiari Tabulâ, è regione hìc appositâ, æri incisus exhibetur, quemadmodum ad vivum depictus exstat in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ*. Cùm hactenùs igitur indicaverim, quænam de suprà exhibito *Dente*, qui in jam memoratâ *Augustissimâ Bibliothecâ* adservatur, vetus sit traditio & popularis persuasio, superest, ut porrò *tres* etiam alias de eodem *Dente* diversas opiniones recenseam. Harum *prima* est eorum, qui *Dentem* hunc existimant merum esse lapidem, & purum naturæ mineralis opus subterraneum; cujusmodi *dentes fossiles* copiosè reperiuntur in diversis *Siciliæ* antris, de quibus suprà laudatus R. P. *Kircherus* in Mundo Subterraneo pag. 58, 59, 60, 61 & 62 prolixè accuratéque agit, & quidem, quantum ad rem præsentem maximè pertinet, his verbis: *Accidit* (1) *eodem tempore, ut Panormi cum Illustrissimo Marchione Carolo de Vintimiglia, Viro eruditissimo, nec non exactissimo Siciliæ Historico, de hujusmodi Gigantum ossibus magnâ animi mei voluptate conferrem, cúmque ei nonnullos dentes, quos pro Gigantum dentibus mihi nonnulli Antiquarij donaverant, ostendissem, subrisit is modestè, dicens: Putásne Pater mi, hosce Gigantis dentes esse? Ego subnectens, tantam me fidem ijs habere, quantum amica eorum, qui eos donaverant, fides merebatur, respondi. Is verò subdens: Crastinâ die, ait, denuò me convenias, & ego tibi monstrabo, cujusnam hi dentes sint. Dictum factum. Vti receperam, postero die Virum humanissimum conveni, qui dixit: Ascendamus rhedam. Quo facto, me duxit ad locum, tribus ferè passuum millibus Panormo dissitum, quod Mare dulce vocant. Erat ibidem ingens montis promontorium, & è regione foramen prægrande, per quod in obscura immensi specûs latibula patebat aditus. Descendamus, inquit: jam monstrabo tibi mi Pater, quantum natura in similibus humani corporis membris effingendis possit; accensisque tædis, famulis praeeuntibus, ingressi sumus longissimi tractûs antrum, &, cùm jam aliquantulùm intima penetrassemus, ostendit mihi in sinistro antri pariete longè latéque exporrectum mirum naturæ opus. Pariter dentes*

(1) Nempe A. C. 1637.

referebat parvos, mediocres, maximos & excessivæ magnitudinis, eâ serie, quâ natura maxillis animalium inserere solet, infixos, tantâ copiâ, ut centum carros inde onerari posse facilè crediderim, tantâ naturalium dentium similitudine, ut vix hos ab illis distinguere potueris; suprà quidem candorem pellustrem, inferiùs verò radices monstrabant acutas, omnes tamen in lapidem solidum conversas. Tùm ecce ad me Vir Illustrissimus: Hi sunt dentes, quos nonnulli impostores hinc exemptos pro Gigantum aut Elephantorum dentibus (erant enim aliqui excessivæ, ut dixi, magnitudinis) imperitæ plebi vendunt. Ego verò non exiguam eorum mihi copiam comparavi, quorum partem in Musæo in hunc usque diem reservo, partem literatis Viris ad imposturam monstrandam dono dedi. Sed non stetit hîc mira Naturæ industria; ulteriùs progressi, in subterranei cuniculi parietibus, nescio quæ humanorum membrorum lineamenta intuiti sumus: nunc enim tibiarum protuberabant formæ, modò vertebrarum genuúmque vestigia; nullo tamen ordinis nexu spectabantur. Videbantur quoque nonnulli tumores argillacei ingentes; qui excisi, ex unâ parte os genuum, ex alterâ concavitatem relinquebant, calvariæ haud absimilem: nihil tamen inter omnia osseæ substantiæ vestigia organizatum, uti sunt caput, manus pedésque, reperiebatur; unde luculenter admirabilem Naturæ in ossibus, aut ossibus similibus saxis formandis industriam primò cognovi. Hæc ibi R. P. *Kircherus;* qui tandem totam illam Dissertationem claudit his verbis: *Habes hîc duos modos, quibus Natura in hujusmodi ossibus formandis utitur: unum nempe, intra montium hiatus, pro dispositione concavitatis, intra quam marga gypsea salenitroso liquore superaffusa, & in lapidem conversa, tales efformat figuras, quas matrix exhibet; alterum, per argillosæ materiæ, gypso & nitro mixtæ, devolutionem ex montibus factam, uti dictum est. DENTES verò FOSSILES, quos in antro Panormitano curiosè me observâsse memini, hoc pacto à Naturâ formantur. Parietes antri cùm non adeò duro lapide constent, sed arenoso potiùs, seu calcario aut gypseo, & rimis ob humidi abundantiam obnoxij sint, uti striæ nitrosæ satis monstrant, hinc fit, ut salenitrosus seu vitricus humor subtilitate suâ mollem lapidis substantiam usque ad extimam superficiem pervadat; ubi cùm, quò defluat, non habeat, ibidem fixus, in lævem, candidam, osseámque materiam, dentibus haud absimilem, induretur: qui quidem dentes juxta rimosam parietum dispositionem, singuli à singulis separati, & veluti intra maxillam infixi, veras dentium maxillas propè mentiuntur, diversissimæ magnitudinis, ita ut nonnulli Gigantum dentes non immeritò videri possint, & tantâ multitudine,*

tudine, ut Dentium Minera meritò dici queat. Rogatos autem velim omnes curiosioris ingenij Naturæ exploratores, ut dictum (1) *antrum adeant, ipsi singula examinent, & nihil aliud, quàm quod diximus, hosce reperturos, certò mihi persuadeo.*

Imago Dentis fossilis Antri Panormitani.

Hucusque R.P. *Athanasius Kircherus.* Ex hoc igitur *fossilium dentium* genere nonnulli existimant etiam illum esse *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ dentem*, de quo in præsens ex professo agitur. Alij autem eundem putant esse *dentem molarem* ingentis alicujus *Draconis* ex *Draconibus* illis (2) *Carpaticis*, de quorum *cavernis* & *sceletis* accuratè agit doctissimus *Joannes Patersonius*, Physicus Eperiensis, Libri tertij Ephemeridum Medico-Physicarum Germanicarum Observatione CXXXIXnâ & CXCIVtâ; ubi inter alia expresè refert, *dentes Draconum* ibi reperiri, *qui spithamam superent*, & speciminis loco *tres* ibi repræsentat *dentes molares*, quorum *maximus* est talis.

Alij denique eundem suprà exhibitum *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ dentem* arbitrantur esse *mandibulam Elephanti*, eámque opinionem Excellentissimus atque experientissimus S. CÆS. MAJESTATIS Archiater, Dn *Antonius de Pozzis*, confirmat & defendit hâc ad me scriptâ Epistolâ.

Perillustris & Clarissime Domine:

Posteriorem mandibulæ partem adnexos habere dentes in elephantis, puto esse extra controversiam, siquidem non prioribus duobus dentibus comedunt, sed posterioribus cibos conterunt; unde exsurgit distinctio inter dentes humanos & elephantorum. Nam ordinario naturæ

 cursu

(1) *Simile quid ipse A. 1657 meis oculis vidi & observavi in vastissimo & monstrosissimo Ducatûs Brunsvicensis Antro Baumannico, cujus Lib. 1 horũ Commentariorũ pag. 21 à me facta est mentio. Vide etiam* Martini Zeilleri *Topographiam Ducatuum Brunsvicensis & Luneburgensis pag. 31, 32 & 33.*

(2) *Ita nempe dicti à* Carpate *monte, in quo degũt. Is autem est Sarmatiæ Europææ mons, pro varietate locorũ & linguarum varia nomina sortitus, qui Moraviã, Poloniam Russiámque ab Hungariâ & Transylvaniâ separat. Græcè is appellatur ὁ Καρπάτης ὄρος, ut videre est in Geographia* Ptolemæi *optimâ editione Bertianâ lib. 3 cap. 5. Corrigendi igitur sunt, qui pro* Carpates *perperàm scribunt* Carpatus, *vel* Carpathus *per aspirationem, confundentes hâc ratione Κάρπαθον sive* Carpathum, *Maris mediterranei insulam inter* Rhodum *&* Cretam, *cum* Carpate, *monte Sarmatico.*

cursu in homine dentes à mandibulâ intercisi & separabiles existunt; quare non Gigantum mandibulam cum dentibus adhærentibus; sed elephanti mandibulam, cui dentes radicaliter inhærent, mihi persuadeo. Multo minùs judico fossilem esse materiam, sed ab elephanto ante mille annos circa(1)*Badensia confinia decisam; quod varia confirmare valent, ut superficies dentium ossea vel eburnea, conformatio indurata substantiæ diversa instrumenta offerens. Accedit quòd Badenæ femoris ossa atque tibiarum sint ante paucos annos reperta, non solùm mihi Viennæ tanquam falsa Unicornua & alexipharmaca à circulatore proposita, verùm etiam Gracij ante paucos annos tanquam fossilia commendata. Quòd si lapideam mentiatur naturam, hoc accidit à terra, cui sepeliuntur, occultis conatibus, quæ suo concentrato archeo semina extrahit lapidificationis atque indurat; cujus rei historiam nolo in medium adferre illi, qui Cæsaream Bibliothecam in corde & ore perpetuò in integrum conservat.*

Et hæc quidem de *Dente* illo sæpiùs jam memorato in præsens sufficiant. Cæterùm, quandoquidem nunc peropportunè mihi in mentem venit, *C. Plinium Seniorem* Historiæ Naturalis lib. 18 cap. 30 peculiariter agere *de ratione servandi frumenti*, & pro singulari diuturnitatis exemplo ex *Varrone* referre, *quòd triticum, cum suâ spicâ, ita ut nullus penetret spiritus, conditum, annis duret quinquaginta, milium verò centum*, facere non possum, quin obiter significem, adservari in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ capsulam rotundam, plenam frumento cum spicâ*, quod anno hoc millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto jam est *annorum trecentorum viginti novem*, & inde à *die vigesimo octavo Februarij* jam agit annum *trecentesimum trigesimum*. Cujus rei testandæ & ad perpetuam posteritatis memoriam propagandæ causâ, *operculo* istius *capsulæ* etiamnunc affixa est antiqua hæc publicæ autoritatis schedula germanica: *Anno 1551 den 28 Februarij zeigt Matthæus Ebner an, daz dieses Korn damals alt gewesen sey zwey hundert und sechs Jar.* Hoc est: *Anno 1551 die 28 Februarij indicavit Matthæus Ebner, frumentum hoc tunc temporis jam fuisse ducentorum & sex annorum.* Natum ergò est hoc frumentum anno Christi *millesimo trecentesimo quadragesimo quinto*; ubi autem & quam ob causam, priusquam in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream* pervênit, adeò studiosè ac diligenter fuerit conservatum, nondum potui investigare. An fortè illud fuit collectum ex *prodigiosâ* aliquâ (2)*Pluviâ frumentariâ*, cujusmodi non paucas diversis temporibus ac locis contigisse, varijs Historiarum monumentis est proditum? Ego enim nec

(1) De Badenâ & Thermis Badensibus, *quatuor milliaribus Germanicis* Vindobonâ *sive* Wiennâ *distantibus, vide Lib.* I *horū Commentar. pag.* 7. *Profluunt autem hæ* Thermæ *ex monte* Cetio; *quam ob rem etiam appellantur* Aquæ Cetiæ.

(2) *Vide* Conradi Lycosthenis *Chronicon Prodigiorū & Ostentorum, &* Simonis Majoli *Dies caniculares Colloquio primo de Meteoris.*

nec affirmare id auſim, nec refellere; ſed hoc tantum nunc addo, *capſulam* illam *rotundam*, quâ jam memoratum *frumentum* continetur, re verâ multo majorem eſſe, quàm ea repræſentatur in Tabulâ æneâ, è regione hîc appoſitâ, idemque de ipſo etiam *frumento* ac *ſpicâ* ſimiliter intelligendum eſſe.

Quod ſupereſt, cùm in ſuprà citatis Ephemeridibus Medico-Phyſicis Germanicis *prodigioſorum animalium bicipitum*, & *monſtrorum ex ovis editorum*, aliquoties fiat mentio, exhibeo hîc propter ſimilitudinem argumenti *Imaginem pulli gallinacei bicipitis*, Græcij in Styriâ A. 1645 nati; ſimul etiam promitto, me in *Appendice* proximè ſequentis *Libri ſeptimi*, utpote quo *de Codicibus manuſcriptis Græcis Philoſophicis propriè dictis* agetur, plures alias rariorum quarundam rerum naturalium Icones publicaturum, ſi intellexero, exiguam hanc ultimo huic Libri ſexti Additamento inſertam promulſidem curioſis mirandorum Naturæ ſpectaculorum Obſervatoribus haud diſplicuiſſe.

APPENDICIS LIBRI SEXTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

FINIS.

APPENDICIS LIBRI SEXTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA INDEX.

A.

Abrahami Patriarchæ Ἀνάληψις sive Assumptio p. 304.
Abrahami Patriarchæ Apocalypsis p. 304.
Abrahami Patriarchæ Testamentum suppositicium exstat in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIImo, num. 5. Vide Appendicem Libri sexti pag. 304.
Acacius p. 244, 252.
Academia Germanicæ p. 238.
Academia Lugduno-Batava p. 243, 257.
Academia Parisina p. 257, 258, 261.
Academia Tolosana p. 271.
Academia Vindobonensis sive Wiennensis vera Origo, ejusdémque primitiva Statuta & Privilegia; simul & præsens ejusdem status, postquam illi ab Imp. Ferdinando II Collegium Societatis Jesu incorporatum est; pag. 280 & deinceps usque ad pag. 294.
Acontius vel Acontias, serpens, p. 299.
Ægyptiorum Sapientium consuetudo tentandi patientiam & constantiam novitiorum discipulorum p. 262.
Æthici Cosmographi vetustissimus Codex manuscriptus Longobardicus in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ p. 268.
Æthicus sive Julius Orator p. 268.
Agrostes, Phalangium, p. 299.
Album Amicorum Holstenianorum p. 271, 272, 273.
Alciphronis Rhetoris Epistolæ piscatoriæ, amatoriæ, & rusticæ. p. 259.
Alciphronis Rhetoris Epistolæ manuscriptæ, hactenùs ineditæ, in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ p. 259.
S. *Alexandri* Eremitæ Narratio de ministerio Angelorum circa exitum animarum è corporibus exstat in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVII, num. 2. Vide Appendicem Libri sexti pag. 303.
Allatius; vide *Leo*.
Amantium mysteria ἀπόῤῥητα sive arcana, quæ divulgari haud honestum est, p. 241.
Amphisbæna sive Vtrinque grada p. 298.
Amphitrite p. 295.
Amsterodamum, princeps Orbis terrarum Emporium, p. 239. Ejusdem Illustre Gymnasium p. 239, 240.
Amsterodamensis Gymnasij Bibliotheca p. 244.
Amsterodami Studium Geographicum maximè floret. p. 241.
S. *Anastasij* Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni, Quæstiones & Responsiones quædam sacræ exstant in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIImo, num. 15. Vide Appendicem Libri sexti pag. 307.

Anastasius Bibliothecarius de Vitis Summorum Pontificum p. 265, 270.

Andreas Archiepiscopus Cretensis p. 308.

R. P. *Andreas* Schottus S. I. p. 272.

Andromachi Senioris Theriaca p. 308.

Angelorum ministerium p. 303.

Anna Comnenæ Alexias illustratur & emendatur p. 302.

Anonymi cujusdam Autoris Vita S. Mariæ, quæ in virili cœnobio sub habitu virili & sub nomine Marini sanctissimè vixit, exstat in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIImo, num. 7. Vide Appendicem Libri sexti pag. 305.

Anonymi cujusdã Autoris Orationes duodecim pro infirmis exstant in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIImo, num. 8. Vide Appendicem Libri sexti p. 305.

Anonymi cujusdam Autoris Historia Vitæ S. Alexij exstat in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIImo, num. 10. Vide Appendicem Libri sexti p. 305, 306.

Anonymi cujusdam Autoris Canones Pœnitentiales exstant in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIImo, num. 12. Vide Appendicem Libri sexti p. 307.

Anonymi cujusdam Autoris Collectio Doctrinæ Sanctorum veterum Patrum de Confessione sacrâ exstat in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIImo, num. 14. Vide Appendicem Libri sexti p. 307.

Antiochus p. 252.

S. *Antiochi*, Monachi Palæstini Lauræ S. Sabæ Abbatis, Narratio Vitæ S. Euphrosyni exstat in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIImo, num. 4. Vide Appendicem Libri sexti pag. 304.

Antonius Amiterninus p. 279.

Antonius Barberinus S. R. E. Cardinalis p. 243.

Antonius de Pozzis p. 315.

Antra Siciliæ, in quibus inveniuntur Dentes fossiles, p. 313, 314.

Antrum Baumannicum p. 315.

Antrum Panormitanum p. 313, 314, 315.

Apellion p. 252.

Argyropulus; vide *Joannes*.

Aristaneti ætas, patria, vita, & obitus p. 242 & deinceps usq; ad pag. 256.

Aristaneti Epistolæ amatoriæ græcæ p. 241, 243, 257, 258, 259.

Aristaneti Epistolarum pervetustus & hactenùs unicus Codex manuscriptus Sambucianus in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ, p. 241, 259.

Arriani Dissertationes in Epictetum p. 265, 266.

Ascalabotes, Stellio, p. 299.

Aspis p. 297.

Astacenus Sinus p. 310.

Auberti Miræi Auctarium de Scriptoribus Ecclesiasticis corrigitur p. 275.

Augerij Busbeckij insignis locus de Nicæâ & Nicomediâ p. 310, 311.

S. *Augustini*, Episcopi Hipponensis, notabilis locus de Gigantibus, & de Giganteo dente à se in Vticensi littore invento, p. 311, 312.

Augustini Niphi Liber de Augurijs p. 309.

B.

Balæna monstrosa p. 295.

Barberinorum persecutio per Papam Innocentium X p. 243.

Barberinus; vide *Franciscus*, *Antonius*, *Thaddæus*.

Barlæus; vide *Caspar*.

Bartholomæus Scala p. 279.

Bartoldus Neuhusius p. 240, 241, 242, 257, 259.

Basiliscus sive Regulus repræsentatus ut serpens p. 302.

Basiliscus repræsentatus tanquam avis, erecto corpore incedens, p. 308.

S. *Basilij*

S. *Basilij* Magni variæ Interrogationes & Responsiones sacræ exstant in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIImo, num. 11. Vide Appendicem Libri sexti pag. 306.
Baumannicum Antrum; vide Antrum.
Benjaminus Priolus p. 264, 265.
Card. *Bessarionis* vita, eruditio, Dignitas, obitus, Epitaphium & Insignia p. 274, 275, 276, 278.
Bibliotheca Gymnasij Amsterodamensis p. 244.
Bibliotheca Barberina Romæ p. 258, 268.
Bibliotheca Bodleyana Oxoniensis p. 272.
Bibliotheca Medicæa Florentina p. 258, 263, 268, 279.
Bibliotheca Card. Mazarini Parisijs p. 257, 270.
Bibliotheca Memmiana Parisina p. 257.
Bibliotheca Palatina p. 268, 269.
Bibliotheca Regia Parisina p. 257, 265, 266.
Bibliotheca Puteanorum Fratrum Parisijs p. 257.
Bibliotheca Thuanæa Parisina p. 257, 266, 268.
Bibliotheca Vaticana & ejusdem Catalogus p. 244, 259.
Biceps Pullus gallinaceus p. 317.
Blavius sive Blaeu; vide *Ioannes*.
Blondellus; vide *David*.
Bodianus vel Bodidianus p. 255.
Boissardus; vide *Ioannes*.
Briggius; vide *Henricus*.
Bronchorstius; vide *Everhardus*.
Bulionensium Dux p. 263.
Busbeckius; vide *Augerius*.

C.

C*Æcilia*, serpens, p. 298.
Calliopius p. 249.
Canones Pœnitentiales p. 307.
Carolus de Montchal, Archiepiscopus Tolosanus, p. 271.
Carpathus Insula p. 315.
Carpates mons p. 315.
Carpatici Dracones p. 315.
Casaubonus; vide *Mericus*.
Caspar Barlæus p. 239, 240.
Caspar Gevartius p. 272.
Caspar Scioppius p. 272.
Cebetis Tabula p. 262.
Cecinna, Hetruriæ fluvius, p. 279.
Cenchrenas vel Cenchrenes p. 298.
Cerastes bicornis p. 297.
Chalcondyles vel Chalcocondyles; vide *Demetrius*.
Chelydrus p. 298.
Chersydrus sive Natrix terrestris p. 298.
S. *Christophori* dens molaris pugno major p. 312.
Christophorus Justellus p. 263.
Chrysoloras; vide *Emanuel, Ioannes, Demetrius*.
Chumnus; vide *Georgius*.
Ciconia bellum cum serpentibus p. 309.
Claudius Ptolemæus Pelusiota, cognomine Alexandrinus, p. 308.
Claudius Salmasius p. 242.
Claudij Sarravij Epistolæ p. 270, 271.
Clematius p. 251.
Cluverius; vide *Philippus*.
Codex manuscriptus Theologicus Græcus Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis trecentesimus trigesimus septimus, p. 303, 304, 305, 306, 307.
Codinus; vide *Georgius*.
Concilium Nicænum Oecumenicum sive Generale primum p. 310.
Concilium Generale Constantiense p. 277.
Confessio sacra p. 307.
Constantinopolitanum Chronicon, à Joanne Meursio in Lexico Græcobarbaro citatum, p. 269.
Constantinus Medicus, cognomine Africanus & Rheginus p. 307, 308.
Cramosius; vide *Sebastianus*.
Critopulus; vide *Metrophanes*.
Crocius; vide *Ludovicus*.

Κυριν[illegible]

Κυζῖνος p. 250, 251.
Cunæus; vide *Petrus*.

D.

D*Aniel* Heinsius p. 242, 261, 272.
Daventrienſe ſeu Deventrienſe Gymnaſium p. 240.
David Blondellus p. 271.
Delphinus omnes marinos piſces ingenio & ſolertiâ corporiſque celeritate longè antecellit, p. 295.
Demetrius Chalcondyles vel Chalcocondyles p. 277, 278.
Demetrius Chryſoloras p. 276.
Dentes foſſiles p. 313, 314, 315.
Dens molaris giganteus monſtroſæ magnitudinis à S. Auguſtino inventus in littore Vticenſi p. 312.
Dens molaris S. Chriſtophori pugno major p. 312.
Dens molaris Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ, viginti octo uncias pendens, pro Giganteo habitus; item pro dente foſſili, pro dente Draconis Carpatici, & pro mandibulâ Elephanti; p. 311 & deinceps uſque ad pag. 316.
Dens molaris viginti trium unciarum, Crembſæ in Auſtriâ Inferiori inventus, p. 313.
Dentes Draconum Carpaticorum ſpithamâ longiores p. 315.
Dentes Elephantorum & mandibulæ p. 312, 313, 314, 315, 316.
Dentes belluarum marinarum p. 312.
Dianius p. 248.
R. P. *Dionyſius* Petavius S. I. p. 263, 270.
Dioſcoridianus vetuſtiſſimus Codex manuſcriptus Julianæ Aniciæ p. 294 & deinceps uſque ad p. 302.
Dipſas p. 297, 298.
Dometius p. 255.
Draco barbatus p. 298.
Draco marinus monſtroſus p. 295.
Draco marinus ordinarius p. 301.
Draconum Carpaticorum cavernæ & ſceleta p. 315.
Draconum Carpaticorum dentes ſpithamâ longiores p. 315.
Drepanitanus Gigas in monte Erice p. 313.
Dryinas ſive Quercicola p. 298.

E.

E*Bner*; vide *Matthæus*.
Ἔχις καὶ ἔχιδνα p. 296, 297.
Elephantorum dentes & mandibulæ p. 312, 313, 314, 315.
Elmenhorſtius; vide *Geverhartus*.
Elops ſerpens p. 298.
Emanuelis Chryſoloræ Vita, obitus & Epitaphium p. 276, 277. Ejuſdem Epiſtolæ tres de comparatione Veteris & Novæ Romæ p. 276.
Entrechius p. 244, 253, 254.
Epiſtolæ Laconicæ p. 254.
Eraſmi Roterodami Opera p. 259.
Erpenius; vide *Thomas*.
Erycius Puteanus p. 272.
Euchologium Græcorum ſuppletur p. 305.
Eudæmon p. 346.
Everhardus Bronchorſtius p. 272.
Everhardus Vorſtius p. 272.
Eunapij Codex manuſcriptus Florentinus præſtantiſſimus p. 263, 268, 269, 270.
Eunapij Codex manuſcriptus Bibliothecæ Barberinæ p. 268, 269.
Euſtratius Garides, Patriarcha CPnus, p. 302.
Eutecnij antiqua græca Paraphraſis in Theriaca Nicandri p. 294, 295, 296, 297.

F.

S. F*Erreolus*, Epiſcopus Vcetienſis, p. 271.
Fortunatianus p. 245.
Fortunatus Sprecherus p. 272.
Franciſcus Barberinus, S. R. E. Cardinalis & Vice-Cancellarius, p. 235, 243, 257, 258, 259, 264, 265, 266, 267, 269, 270, 271.

Franciscus Carolus, Saxoniæ Inferioris Dux Lauenburgensis, p. 238.
Franciscus Junius p. 268.
Fridericus Lindenbrogius p. 272.
Frumentaria pluviæ prodigiosæ p. 316.
Frumenti servandi ratio p. 316, 317.
Frumentum quinquaginta annorum p. 316.
Frumentum cum spicâ trecentorum viginti novem annorum in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ p. 316, 317.

G.

Gabriel Naudæus p. 257, 263, 270.
Galleus; vide *Theodorus*.
Gallia Encomium p. 264.
Gassendus; vide *Petrus*.
Gaza; vide *Theodorus*.
Gaulus Insula p. 258.
Geographicum studium Amsterodami maximè florens, p. 241.
Georgij Codini Origines & Antiquitates Constãtinopolitanæ p. 260, 268.
Georgij Codini ætas p. 269.
Georgius Chumnus p. 308.
Georgij Phranzæ Protovestiarij Chronicon illustratur p. 275.
Georgius Trapezuntius p. 278, 280.
Gerardus Joannes Vossius, Professor Historiarum in Illustri Gymnasio Amsterodamensi, p. 239, 240, 243, 258, 259, 263, 268, 272. Ejusdem Opus de Historicis Græcis corrigitur p. 277.
Gevartius; vide *Caspar*.
Geverbartus Elmenhorstius p. 272.
Gigantum variorum recensio, & Gigantum ossa subterranea, p. 312, 313.
Gigantum dentes monstrosæ magnitudinis p. 311, 312.
Gilbertus Jacchæus p. 272.
Goclenius; vide *Rudolphus*.
Γόητος sive Incantatoris appellatio ob benevolentiæ & humanitatis præstigias p. 254.
Græcarum literarum translatio in Italiam seculo post Christum decimo quinto p. 274. & deinceps usque ad p. 280.
S. *Gregorij*, Episcopi Nysseni, fragmentum de Sanctissimâ Trinitate exstat in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIIImo, num. 16. Vide Appendicem Libri sexti pag. 307.
Gretserus; vide *Jacobus*.
Gronovius; vide *Joannes*.

H.

Hæmorrhous serpens p. 297.
Harpocrationis, qui Lexicon scripsit in decem Græciæ Rhetores, vera ætas p. 245, 246.
Heinsius; vide *Daniel* & *Nicolaus*.
Henricus Briggius p. 272.
R. P. *Heriberti* Rosvveydi S. J. Syntagma de Vitis Patrum illustratur p. 305.
Hermogenes p. 256.
Heurnius; vide *Otto*.
Hierocles Philosophi interitus p. 252, 254.
Himerij Sophistæ Bithyni filius Jamblichus p. 246. Ejusdem Himerij Orationes tres manuscriptæ, hactenùs ineditæ, exstant in Augustiss. Bibliothecâ Cæsareâ, p. 254.
Holstenius; vide *Lucas*.
Hydrographia, Compositio Tabularum nauticarum, p. 241.
Hydrus p. 298.
Hygea, Dea sanitatis præses, p. 268.
Hunterus; vide *Jacobus*.

J.

Jacchæus; vide *Gilbertus*.
Jacob; vide *Ludovicus*.
R. P. *Jacobus* Gretserus S. J. p. 268.
Jacobus Hunterus p. 272.
R. P. *Jacobi* Pontani S. J. versio Chronici Georgij Phranzæ & ejusdem in illud Notæ corriguntur p. 275, 277.

Jacobus Puteanus p. 257, 266.
R. P. *Jacobus* Sirmondus S. J. p. 260, 261, 262, 263, 270.
Jacobus Vsserius, Episcopus Armacanus, p. 258,
Jaculus, serpens, p. 299.
James; vide *Thomas*.
Jamblichus Himerij filius, diversus à Jamblicho Chalcidense, p. 246. 254.
Janus Lernutius p. 272.
Janus Rutgersius p. 272.
S. *Ignatij* Martyris Epistolæ, ab Isaaco Vossio editæ, p. 258, 261.
Joannes Argyropulus p. 278.
R. P. *Joannis* Baptistæ Ricciolij S. J. Chronologia Reformata corrigitur p. 302.
Joannes Blavius sive Blaeu p. 257, 258, 261.
Joannes Chrysoloras p. 276, 277.
S. *Joannis* Chrysostomi Oratio de Patientiâ, & de mortuis non tàm vehementer deflendis, præcipuè si infantes sint & impolluti, exstat in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIImo n. 1. Vide Appendicem Libri sexti, pag. 303.
S. *Joannis* Chrysostomi Parabola de Serpente & Vitâ humanâ exstat in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIImo, num. 3. Vide Appendicem Libri sexti pag. 303.
S. *Joannis* Chrysostomi Sermo de Oratione & Jejunio exstat in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIImo, num. 6. Vide Appendicem Libri sexti p. 304.
Joannes Fridericus Gronovius Hamburgensis p. 240.
Joannes Henricus Meibonius p. 268.
Joannis Jacobi Boissardi Elogia Virorum doctrinâ illustrium corriguntur p. 275.
Joannes Lambecius p. 237.
Joannes Lascaris p. 279.
Joannes Meursius p. 269, 272.
Joannes Palladius p. 237.
Joannes Prideaux p. 272.
Joannes Rous p. 272.
Josephi Scaligeri Lectiones variæ & Emendationes Eunapij manuscriptæ p. 263.
Josias Mercerus, Claudij Salmasij socer, p. 241, 242.
Jovius; vide *Paulus*.
Irus p. 246.
Isaacus Sarravius p. 270.
Isacij Tzetzæ Commentarius in Lycophronem manuscriptus in Augustiss. Bibliothecâ Cæsareâ p. 242.
Isaacus Vossius p. 240, 258, 259, 261.
Iulius Orator sive Æthicus p. 268.
Iulus, Multipeda, p. 301.
Iunius; vide *Franciscus*.
Iustellus; vide *Christophorus*.
S. *Iustini* Martyris locus de Divinatione palmicâ p. 310.
Iuvenalis Satyræ cum antiquis Scholijs exstant aliquoties manuscriptæ in Augustiss. Bibliothecâ Cæsareâ, p. 243.
Iuvenalis ejusque vetus Scholiastes manuscriptus in Bibliothecâ Vossianâ p. 243.

L.

Labbeus; vide *Philippus*.
Lacerta Chalcidica p. 301.
Lambecius; vide *Ioannes*, *Petrus*, *Lucas*.
Lascaris; vide *Ioannes*.
Laurenbergius; vide *Petrus*.
Laurentius Medices p. 279.
Leo Allatius p. 257, 258, 259, 263.
Lernutius; vide *Ianus*.
Libanij Sophistæ ætas p. 244.
Libanij Sophistæ Epistolæ ad Aristænetum p. 242, 244 & deinceps usque ad p. 256.
Libanij Epistolæ manuscriptæ in Augustiss. Bibliothecâ Cæsareâ p. 244, 255, 256.

Libanij Ethopœja secunda emendatur & illustratur p. 255.
Libys, serpens, p. 299.
Lindenbrogius; vide *Fridericus*.
Lycophronis Alexandra sive Cassandra cum Commentario Græco Isacij Tzetzæ exstat aliquoties manuscripta in Augustiss. Bibliothecâ Cæsareâ, p. 242.
Lucæ Holstenij Monumentum sepulcrale & vera Effigies p. 235. Ejusdem ad Petrum Lambecium, sororis filium, Epistolæ viginti duæ p. 236. & deinceps usque ad pag. 271. Ejusdem Bibliotheca p. 238, 261, 265. Observationes in Libanij Epistolas duodecim ad Aristænetum & de Aristæneto p. 253, 254, 255. Annotationes in Philippi Cluverij Italiam antiquam p. 258. Syntagma Geographicum p. 268. Antiquæ Regulæ monasticæ, ab eodem collectæ & editæ, p. 271. Album Amicorum p. 271, 272, 273. Iter cum Philippo Cluverio per totam Italiam & Siciliam, & commoratio Lugduni Batavorum atque in Anglia, p. 271, 272, 273.
Lucas Lambecius p. 236, 237.
Ludovicus Crocius p. 272.
R. P. *Ludovicus* Jacob Cabilonensis, Ord. Carmel. p. 263.
Ludovicus Sfortia cognomine Maurus p. 279.
Lugduno-Batava Academia p 243, 257.
Lutetia Parisiorum encomium p. 257.
Lutetia Parisiorum vesperi noctúque omnia intuta p. 261.

M.

M*Acrobij* antiquissimus Codex manuscriptus Neapolitanus p. 266.
Macrobij Codex pervetustus Bibliothecæ Thuanææ p. 266.
Manuel Chrysoloras; vide *Emanuel*.
Marcus Musurus, Archiepiscopus Epidaurensis, p. 278, 279.
Mariades p. 255.
S. *Maria*, Virginis Deiparæ supposititia Apocalypsis de Pœnis inferorum exstat in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIImo, num. 9. Vide Appendicem Libri sexti pag. 305.
Martinius; vide *Matthias*.
Marullus; vide *Michael*.
Matthæus Ebner p. 316.
Matthæi Palmerij Chronicon corrigitur p. 278.
Matthias Martinius p. 272.
Maussacus; vide *Philippus*.
Meibomius; vide *Ioannes*.
Melampodis Hierogrammatei Divinatio palmica ad Ptolemæum. p. 309.
Melomantia, Divinatio ex motu membrorum corporis humani, p. 309. Vide etiam *Palmica*.
Mercerus; vide *Iosias*.
Mericus Casaubonus, Isaaci filius, p. 272.
Metrophanes Hieromonachus cognomine Critopulus. p. 272.
Meursius; vide *Ioannes*.
Michael Marullus p. 279.
Miles, Eques auratus, Vir Equestris Ordinis Dignitate præditus, p. 277.
Miliaris serpens p. 298.
Milium centum annorum p. 316.
Miræus; vide *Aubertus*.
Modestus p. 245.
Molurus, serpens, p. 299.
Monstra ex ovis edita p. 317.
Montchal; vide *Carolus*.
Mortui non nimiùm deflendi p. 303.
Myagrus, serpens, p. 299.
Mygale sive Mus araneus p. 301.
Myotherus, serpens, p. 299.
Multipeda p. 301.
Muræna p. 301.
Musurus; vide *Marcus*.

N.

N*Audæus*; vide *Gabriel*.
Nebridius p. 247.

Neptunus

Neptunus p. 295.
Neubusius; vide *Bartoldus*.
Nicææ Tabula topographica, ejusque illustratio p. 256. 310.
Nicænum Concilium; vide *Concilium*.
Nicandri Theriacorum pervetustæ Imagines cum brevi Explicatione pag. 294. & deinceps usque ad p. 302.
Nicentius p. 245.
Nicolai III, cognomine Grammatici, Patriarchæ Constantinopolitani, verum initium Patriarchatûs p.302.
Nicolaus IV, cognomine Muzalon, Patriarcha Constantinopolitanus, p. 302.
Nicolaus Claudius Fabricius de Peiresc p. 460.
Nicolaus Heinsius p. 261, 266.
Nicolaus Perottus p. 274.
Nicolaus Rigaltius p. 257.
Nicomedia, Bithyniæ Vrbium Mater, terræ motu subversa, p. 252, 254.
Nicomediensis Sinus p. 310.
Nicomediæ Tabula topographica, ejusque illustratio p. 256, 310.
Niphus; vide *Augustinus*.

O.

OCtavius Tensinus p.242,243,257, 259.
Olympius p. 247.
Orphei Argonautica manuscripta in Augustiss. Bibliothecâ Cæsareâ p. 242.
Otto Heurnius p. 272.

P.

PAlladius; vide *Ioannes*.
Palmerius; vide *Matthæus*.
Palmica divinatio, Palmoscopi, p. 309.
Parisij; vide *Lutetia*.
Pastinaca sive Trygon p. 301.
Pauli Jovij Novocomensis Museum p. 274. Ejusdem Elogia doctorum Virorum, publicatis ingenij monumentis illustrium, illustrantur p. 274 & deinceps usque ad p. 279; corriguntur p. 280.
Peirescius; vide *Nicolaus*.
Perottus; vide *Nicolaus*.
Petavius; vide *Dionysius*.
Petrus Cunæus p. 272.
Petrus Gassendus p. 260.
Petri Lambecij Iter Belgicum, Gallicum & Italicum p. 236. & deinceps usque ad p. 271. Commentarius in Aristæneti Epistolas, hactenùs ineditas, p. 241, 243, 257, 258. Studium Juridicum p. 243, 244, 257, 258, 266, 270, 271. Syntagma Originum & Antiquitatum Constantinopolitanarum p. 259, 260, 268, 269, 271. Bibliotheca, Hamburgo in Augustiss. Bibliothecam Cæsaream translata, p. 271. Liber tertius horum Commentariorum emendatur p. 275.
De eodem Lambecio testimonia honorifica R. P. Philippi Labbei S. J. & Ger. Joan. Vossij, p. 260; Gabrielis Naudæi p. 263; Claudij Sarravij p. 270.
Ejusdem Lambecij Lucubrationes Parisinæ in Auli Gellij Noctes Atticas p. 263, 264, 266, 267.
Petrus Laurenbergius p. 272.
R. P. *Petrus* Possinus S. J. p.271.
Petrus Puteanus p. 257.
Petri Scriverij Carmen in Lucæ Holstenij Iter Italicum & Siciliense cum Philippo Cluverio p. 272.
Phædri, Imp. Augusti Liberti, Fabulæ p. 243.
Phalangium cæruleum; Agrostes; Sphecium sive Vesparium; Asterium sive Stellatum; Myrmecium sive Formicarium; Scarabæo simile; Cephalocrustes sive Cranocolaptum; p. 299, 300, 301.
Philippi Cluverij Italia & Sicilia antiqua p. 258, 272.
Philippi Jacobi Maussaci Dissertatio de

Harpocrationis ætate corrigitur p. 245.
R. P. *Philippus* Labbeus S. I. p. 260.
Philostrati Epistolæ p. 259.
Philoxenus p. 253.
Phranzes; vide *Georgius.*
Πινακογραφία, Compositio Tabularum Geographicarum, p. 241.
Planta retiformis p. 296.
Plato Magister sanctioris vitæ & Christianæ disciplinæ proximus, p.278. Ejusdem Phædo sive Dialogus de immortalitate animorum illustratur p. 262.
de *Pozzis*; vide *Antonius.*
Plinij Senioris locus de ratione servandi frumenti illustratur p. 316, 317.
Pluviæ frumentariæ prodigiosæ p. 316.
Pons Euxinus, Mare nigrum, Mare majus, p. 310.
Pontanus; vide *Jacobus.*
Posidonius scripsit de divinatione Palmicâ p. 309.
Possinus; vide *Petrus.*
Prideaux; vide *Ioannes.*
Priolus; vide *Benjaminus.*
Procli Scripta inedita in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ p. 242.
Ptolemæus; vide *Claudius.*
Pullus gallinaceus biceps p. 317.
Puteanus; vide *Petrus*, *Iacobus*, *Erycius.*
Puteanorum fratrum, Petri & Jacobi, Elogium ex Diogene Laertio p. 257.

Q.

Quercus marina, Amphitritæ sacra, p. 295, 296.

R.

Retiformis planta p. 296.
Ricciolius; vide *Ioannes.*
Rigaltius; vide *Nicolaus.*
Rosweydus; vide *Heribertus.*
Rous; vide *Ioannes.*
Rudolphus Goclenius p. 272.
Rufinus p. 248.
Rutgersius; vide *Ianus.*

S.

Salamandra p. 301.
Salissatio, Salissatores, p. 309.
Salissatio oculi dextri, Salissatio supercilij, p. 309.
Salmasius; vide *Claudius.*
Sanctorum Sanctarúmq; Vitæ & encomia: nempe
Abrahami Patriarchæ p. 304.
S. *Alexij* p. 305, 306.
S. *Christophori* p. 312.
S. *Euphrosyni*, coqui cœnobialis p. 304.
S. *Mariæ*, Virginis Deiparæ, p. 305.
S. *Mariæ*, quæ in virili cœnobio sub habitu virili & sub nomine Marini sanctissimè vixit, p. 305.
Sapor Rex Persarum p. 244, 245.
Sarravius; vide *Claudius* & *Isaacus.*
Scala; vide *Bartholomæus.*
Scaliger; vide *Iosephus.*
Schottus; vide *Andreas.*
Scioppius; vide *Caspar.*
Scolopendra terrestris p. 301.
Scorpius albus; Scorpius rutilus; Scorpius Paguro cancro similis; Scorpius tenebrosus; Scorpius viridis; Scorpius lividus; Scorpius littorali cancro similis; p. 300.
Scriverius; vide *Petrus.*
Scytale, serpens, p. 301, 302.
Sebastianus Cramosius p. 266, 267.
Seps vel Sepedon p. 297.
Seps Saurus sive Lacerta Chalcidica p. 301.
Sfortia; vide *Ludovicus.*
Siciliæ Antra; vide *Antra.*
Sinus Nicomediensis, Sinus Astacenus, p. 310.
Sirmondus; vide *Iacobus.*
Snellius; vide *Willebrordus.*
Sopater p. 246.
Spectatus, Imp. Constantij Legatus ad Saporem Regem Persarum, p. 242, 244, 245, 256.

Sprecherus

Sprecherus; vide *Fortunatus*.
Stellio p. 299.
Stobæi Eclogæ p. 266.
Stoica αὐτάρκεια p. 265.
Strategius p. 247.
Symeonis Metaphrastæ Historia Vitæ S. Alexij illustratur & suppletur p. 306.

T.

Tensinus; vide *Octavius*.
Tenthredon sive Tenthrene p. 301.
Thaddeus Barberinus p. 243.
Thalassius p. 255.
Theodorus Gallæus Chalcographus p. 274, 276, 280.
Theodorus Gaza p. 274, 278, 280.
Theophilus p. 249.
Theriaca Andromachi Senioris p. 308.
Thomas Erpenius p. 272.
Thomas James p. 272.
Timothei Patriarchæ Alexandrini Responsa Canonica exstant in Codice manuscripto Theologico Græco CCCXXXVIIImo, num. 13. Vide Appendicem Libri sexti pag. 307.
Tolosana Academia p. 271.
Triticum quinquaginta annorum; vide *Frumentum*.
Trygon sive Pastinaca p. 301.
Typhlinus, serpens, p. 298.
Turcarum odium erga statuas p. 311.
Tzetzes; vide *Isacius*.

V.

Varronis locus singularis de diuturnitate tritici & milij p. 316.
Vbaldinus Comes p. 271.
Vespa p. 301.
Vipera, & Viperarum coitus p. 296, 297, 308.
Vorstius; vide *Everhardus*.
Vossius; vide *Gerardus* & *Isaacus*.
Vsserius; vide *Iacobus*.

W.

Willebrordus Snellius p. 272.

Z.

Zenobius p. 250.

ERRATA RESIDVA
præcedentium *quinque* Librorum.

Lib. I pag. 168 vers 24, 25 & 26 pro *Catalogus quorundam MStorum Codicum Arabicorum, Persicorum, Turcicorum & Hebraicorum* lege *Catalogus centum septuaginta novem Manuscriptorum Codicum Arabicorum*, &c.

Lib. II pag. 31 vers. 35 pro *Amitemimus* lege *Amiterninus*. Pag 88 vers. 23 pro XX lege XXI, & similiter pag. 91 versu antepenultimo pro *dies vigesimus Februarij* lege *dies vigesimus primus Februarij*. Annus enim Christi 1384, de quo ibi agitur, fuit bissextilis. Pag. 598 vers. 35 & 36 pro, *editi sunt Venetijs, & ijdem latinè quoque ibidem excusi sunt*, lege, *editæ sunt Venetijs, & eadem latinè quoque ibidem excusæ sunt*. Pag. 716 vers. 4 pro CLAVDIA FELICITATE lege CLAVDIA FELICE, & similiter in Indice ejusdem Libri sub literâ C pro *Claudia Felicitas* lege *Claudia Felix*.

Lib. III pag. 380 vers. 28 pro A. 1473 lege A. 1472.

Lib. IV pag. 24 vers. 14 pro ὄνοι lege ὄνοι. Pag. 84 vers. 30 pro A. 1473 lege A. 1472. Pag. 202 vers. 5 post anni 1654 pone comma, & adde *Tom. XV à pag. 611* &c.

Lib. V pag. 218 vers. 4 pro *Blemmyda* scribe *Blemmida*. Ibid. vers. 24 pro *υελλίας* lege *υελλίας*. Pag. 227 vers. 3 & 4 pro, *anonymi cujusdam antiqui Philosophi ethnici Fragmentum, quod sine ullâ inscriptione* &c, lege, *Georgij Gemisti Plethonis Ἐπινομίς, sive, Conclusio trium Librorum de Legibus, quæ sine ullâ inscriptione* &c. Pag. 241 vers. 15 pro *Arabicam & Græcam*, lege, *Arabicam, Græcam & Italicam*. Pag. 317 vers. 3 pro A. C. 1473 lege A. C. 1472, & pag. 367 col. 1 vers. 28 similiter pro A. C. 1473 lege A. C. 1472. Pag. 319 vers. 21, pag.

pag. 365 colum. 2 verf. 24, pag. 373 verf. 31, & pag. 381 verf. 18, pro, *qui floruit circa annum Chrifti* 1250, lege, *qui floruit circa annum Chrifti* 1345. Pag. 320 verf. 18 poft *difcipuli* deeft comma. Pag. 321 verf. 34 poft *converfus eft* adde *Operibus*. Pag. 369 verf. 25 & 26 dele hæc omnia: 6. *Anonymi cujufdam antiqui Philofophi ethnici Fragmentum exftat in Codice* CCLXXIX*no*, *num*. 5. Pag. 374 inter verf. 26 & 27 infere hæc: GEORGII *Gemifti Plethonis, qui feculo poft Chriftum decimo quinto cum Cardinale Beffarione floruit*, Ἐπινομίς. *five, Conclufio trium Librorum de Legibus, exftat in Codice* CCLXXIX*no*, *num*. 5. Pag. 403 verf. 6 pro *in latinum fermonem* lege *in græcum fermonem*. In Tabulâ Chronologicâ & Genealogicâ Imperatorum Conftantinopolitanorum Palæologorum, quæ inter pag 408 & 409 inferta eft, ubi agitur de penultimo Imperatore Conftantinopolitano Joanne Palæologo pro *à Patre fuo Michaele* lege *à Patre fuo Manuele*. Pag. 410 verf. 18 pro *cupidum* lege *cupidam*.

ERRATA

Libri *Sexti* Commentariorum de *Auguftiffimâ Bibliothecâ Cæfareâ Vindobonenfi*, quæ primâ vice inter relegendum obiter à me obfervata funt.

Pag 1 verf. 18 poft reftatur pone comma. Pag. 5 verf. penult. pro κοινῶν lege κοινωνῶν. Pag. 11 verf. 10 pro γεννωμένη lege γενομένη. Pag. 15 verf. 26 fuper vocem ἄρχων dele accentum fuperfluum in ultimâ fyllabâ. Pag. 16 verf. 2 in margine pro *Fridericus* lege *Theodericus*. Pag. 31 verf 30 pro *Tactitis* lege *Tacticis*. Pag. 45 verf. 20 pro Μελεταὶ fcribe Μελέται. Pag. 94 verf. antepenult. in margine pro Νιχψὼν lege Νιχηψών. Pag. 100 in margine pro, *Fuit is etiam olim inter Codices MStos Medicos Græcos duodecimus*, lege, *Fuit is olim inter Codices MStos Medicos Græcos vigefimus*. Pag. 104 verf. 28 pro *Medicinis* lege *Medicamentis*. Pag. 111 verf. 10 poft *Zachariæ* pone comma. Pag. 114 verf. 23 pro Cod. XXIII & XXIV lege Cod. XXIV & XXV. Pag. 118 verf. 11 poft *Epifcopi* pone comma. Pag. 143 verf. 4 pro *five admixtionem* lege *five per admixtionem*. Pag. 150 verf. 24 & 25 pro *apud Aëtium* lege *apud Æginetam*. Pag. 199 verf. 28 & 29 dele hæc omnia: CLAVDIVS *Ptolemæus Alexandrinus*; *vide* PTOLEMÆVS. Pag. 218 inter verf. 7 & 8 infere hæc: CLAVDIVS *Ptolemæus Pelufiota, Philofophus Alexandrinus*; *vide* PTOLEMÆVS. Pag. 243 verf. 27 poft *addixeris* pro colo pone punctum. Pag. 257 verf. 32 pro *Libani*; lege *Libanij*. Pag. 280 verf. 35 pro *Apendicem* lege *Appendicem*. Hæc funt, BENEVOLE LECTOR, quæ *Librum* hunc *Sextum* primâ vice obiter relegenti mihi emendatu neceffaria fe obtulerunt. Reliqua autem ejufdem generis, quæ deinceps vel ipfe obfervaturus fum, vel ab alijs mihi indicabuntur, publicabo, volente DEO, in fine *Libri Septimi*.

ADMONITIO

EMANUELE VITTORIO BIBLIOTECA

ad *Bibliopegum* de ordine *quatuordecim Tabularum ænearum*, quæ ad *Libri Sexti* Commentariorum de Auguftiffimâ Bibliothecâ Cæfareâ Vindobonenfi *Appendicem* pertinent.

1. *Monumentum fepulcrale Lucæ Holftenij Hamburgenfis*, cum *verâ* ejufdem *Effigie*, inferendum eft inter pag. 234 & 235.
2. 3. Tabulæ *duæ* Topographicæ duarum Bithyniæ Urbium *Nicææ* & *Nicomediæ* inferendæ funt inter pag. 256 & 257.
4. Tabula exhibens *Icones novem recentiorum Græcorum, doctrinâ illuftrium*, qui Græcas Literas feculo Æræ Chriftianæ decimo quinto,